in luto luxurie latitãt. et si interdū capiunt̄
ad horã: tm̄ ad instar anguillarū de manu
capientiū lubricant. sic dicit̄ de ipis Treñ.
iiij. Lubricauerūt vestigia. quia ex vno pec
cato in aliud cadunt. sicut testatur Grego.
xxx. moral. Peccatum quod per peniten-
tiam non diluit̄ mox in aliud trahit. Si tm̄
fit tonitruus diuine cōminationis ⁊ p̄dica
tionis. Ad Heb. xiij. Fornicatores ⁊ adul
teros iudicabit dñs Tūc interdum exeunt
de limo peccati et luxurie et capiunt̄ reti p̄
dicationis. Sicut patet de maria magda
lena et Thayde ⁊c̄. Tertio necessaria est ei
obedientia que notatur cum dicit̄. Et qui
sedebat super illū. Oportet em̄ q̄ p̄dicator
sit subditus christo sicut equus sessori. Iō
notat̄ in petro quē xp̄s vocauit: q̄ ⁊ symon
id ē obediēs dicit̄. in signū obediētie. vt scꝫ
p̄dicator obedienter viuat ⁊ obediēter do-
ceat. Augꝰ. in lib. de doctrina christiana.
Nō obedienter auditur q̄ seip̄m nō audit.
Et Grego. Cū imperio docet̄ qđ ꝑus agi
tur q̄ꝫ docetur. Requirit̄ etiã obedientia in
audiente. al's parū ꝓdesset audienti docere
et nō custodire. Ideo dicit̄ Luc̄. xj. Beati
q̄ audiūt verbū dei et custodiunt. Quarto
necessaria est p̄dicatori sciētia sacre scriptu-
re. et hoc notat̄ ibi. habebat arcū. scꝫ sacrã
scripturã qua defendit̄ ecclesia. Et ꝑ arcū
cōgrue intelligit̄ sacra sc̄ptura. Arcus em̄
fit ex duobꝫ. scꝫ ex ligno duro et corda mol
li. q̄ licet sit mollis tm̄ durū lignum inflectit
Lignū est duricia veteris testamēti. et cor-
da est gratia noui. vel corda est misericor-
dia: lignū iusticia. Item p̄dicator debet ha
bere scientiã. qđ etiã notat̄ in Petro. quem
dñs piscatorē hoīem fecit: q̄ interpretat̄ a-
gnoscens. in signū q̄ debet esse notꝰ in scīa.
Hoc etiã significat̄ ꝑ rete qđ petrus et an-
dreas miserūt in mare. Nã ꝑ retia significa
tur sacra scriptura. et sicut piscator q̄ vult
capere pisces necessario debet habere rete:
al's inuanū laboraret. Sic piscator homi
num debet habere retia sciētie ⁊ sacre scri-
pture. al's quō capiet hoīes p̄dicando aut
cōfessiones audiendo si scientiã ⁊ sacrã scri
pturam nō habꝫ. quia nihil dat qđ nō ha-
bet. vt in. c. odardus. de solut̄. Tales em̄ q̄
ignari sunt alios nō conuertūt: sed magis
peruertunt et in errorem ducunt: eo q̄ lu-
men scientie nō habent. De quibꝫ ap̄lus. j.
ad Timo. j. Volentes esse legisdoctores
nō intelligentes neq̄ que loquunt̄ neq̄ q̄
affirmant. Oportet ergo p̄dicatores ⁊ cō-
fessores primo sapientes fieri. et postea ali
os sapientes facere ne cecus cecum ducen
do ⁊c̄. Luc̄. vj. quia dicit Gilbertus. Ridi
culosa imo periculosa res est speculator ce
cus. cursor claudꝰ. preco mutus. et doctor
inscius. Hanc scientiã ꝑfecte habuit sanctꝰ
andreas. vt patet ex legenda cum quinq̄
rationibꝫ validissimis ostendit Egee xp̄m
voluntarie passum fuisse. Etiam ei myste-
rium redemptionis cepit pandere: et q̄nq̄
rōnibus ꝑsuadere. sed eum rete p̄dicatio-
nis nō cepit: quia pauci sapientes mundi
capiunt̄. Multi em̄ ex quadã astutia dia-
boli vitant intrare rete p̄dicationis. de q̄bꝫ
ad Ro. j. Putantes se esse sapientes stulti
facti sunt. stulti quidē. q̄r salutis sue verba
in p̄dicatione percipere renuunt nec audi-
re aduertunt. similes piscibꝫ astutis q̄ ca-
uent se a retibus et hamis. vt sunt calūni.
vulgariter karpffen. qui figuut caput in li
mum et caudam in altum erigunt: et sic re-
te euadūt. Sic ⁊ isti adeo figūt capita mul
tarū suggestionū i auaricie limū vt ad rete
nō veniãt p̄dicationis. ⁊ hoc faciūt ex q̄dã
mundana sapientia. de qua. j. ad Cor. iij.
Sapientia huius mūdi stultitia ē apud de
um. Esa. v. Ve qui sapiētes estis in oculis
vestris. et corã vobismetip̄is prudentes: et
vere ve eis erit. q̄r dicit̄ Job. v. Apprehen-
det sapientes in astutia eoꝝ. licet modo nō
ꝑmittant se capere: tamē in morte velint no
lint capiuntur a deo. diabolo. et a peccato.
Deus em̄ eos capiet et tradet diabolo. et
diabolus eos carcere infernali includet.
Peccatum vero sic inclusos alligabit ⁊ in
uoluet q̄ nunq̄ inde exibunt. Quinto ne-

cessaria est perseuerātia sine quā nemo saluabitur dicente saluatore. Qui aūt perseuerauerit vsq3 in finem hic saluus erit. Et notatur in eo q3 dicit. Data est ei corona. Predicator em̄ qui perseueranter p̄dicat verbū dei habebit aureolā. s̄m illud metriste. Aureolam doctor virgo martyrq3 meretur. Ipsi inquā coronas habebūt nō solum p se s3 p alios qui p eos saluati fuerunt. Quod p3 bat exēplo de q̄dā fratre i ordie p̄dicatorū vide in Meffret dn̄ica p̄ma aduent9 dn̄i B. S. in fine. Aliud de quodā sacerdote bono p̄dicatore. vide ibidem dn̄ica in sexagesima R. B. in fine. Hanc persuerantiā habuit beatus andreas. q2 etiam biduo in cruce pendens nō cessauit p̄dicare. xx. milibus hominū ibi astantiū. ideo aureolam meruit. Sexto necessaria est p̄dicatori potentia et cōstantia. sc3 vt vincat diabolum. mundu3 et carnem: vt sic vincens exeat. q2 dicitur Apoc. iij. Qui vicerit faciam illum columnā in regno meo. Hanc habuit beatus andreas. ideo vincēs exiuit de hoc mūdo. ideo in cruce circundatus fuit per dimidiam horam nimio splēdore de celo. cum quo abscedente tradidit spiritum. vt in legenda. K Hic cadit dubium. Ex quo ad predicatorē requirit̄ scientia quare christus elegit ad predicationis officium Petrum et Andream. Jacobū et Johannem qui tamen fuerūt simplices et indocti. q̄ tn̄ prohibentur eligi. vt in. c. de petro. xxxix. dist. ideo videtur q3 christus nō cōuenienter eos vocauerit ad p̄dicationis officium Sed dicendū q3 christus qui est virtus et sapientia. j. ad Cor. j. et sic omnia sapiēter fecit. ergo cōuenienter isti apostoli vocati sunt ad p̄dicationis officium. et cū sic fuerunt deputati ip̄e fecit eos idoneos et doctos et suppleuit omnes defectus in eis q̄bus ait. Ego dabo vobis os et sapientia3 cui nō poterunt resistere. Uoluit autē hos simplices et indoctos assumere ne aliquis eorum gloriaret̄ se sua virtute aut sapiētia eligi meruisse. Hanc rationē assignat ap̄ls j. ad Cor. j. dicens. Uidete vocationē vestram fratres q̄m̄ nō m̄lti sapiētes s̄m carnem. nō multi potentes sed que stulta sunt mundi elegit dominus. τ hoc vt cōfundat sapientes τc. Rationē assignans dicit. Ut nō glorietur omnis caro in cōspectu eius. Non tamen sic a principio vocauit simplices q3 nullum vocauerit litteratum. quia Nathanaelem τ Nicodemum vocauit. vt pat3 Joh. j. et. iij. Uide plura de his in q̄stionib9 Joh̄is de turri cremata.

In die sancti Nicolai.

Sermo III.

In diebus suis placuit deo. Ecc̄i. xxxiiij. originaliter. trāssumptiue in ep̄la huius diei. A Pro introductiōe nota q3 dies in scriptura sacra accipiunt̄ tripliciter. Primo p dieb9 naturalib9 siue artificialib9 siue vsualib9. Naturales sunt. xxiiij. hora3. Artificiales mutant̄ s̄m maius et minus tp̄s q̄ sol lucet sup n̄ro emisperio. lōgiores sunt. xvj. horarū. breuiores octo horarum. De his dicitur Judic̄. xvij. In diebus illis nō erat rex in israel. s3 vnusquisq3 q̄d rectum sibi videbat̄ hoc faciebat. Sc̄do mō capiunt̄ p virtutib9. Cum em̄ virtutes habeant claritatē fidei gratie et boni exempli ideo dicunt̄ dies virtuales. Ecc̄i. xlviij. de Helliseo virtuoso dicit̄. In dieb9 suis. i. virtutib9 nō p̄timuit principē: et potentia nemo vicit illum. Tertio accipiunt̄ dies hominis p etatib9 suis. Isto modo maxime reperio dies in themate. Nam beat9 nicolaus in diebus suis. hoc est in suis etatib9 maxime placuit deo. Et si vellemus loqui de alijs duab9 acceptionib9 dierum suorū in illis etiā placuit deo. quare bene assumptum est de eo thema p̄dictum. In dieb9 suis τc. B Pro thematis prosecutione nota. q̄uis septem sint etates hominis sicut sunt septem etates mundi. tn̄ q2 sufficienter reduci possunt ad tres. sc3 pueriam. iuuentutem. et senectutem. Ideo dico q3 beatus nicolaus in diebus suis. i. in his tribus etatib9 suis placuit deo. Primo em̄ in puericia sua q̄ durat vsq3 ad. xxj. annum placuit deo. et hoc in tribus. vi3 in sanctificatiōe. in generatiōe. et educatione. Primo placuit deo in sanctificatiōe. licet em̄ in vtero sanctificat9 nō fuerit. tn̄ mox nat9 sanctus fuit. Juxta illud ps. Dn̄e p̄uenisti eū i b̄ndictiōib9 dulcedinis. Ubi nota q3 trib9 modis aliq̄ sanctificant̄. Primo in vtero matris. sicut Hieremias p̄pheta. et Johannes baptista. Luc. j. Sp̄ūsancto replebit̄

adhuc ex vtero matris. Secũdo natus ex vtero sicut beatus nicolaus qui suam sanctitatẽ prima die dum balnearet̃ erectus in pelui stando ostendit et statim spiritussancti gratia ab vberibꝫ matris q̃rta et sexta feria ꝑter semel abstinuit. Ideo potuit dicere illud ps̃. Spes mea ab vberibꝫ mr̃is mee Hic cadit dubiũ. qñ sanctus nicolaus illã sanctificationẽ accepit. an in baptismo vel ante baptismũ. ꝙ nõ ante baptismũ. qꝛ nõ est in vtero matris sanctificatus. sicut Hieremias et Johannes vt dictũ est. ꝙ aũt in baptismo nõ acceperit specialẽ gratiã sanctificationis patet. qꝛ baptismꝰ equalẽ effectum habet in omnibꝫ. maxime in paruulis vbi nõ precedit alia dispositio maior in vno q̃ȝ in alio. igit̃ ꝛc̃. Ad hoc rñdet dñs iohannes cardinalis de turri cremata. saluo meliori iudicio ꝙ sctũs nicolaus in baptismo aliquã specialẽ gratiã supra cõmunem legẽ accepit. nec est incõueniẽs. qm̃ vt dicit Bonauen. in quarto. di. iiij. Gratia mensuratur ẜm liberalitatẽ dei dantis: nõ ẜm q̃litatem suscipiẽtis nisi de cõgruo. et hoc ẜm ꝙ suscipiens se ꝑparat nõ ẜm ꝙ est capax. quia ergo deus in baptismo operat̃ ẜm exigentiã sacramenti. et interius vnus nõ est magis dispositus q̃ȝ alter. ideo equalit̃ dat omnibꝫ paruulis q̃ȝtum est de lege cõmuni. qꝛ tñ potestas eius nõ est alligata sacramento nõ est necesse ꝙ semper det equaliter. sed põt facere cui vult speciale priuilegium. Cõcordat etiã s. Tho. in tertia parte summe. q. lxix. ar. viij. Cõsequenter dicit ꝙ hmõi priuilegiũ sanctificatiõis cõtulit deꝰ beato nicolao ex meritis suorũ parentũ et deuotiõe. q̃ hoc a deo impetrauerũt vt eis talẽ daret filiũ qui suã sanctitatẽ prima die ostenderet. Tertio sanctificant̃ aliqui in iuuentute sicut beatꝰ Martinus et Dominicus q̃ in sua iuuentute deo seruire ceperũt. ps̃. Spes mea dñe a iuuentute mea. L

Ex his accipere possumus vnã doctrinam ꝙ valde gratũ est xp̄o dño et magni meriti ieiunare quartam et sextam feriam. Quartã: qꝛ eodẽ die christus ꝑ iudã traditus est iudeis. Sextã: qꝛ eo die est passus. Ideo in. c. ieiunia. de cõse. dist. iij. dicit̃. ꝙ q̃ illis diebꝫ nõ ieiunauerit videt̃ cum tradente tradere saluatorẽ. et cũ crucifigentibꝫ crucifigere. et glosat Hugo. i. crucifixo nõ cõpati. Utinã hoc attenderẽt multi q̃ ieiuniũ q̃si ꝓ nihilo reputãt dicẽtes. quẽ honorem facio in hoc ꝙ ieiuno vel corpus meũ castigo ꝛc̃. attendãt ꝙ btũs nicolaus spiritusancto inspiratus q̃ adhuc nullũ peccatum fecerat feriã quartã ꝛ sextã ieiunauit. et ꝙ oẽs sancti per ieiuniũ et rigorem discipline sua corpora castigarũt. Et heu multi sunt peccatores qui nullũ diem ieiunant Etiã feriam sextã in qua dominus in magna siti felle et aceto potatus fuit. sanguinem suũ preciosum fudit. mortẽ acerbissimã sustinuit vt nos ab eterna morte liberaret. Certe si homo nullũ peccatũ cõmisisset adhuc feriã sextam ieiunare deberet ob memoriã et honorẽ passionis xp̄i. Secundo beatus nicolaus in puericia placuit deo ĩ generatione. et hoc ꝓpter tria. Primo qꝛ ex beatis erga seculũ parentibꝫ est genitꝰ. Nã parẽtes eiꝰ fuerũt iuuenes diuites et nobiles. Uñ dicit̃ de eo. Nobilissimis ortus natalibꝫ velut lucifer nicolaus emicuit. Secundo qꝛ ex beatis in moribꝫ genitus. licet enim parentes eius essent iuuenes: tamen mox vt nicolaus natus est ꝑpetuã cõtinentiã xp̄o vouerũt. Uñ erãt matrimonio iuncti nõ vt libidini deseruirẽt: sed vt ꝓlẽ educãdam ad dei seruitiũ generarẽt. Ideo de eo canitur. Nobilis genere sed nobilior fide. Tertio qꝛ a parentibꝫ ꝑ orationẽ impetratus. Sicut em̃ Isaac ꝑ orationẽ abrae genitus est: vt dicit̃ Gen̄. xv. et samuel ꝑ orationem Anne. j. Regũ. j. Sic parẽtes beati Nicolai deum exorauerũt vt filium eis cõcederet quem nõ tm̃ diuitiarũ sed etiam morum haberent heredem. Tertio beatꝰ nicolaus in pueritia sua placuit deo in educatione. et hoc ꝓpter tria. Primo quia educatus est vt iuuenũ lasciuias euitaret. ideo dicitur in legenda. Aliorum puerorũ deuitans lasciuias. sciens illud Ecc̃i. xiij. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. dicit. q̃ tetigerit: nõ qui viderit. Quia si q̃s videret cõscientiam peccatorũ turpissimã nõ tangeret peccatum. dicit. inquinabitur. Manus enim nõ inquinat picem: sed ecõuerso qꝛ bonus nõ inficit malũ: sȝ malus bonũ. ps̃. Cũ sctõ sanctꝰ eris: et cũ ꝑuerso ꝑuerteris. Dicit picẽ ꝛ nõ lutũ. qꝛ mala socioꝝ nõ cito abolent̃. Secũdo vt ecclesiã frequentaret. Uñ in legẽda dicit̃. Ecclesie sctẽ fre

quentās limina. Glo. sup Mat. dicit. Ingressus vrbē iesus templū adijt dans formā religionis vt q̄cunq3 imus pmo domū orationis adeamus. Sic faciebat beatus nicolaus tāq3 ver⁹ xpi discipul⁹. Tertio vt verbū dei libenter audiret ⁊ seruaret. vñ in legenda. Quicq̄d de scripturis sanctis audire poterat armariolo cōdebat pectoris. Prouer. ix. Beatus q̄ audit me et vigilat ad fores meas q̄tidie ⁊c. Scđo beatus nicolaus in scđa etate hoc est in iuuētute placuit deo. et hoc in trib⁹. vicz. In prudentia spūali. In misericordia proximali. Et in cōuersatione honestali. Primo in prudentia spirituali. D Ad cuius euidentiā nota vt scribit sctūs Tho. ij. ij. q. xlvij. triplex reperitur prudētia. scz falsa. vera. ⁊ pfecta. Prima est prudētia falsa p similitudinem dicta que in malis ⁊ pctōrib⁹ reperit. De hac dicit xps Luc. xvj. Filij hui⁹ seculi prudentiores sunt filijs lucis in generatione sua. Et Paul⁹ ad Ro. viij. Prudentia carnis mors est. Cū em̄ prudēs sit q̄ bñ disponit q̄ sunt agenda ꝓpter aliquē bonū finē: ille q̄ ꝓpter aliquē malū finem aliqua disponit congruentia illi fini habet falsam prudentiā inquantū illud qđ accipit p fine nō est verū bonum. sed fm similitudinē sicut dicit aliq̄s bon⁹ latro. hoc em̄ mō pt fm similitudinē dici prudens latro q̄ cōuenientes vias inuenit ad latrocinandū. Secunda est prudentia vera sed imperfecta q̄ inuenit vias accōmodas ad finem bonū. Sed est imperfecta dupliciter. Uno mō: q2 illud bonū qđ accipit pro fine nō est cōmunis finis totius humane vite. sed alicuius specialis negocij. puta cum aliq̄s adinuenit vias accōmodas ad nauigandū vel negociādū dicit prudēs nauta vel prudēs negociator. Alio mō dicit prudētia imperfecta. quia deficit in principali actu prudētis. puta cū aliq̄s bñ cōsiliat ⁊ recte iudicat de his que pertinēt ad totā vitā: sed nō efficaciter pficit ⁊c. Tertia est prudentia vera et perfecta. et hec est que recte cōsiliatur et recte iudicat ad bonū finem totius vite. ac etiam pficit. ⁊ hec in solis bonis reperitur De hac. puer. ij. Prudētia suabit te vt eruaris a via mala. Et. xvj. ca. Acquire prudētiam quia pciosior est argento. Et saluator Matth. x. Estote prudentes sicut serpētes ⁊c. Hanc prudentiā verā pfectā et spiritualem habuit sanctus nicolaus q̄ eam ad bona sempiterna dedicauit et p illis adipiscēdis oēm diligentiā adhibuit. Scđo beat⁹ nicolaus in iuuentute placuit deo in misericordia proximali. Legit ei de eo q̄ erat valde cōpatiens ⁊ sup afflictos pia gestans viscera. Ideo dixit xps Mat. v. Beati misericordes qm̄ ipi misericordiā cōsequent. Hāc cōmendat Hiero. in. c. q̄ clementiā. lxxxvj. di. dicēs. Qui clementiā non habet nec indutus est viscera misericordie q̄uis spūalis sit nō adimplet legē xpi. Et Ambro. ea. di. c. i singulis. inq̄t. Misericordia cōmunis est vsus. ideo cōmune pceptū oībus officijs. oībus etatib⁹ necessaria et ab omnib⁹ deferenda. nō publicanus. nō miles excipit. nō agricola. nō vrbanus. diues et paup omnes in cōmuni admonent: vt cōferant nō habēti. Hāc misericordiā i se fuisse beat⁹ nicolaus apertissime demōstrauit dum elemosynā indigenti ⁊ in extrema necessitate posito cōuicino suo tribuit ne tres filias virgines quas ille habebat, pstitueret prout volebat. dic vt in legenda. E In hac vero elemosyna obseruauit btūs nicolaus tres illius ꝯditionis necessarias. Prima q2 fuit pmpta. Scđa q2 fuit copiosa. Tertia q2 fuit secreta. Prima cōditio q2 fuit pmpta. q2 nō multis pcib⁹ data vel impetrata. Seneca in li. de beneficijs. Ingratū est beneficiū qđ diu inter dantis man⁹ hesit. Idem. Nulla res charius emit q̄ q̄ pcibus empta ē. Et licz deo grata sit elemosyna q̄ datur pauperib⁹ illā petentib⁹. gratissima tñ est cōspectui suo cū tribuit egeno p verecundia petere nō audēti. Ideo Ambro. li. j. offi. Sunt multi qui malunt miseria tacite cōstringi q̄ publica petitione cōfundi. hi q̄rendi sunt et adiuuādi vt p hoc ampli⁹ gaudeāt q̄ paupertati cōsulant et pudori. Scđa cōditio q2 copiosa. qm̄ tantū dedit de auro q̄tū sufficere iudicauit p puellis virginib⁹ maritādis. fm illđ Thob. iiij. Si multū tibi fuerit abundanter tribue. F Ex hac ꝯditōe habemus hanc doctrinā q̄ valde deo placet desponsare puellas ⁊ eis ad hoc elemosynas cōtribuere: maxime ꝓpter timorē futuri lapsus. exemplo beati nicolai. Nam si sanctus nicolaus sciuisset aliquod opus deo

magis placitũ cum tali auro vtiqꝫ fecisset.
in hoc ergo oĩbus nobis dedit doctrinam
vt diligentẽ operã demus ad maritanduꝫ
puellas. imo tanto talis elemosyna est deo
gratioꝛ q̃nto ꝗs erga eas est feruẽtioꝛ ⁊ pa
ratioꝛ succurrere ꝯtra earũ lapsus. q̃ꝫto eti
am lapsus puellarũ est scandalosioꝛ ⁊ ꝑicu
losioꝛ. Cũ eñ puella semel verecundiã ꝑ-
dit: postea faciliter attẽptata cadit. qꝛ illud
pctm̃ luxurie coinquinat hoĩeꝫ sicut pix. ⁊
post casum recadit. et tandẽ sine verecũdia
se ꝓstituit oĩbus indifferẽter ꝑ questu. Ec-
ce q̃ꝫta mala sequũtᷣ lapsum ꝟginis. Jõ vo
lunt doctoꝛes ꝙ hñs sufficientiã tempoꝛa
liũ obligatᷣ ancille sue auxilia ꝓ̃stare. si secꝰ
cõseruari nõ speratᷣ vel ad minus ꝑiculũ ti
metur. Tertia cõditio fuit. qꝛ secreta. obser
uauit nanqꝫ doctrinã saluatoꝛis nostri qui
Matth. vj. dicit. Cũ facis elemosynã no-
li tuba canere. Jõ massam auri panno iuo
lutã in domũ cõuicini sui ꝑ fenestrã clam
ꝓiecit: clãqꝫ recessit. dic vt ĩ legẽda ⁊c̃. H
Hic est dubiũ q̃re btũs nicolaꝰ isti ciui
ꝓ questu turpi filias stupꝛare volẽti occul-
te aurũ dedit ⁊ nõ potiꝰ publice cũ ipsiꝰ re-
pꝛehensione ne sibi daretᷣ occasio ingratitu
dinis de bñficio ꝓ̃stito ⁊ sic peccaret. Rñ-
det sctũs Tho. ij. ij. q. xvij. ar. iij. ꝙ ille qui
ignoꝛat beneficiũ non est semꝑ ingratus si
beneficiũ nõ recõpensat aut recognoscit a-
pud bñfactoꝛẽ dummõ sit paratꝰ recogno
scere si sciret. Est aũt laudabile aliq̃n vt il-
le cui ꝓuidetᷣ ignoꝛet bñficiũ. Primo ꝓpter
inanis gloꝛie vitationẽ. exẽplo xp̃i q̃ cecis
illuminatis p̃cepit ne cui diceret. Matth.
ix. nõ ad celandũ sed ad cauendũ ne in bo-
nis operibꝫ laudẽ hoĩm q̃ramus ſm glo.
sicut beatꝰ nicolaus aurũ ꝓijciẽs in domũ
sui cõuicini vitare voluit humanũ fauoꝛẽ.
Secũdo qꝛ in hoc ipe amplius beneficiũ
facit ꝙ cõtulit verecundie eius q̃ beneficiũ
accipit vt in ꝓposito iste nobilis foꝛte eru-
buisset aperte recipere. Tertio ad cõsequẽ-
dum maius meritũ. ſm illud Matth. vj.
Attendite ne iusticiã vestrã faciatꝭ coꝛã ho
minibꝫ vt videamini ab eis. i. ex vana glo-
ria q̃ plus vexat seruos dei. qꝛ ibi citiꝰ inue
nitur gloꝛiatiõis occasio ſm Chꝛyſ. omel.
xiij. Tertio btũs nicolaus in iuuẽtute pla-
cuit deo in ꝯuersatione honestali. Fuit eñ
honeste ⁊ modeste ꝯuersatiõis. et hoc ĩ tri-
bus. Primo in mulierũ vitatiõe q̃s velut
pestẽ fugiebat. Ecci. xlij. De vestimẽtis ꝓ-
cedit tinea et a muliere iniq̃tas viri. De h
Hiero. in. c. hospitiolũ. xxxij. di. dicit. Nõ
põt toto coꝛde habitare cũ deo q̃ feminaꝝ
accessibꝫ copulatᷣ. Femina cõcupiscentiaꝫ
secũ pariter habitãtis exurit. Feminã quã
vides bene ꝯuersantẽ mente dilige nõ coꝛ-
poꝛali frequẽtia. Hec ille. Scdo in mũdi
despectiõe. Vñ de eo cantᷣ. Mundi glo-
riam spꝛeuit cũ suis oblectatiõibꝫ. quia vt
ait Grego. Momentaneũ est qd̃ delectat:
sed qd̃ cruciat eternũ est. Ideo Aug. in q̃-
dam sermone. Nulla maioꝛ insania q̃ꝫ pro
delectatiõe momentanea ꝑdere eterna gau
dia et obligare se ad eterna supplicia. Jac.
iiij. Qui voluerit esse amicus huius seculi
inimicus dei cõstituitur. Ex quo sequitᷣ ꝙ
beatus nicolaus spernẽdo mundũ factus
est amicus dei. Tertio in deuota oꝛõne. vñ
nõ solũ in die sed etiã in nocte oꝛabat et ad
matutinas etiam cum esset laicus ibat. ps.
Querite dñm scꝫ in oꝛõne: q̃rite faciẽ eius
semꝑ. Tertio beatꝰ nicolaus in tertia eta
te vicꝫ in senectute placuit deo: et pꝛincipa
liter in tribꝫ. Primo in obseruantia pasto-
rali. scdo in operatiõe ꝓdigiali. et tertio in
emigratione finali. H Primo in ob-
seruatiõe pastoꝛali. Electus nãqꝫ ex diuia
reuelatiõe in ep̃m Mirree ciuitatis. vt ha
betur ex legenda. obseruauit officium boni
pastoꝛis circa curam ⁊ regimen animarũ.
et hoc in tribꝫ. In populi doctrinatiõe. In
pauperũ subuentione. In moꝛũ exempla
tione. His nãqꝫ tribus bonus pastoꝛ de-
bet pascere populũ suum. videlicet verbo.
exemplo. et tempoꝛali subsidio. Primo be
atus nicolaus fuit bonus pastoꝛ in popu-
li doctrinatione. Non enim neglexit popu
lum sibi subiectum pascere cibo spirituali.
Ideo legitur de eo ꝙ fuit efficax in loquẽ-
do. Hiere. iij. Dabo vobis pastoꝛes iuxta
coꝛ meum qui pascent vos sanctitate ⁊ do
ctrina. Habuit nãqꝫ magnam sapientiam.
quia interfuit Niceno ꝯcilio vbi plurimũ
de fide cõtra hereticos disputauit et vicit.
Illud cõcilium cõgregatũ fuit tꝑe Con-
stantini scdi filij Cõstantini magni. ⁊ Julij
pape apud Niceã trecẽtoꝝ decẽ ⁊ octo pa
trũ ꝯ Arriũ de q̃ scribitᷣ. xv. dis. c. canones.
Scdo b. nicolaꝰ fuit bonꝰ pastoꝛ in moꝛũ

exemplatione. Prebuit em̄ suis ouibꝫ bo-
num exemplū. Juxta illud apli. j. ad Tim.
v. Exemplū esto fidelibꝫ in verbo. in con-
uersatiōe ⁊c. Ideo in legēda dicit̄. Beatus
nicolaus acceptato pontificat⁹ officio se-
ctabat̄ in omnibꝫ humilitatē. morū graui-
tatē. ꝑuigilabat in orōne. corpus macera-
bat. mulierū vitabat ꝯsortia. affabilis in su-
scipiendo. alacer in exhortādo. seuer⁹ ī cor-
ripiēdo ⁊c. Tertio btūs nicola⁹ fuit bon⁹
pastor in pauperū subuentiōe. Nā vt dicit
Hiero. ad Nepotianū. et hr̄ in. c. glīa epi.
xij. q. ij. Gloria epi est pauperū opibꝫ ꝓui-
dere. ignominia sacerdotꝫ est ꝓprijs studere
diuitijs. et in. c. aurū. ea. cā et. q. Amb. ait.
Aurū habet ecclesia nō vt seruet sꝫ vt ero-
get. Beatus nicolaus circa pauperes ma-
xima cura profecit. Nam populo fame la
boranti a nautis frumentū impetrauit qđ
deus miraculose suppleuit. Hic vt habet̄ in
eius legenda. J Secūdo beatus ni-
colaus ī senectute placuit deo in operatiōe
ꝓdigiali. hoc est in miraculorū operatiōe.
Siquidē operatus est miracula in maiori
mūdo ꝗtū ad q̄ttuor elementa. Primo in
elemēto ignis qñ ignē dyane extinxit. Se
cundo in elemēto aeris qñ ab aere tēpesta-
tem fugauit. Tertio in elemēto aq̄ quādo
nautis mare trāquillauit. Quarto ī elemē-
to terre qñ terrā sterilē fecundauit. Etiā in
minori mūdo. id ē in hoīe multa miracula
operat⁹ est. Primo quibusdā subueniendo
in tribulatiōe quā iuste patiebant̄ a deo si-
cut quādo patri suscitauit filiū cū cipho in
mari submersum. Secūdo ꝗbusdā subue-
niendo in tribulatiōe quā patiebant̄ a dia
bolo. sicut quādo resuscitauit patri filium
a diabolo suffocatū. Tertio quibusdā sub
ueniendo in tribulatione quā patiebantur
a tirannis. sicut tribus iuuenibꝫ innocēter
cōdemnatis. et tribus principibꝫ false Cō-
stantino ab inimicis accusatis. et qñ patri
restituit filium a Soldano detentū. Quar
to quibusdā subueniēdo in tribulatiōe quā
patiebant̄ in rebus. Sicut qñ subuenit iu
deo qui imaginē sancti nicolai ī domo ha
buit vt res suas custodiret. Et qñ alteri iu
deo subuenit: cui christianus dolose ꝑ mu
tuo restituto iurauerat. Uide de his lati⁹
in passionali. K Et breuiter hūc arti-
culum cōcludendo. dico ꝙ sctūs nicolaus
tante sanctitatꝫ fuit ꝙ in multis miraculis
et oꝑibꝫ suis xp̄o similis fuit. Nā de xp̄o le
gitur ꝙ ieiunauit q̄draginta diebus et q̄-
dragīta noctibus. Et de sancto nicolao ꝙ
adhuc in cunis existens q̄rta ⁊ sexta feria
tantū semel sugebat vbera. xp̄s audiuit vo
cem patris in baptismo ⁊ ī transfiguratiōe
Hic est filius me⁹ dilectus. Et nicola⁹ vo
ce lapsa de celo dign⁹ ep̄atu ostendit̄. Chri
stus ante discipulos suos oratur⁹ montem
oliueti ascendit. Et nicolaus ante oēs ꝑor
ad ecclesias venit. Christus mulierē ī adul
terio deprehensam a morte corporis libera
uit. Et nicolaus tres virgines a morte aīe
ne stuprum incurrerēt liberauit. Christus
quinqꝫ panes et duos pisces multiplican
do quinqꝫ milia hominū pauit. et nicola⁹
de modico tritico qđ a nautꝫ acceperat to
tam plebē suā illud multiplicādo pauit vs
qꝫ ad nouos fruct⁹. Christ⁹ discipulis suis
in ꝑiculo maris positis affuit ventis impe
rauit: mare sedauit. Et nicolaus nautis et
ꝗ cū eis erāt eū inuocantibꝫ dixit: assum. tē
pestatē sedauit et eos a periculo liberauit.
Christus petrū in fluctibꝫ maris ambulā-
tem ne mergeretur erexit ⁊ paulū de ꝓfun-
do pelagi liberauit. Et nicola⁹ puerū sub-
mersum in mari cū cipho patri viuū resti-
tuit. Christus tres pueros ab incēdio ille-
sos cōseruauit. et nicolaus tres pueros a
morte liberauit. Christ⁹ ianuis clausis ad
discipulos intrauit. et nicolaus ad impera
torem et p̄sidem dormientem in cōclaui ve
nit. Sanguis christi multos sanauit ab in
firmitate peccati. Et oleum ⁊ aqua nicolai
multos sanauit ab infirmitate corporali.
Unde ex eius tumba oleum manauit cir-
ca caput. ad ostendendū quante misericor
die fuerit in mundo. et fons aque ad pedes
L Ex istis miraculis accipere possu-
mus duas doctrimas. Prima ꝙ iuramen
tum etiam infideli factum est seruandum
et ꝙ iuramentū nō accipitur sm̄ mentē iu-
rantis: sed ad intentionē illius cui iuratur.
hoc est sm̄ cōmunem sensuꝫ verborum vt
ait magister dist. xxix. tertij. et ī. c. quacūqꝫ.
xxij. q. v. qr in iuramento nō debet intentio
verbis: sed verba intentioni deseruire. ea.
q. hūane. ptꝫ h in miraculo de iudeo ꝗ mu
tuauit cuidā christiano summā pecuniarū
ꝗ tandē citatus ad iudicē dando baculum

iudeo auro plenum iurauit ꝙ plus dederit
ꝗ̃ ꝙ obligatꝰ fuerit iudeo. tandē baculum
dolose repetijt et in biuio dormiēs ꝑ currū
interficit̄ ⁊ baculꝰ frangit̄ et aurū apparuit
Ecce iuramētū nō fuit receptū ad intentio
nē xp̄iane sophistice iurantis. sed ꝓpterea a
deo punitꝰ. q̄ꝛ etiā sophistice iurās ꝑiurꝰ ē
dicto. c. quacūq̄ꝫ. et. c. ij. se. M Scd̕a
doctrina ꝙ vota sunt adimplenda s̄m intē
tionē vouentis dummō pn̄t adimpleri et
nō ad voluntatē cōmutāda. ptꝫ ꝑ miracu⸗
lum de puero cū cipho submerso. vbi pr̄ n̄
primū ciphū q̄ sibi placuit sctō nicolao vt
sibi vouerat obtulit. sed aliū similē quē tn̄
sanctꝰ nicolaus acceptare noluit sed de al⸗
tari tertio ꝓiecit. Ita etiā testamēta ⁊ vlti⸗
ma volūtas hoīs non debēt mutari nisi ex
maxima et rōnabili causa. vt in. c. nos q̄dē.
et. c. se. de testa. q̄ꝛ pauci sciunt q̄d mouerat
testantē ad hoc faciendū ⁊ nō aliud. q̄d exe
cutores infigere debēt cordibꝫ suis. q̄ testa⸗
mēta se dicūt in melius cōmutare. Tertio
et vltimo beatus nicolaus in senectute pla
cuit deo in emigratione finali. et h̄ in tribꝫ.
vicꝫ in felici emissiōe. in diuina ꝓtectiōe. in
gloriosa assumptiōe. Primo in felici emis⸗
sione scꝫ aīe a corpe. q̄ꝛ deuote sicut xp̄s ani
mā suā cōmendauit deo dicēs. In manus
tuas dn̄e ꝯmēdo spiritū meū. et hec dicēs
deo tradidit spm̄ suū. Sap. x. Iustoꝝ aīe
in manu dei sunt. Scd̕o ī diuina ꝓtectiōe.
Vn̄ cū moreret̄ rogauit deū vt angelos si⸗
bi mitteret. ⁊ inclinato capite vidit anglos
ad se veniētes q̄ eū a triplici timore eruerūt
N Nā s̄m Aug. tria aīa timet circa
mortē q̄ notant̄ in ps. Angelis suis man⸗
dauit de te ⁊c. Primo viarū multiplicitatē
ignotarū vicꝫ ad celū. infernū ⁊ purgatori
um. Sꝫ ꝯtra ibi. vt custodiāt te ī oībꝫ vijs
tuis. Scd̕o timet pctōꝝ grauitatē. Cōtra
qd̕ d̕r. ne offendas ad lapidē pedē tuū. lapi
des sunt pctā dura frigida ⁊ aspa. Tertio ti
met demonū malignitatē. cōtra ibi. super
aspidē ⁊ basiliscū ambulabis. Tertio ī glo
riosa assumptiōe. q̄ꝛ angeli aīam eius cum
celesti melodia ī celū deduxerūt. Esa. xxiiij.
A finibꝫ terre laudes audiuimꝰ gloriā iu⸗
sti. Imploremꝰ ḡ beatū nicolaū q̄ hic ī mū
do in diebꝫ suis placuit deo ⁊ lōge nūc plꝰ
placet in celo vt nobis veniā pctōꝝ impe⸗
tret et ab oī malo corpis et aīe defendat et
in aduersis succurrat q̄tinꝰ hic ꝑ obseruan
tiā p̄ceptoꝝ dei deū secū clare cōtemplari
mereamur in regno celoꝝ. Amen.

De sancto Nicolao
Sermo IIII.

Homo quidam

b nobilis abijt ī regionē longin⸗
quā accipe sibi regnū ⁊ reuerti.
Luc. xix. Plinius in specu. naturali. li. viij.
c. v. refert ꝙ elephas est animal magnū in
corpulētia: et tn̄ respectu alioꝝ animalium
magni corpis maxime est benignū ⁊ hoīeꝫ
singulariter diligit. Nā si viderit ipm̄ errā
tem in solitudine ne ipm̄ terreat aliquali⸗
ter se de via subtrahit et gradū figit. paula⸗
timq̄ꝫ ipm̄ p̄cedēs viam ei ostēdit. et si dra⸗
co ei occurrerit ꝓ hoīe defensando cum eo
pugnat ⁊ viriliter se opponit. Mystice per
elephantē beatꝰ nicolaus nō immerito cō
uenit designari. recte em̄ sicut illud aīal est
magnū et facit se faciliter placabile hoībꝫ.
ita beatꝰ nicolaus fuit magnus s̄m genera
tionē. q̄ꝛ ex diuitibꝫ et nobilissimis parenti
bus ꝓcessit. Fuit etiā magnꝰ s̄m deuotio⸗
nē. q̄ꝛ vitā totā seruauit in puritate vt dice
re posset illud Iob. xxxiij. Mundꝰ sū ego
scꝫ a vicijs carnis. et absq̄ꝫ delicto id ē pctō
omissionis. et īmaculatꝰ. i. grauibꝫ culpis
cōtra deū. et iniquitas nō est in me scꝫ pec
catū cōtra ꝓximū. Nō enim se carnalibus
vicijs maculauit. nec aliquid de faciendis
dimisit. nec cōtra deum idolatria peccauit
sed eam eradicauit. Fuit etiam magnus ꝑ
miraculorum operationem. Ipe enim ab⸗
sens adhuc viuens notabilia fecit miracu
la. vt in nautis a tempestate liberatis. ⁊ tri
bus principibus a Constantino cesare in⸗
carceratis. Ipe etiam sicut elephas studu
it se hominibus benignū exhibere et ama⸗
bilis fieri sicut canitur de ipo. Beatus ni⸗
colaus pontificalibus infulis decoratꝰ ta⸗
lem se exhibuit vt ab omnibus amaretur.
Ipse enim paterna benignitate homines
in ciuitate Mirrea errantes in idolatria
quam Dyane fecerant liberauit et in viam
veritatis reduxit. ꝓ eis contra draconē in⸗
fernalem se opposuit. Ideo in verbis p̄mis
sis nobili homini qui debet esse benignus
assimilatur cū dicit̄. Homo quidam nobi
lis abijt ⁊c. A In verbis predictis

beatus nicolaus a tribus principaliter cō
mendaꝫ. Primo a virtuoso ꝓgressu. Se-
cundo a glorioso egressu. Tertio ab amo-
roso regressu. De pmo dicit. hō q̄dā nobi
lis. Pro q̄ nota ſm Grego. nazanzenū. tri-
plex est nobilitas. pma ſpūs. ſcōa carnis.
tertia opis. Prima est ſpūs q̄ oēs nobiles
sumus: q2 ad imaginē dei creati. De q̄ dic̄
Aug9. O nobilis creatura ē aīa: q2 ad mā-
sionē et fruitionē dei creata. in q̄ oēs alias
creaturas corꝑales excellit. et sic oēs nobi
les sumus. q2 aīas oīm nostrū deus crea-
uit ad imaginē suā. Ezech. xviij. Oēs anīe
mee sunt. sic aīa pr̄is sic et aīa filij. ꝓpter qđ
sollicite est anīa ab vnoquoqꝫ custodiēda.
Deut. iiij. Custodi temetipm et aīam tuā
sollicite. Aug9. dat rationē. q2 mai9 damnū
hꝫ in amissione vni9 aīe q̄ꝫ mille corporū.
Hoc ꝑpendens btūs nicola9 aīam suā bn̄
custodiuit. et potuit dicere illđ Thob. iiij.
Scis dn̄e q2 mundā seruaui aīam meam
ab oī ꝯcupiscētia. et sic fuit nobilis nobili-
tate ſpūs. Scōa nobilitas est carnis. Ista
etiā fuit nobilis beat9 nicolaus. de q̄ caniꝫ
Nobilissimis siquidē natalibꝫ ort9. Et ab
illa cōmendaꝫ ꝓpter ꝯditiōes q̄s debēt hr̄e
nobiles ⁊ ꝑ q̄s cognoscūꝫ. et sūt sex. B
Prima q2 debēt esse liberales. videm9 em̄ i
natura ꝙ q̄ꝫto aīal est nobilius tanto est li
beralius. Sicut ꝓbat Plinius in speculo
naturali de aquila q̄ est regina auiū. cibuꝫ
quē p̄dando acquirit sola nō comedit sed
alijs auibꝫ sequentibꝫ liberaliꝫ diuidit. ideo
multe aues ꝓpter hanc causam eā sequūꝫ.
Ita et nobiles hui9 mūdi debēt esse libera
les pauperibꝫ eos alēdo et nulli calumniā
faciēdo. quēadmodū btūs iohēs baptista
docuit Luc. iij. dicēs. Neminē cōcutiatis
neqꝫ calumniā faciatis. q̄si diceret sed nu-
triatis. Sed heu hic p̄t dici de illis qđ scri
psit Ezech. xxvj. Statue tue nobiles ī ter
rā corruerūt. hoc est nobiles q̄ tāq̄ꝫ colum
ne deberēt debiles sustētare ī terrenā cupi-
ditatē deuenerunt ⁊ solēt pauꝑes dep̄dari
vt verificeꝫ illud Esa. j. Principes tui infi
deles socij furum oēs diligūt munera. Et
Ezech. xxij. Principes lupi ei9 in medio ra
pientes predā ad effundendū sanguinē ad
p̄dandas aīas ⁊ sectandū lucra. Quis em̄
nūc inter nobiles sequiꝫ naturā nobilis a-
quile vt sua cū alijs diuideret: certe pauci.

Qui em̄ nobiliū more antiquoꝝ p̄ncipum
fundāt episcopatus et ecclesias. sicut Ka-
rolus magnus. Henric9. wenzeslaus. sed
heu annihilant ⁊c̄. Talis nō fuit beat9 ni-
colaus: sed fuit multū liberalis more aq̄le
pauꝑes alendo. Applica hic exemplum de
frumento qđ pauꝑibꝫ tꝑe famis distribu-
it ex legēda. Aliud đ q̄dā ꝯuicaneo suo q̄
ob pauꝑtatē ꝓposuit tres filias suas ꝓsti-
tui. cui successiue clam tres massas auri in
domū eius ꝑ fenestrā ꝓiecit. Tales mō nō
sunt in mūdo. nec inter seculares nec spi-
rituales. sed sunt certi inter spirituales licꝫ
abundēt ⁊ multa habeāt bn̄ficia tn̄ nō sūt
liberales circa pauperes nō aduertentes il
lud Hiero. in c. gloria epi. xij. q. ij. ꝙ om̄is
possessio sacerdotū elemosyna ē pauperū.
et si q̄d vltra necessitatē vite possederint nec
in elemosynā pauperū erogauerint furtuꝫ
et sacrilegiū existit. ideo timendū est ꝙ ꝓ-
pterea multi damnenꝫ. Exemplū qđ po-
nit Aplarius de quodā cancellario Pari-
siensi. q̄ multas habuit p̄bendas ⁊c̄. vide in
ortulo meffret ser. j. de sancto nicolao D.
Scōo veri nobiles debēt clemētes et mi-
tes esse in vicijs remittēdis sicut rex apū. q̄
nō vtiꝫ aculeo ad vindictā. et illud innuiꝫ
in noīe homo: in themate. q2 hō ſm Are-
sto. j. ethic̄. est aīal mite et mansuetū natura
humile. dr̄ ab humo qđ est infimū elemen
tū. Iccirco reges tāq̄ꝫ nobiliores in signū
pietatis ⁊ clementie inunguꝫ. vt in. c. j. de
sacra vnctiōe. Ita beat9 nicolaus vere no
bilis fuit mitis in vicijs remittendis. Nā
iniuriā sibi illatā ab hominibꝫ malis non
statim sicut certi sancti vindicat: sed tanq̄ꝫ
homo mitis tolerat. vt de eo dicitur illud
Eccl̄i. xlv. In fide et lenitate fecit illum san
ctum et elegit eum ex omni carne. De eius
mititate refert Johannes diaconus exem
plum de quodā iudeo qui imaginē in do-
mo suo collocauit ad custodiendū res su-
as. vide in legēda. C Tertio nobiles
debent esse veraces in verbis. iuxta illud
Prouer. xvij. Nō decent stultum verba cō
posita: nec principē labia mendacij. Opti-
mum clinodiuꝫ est veritas. In nobilibus
olim erat generale: nunc est rarū. Ideo di-
cit ps̄. Nolite cōfidere in principibꝫ. quasi
di. Raro est veritas in ipis. ipi appendunt
multa sigilla ⁊ multiplicāt ꝟba: sꝫ in eis est

pauca fiducia. Talis nõ fuit beatus Nico
laus sed totus verꝰ, iõ canit̃ de eo in missa.
Misericordia et veritas cũ ipo. Ita beatꝰ
Nicolaus fuit verax in ꝟbis. Et pt dici de
eo illud. j. Re. ix. Est vir dei ĩ ciuitate hac
nobilis qđ loquit̃ absq; ambiguitate venit
Quarto nobiles debẽt esse mũdi, qꝛ nobi-
lia aĩalia in locis mundissimis cõmorant̃.
sed porci in luto delectant̃. Iõ legit̃ in ge-
stis phoꝝ. Cũ q̇dã immũdus corã quodã
pho diceret se libentius cũ mulieribꝫ q̃ꝫ cũ
phis cõmorari. Ille rñdit. Et sus libẽtius
in sceno gaudet q̃ꝫ in fonte sereno. Ita bea
tus nicolaꝰ vt vere nobilis seruauit mũdi-
ciã. qꝛ sciuit eẽ scꝑtũ ꝓuer. xxij. Qui diligit
cordis mũdiciã ꝓpt̃ ꝟba labioꝝ hẽbit aĩcũ
regẽ. ¶ Quinto nobiles dñt eẽ mode
sti nõ voraces nõ potatores ⁊c̃. Hãc mode
stiã btũs nicolaꝰ ab infantia vsq; ĩ finẽ ha-
buit. Cũ eñ matris vbera lactaret duobꝫ
diebꝫ ieiunauit in septimana, q̃rta ⁊ sexta fe
ria: in his tm̃ semel suxit deinde ꝑ totuꝫ diẽ
abstinuit. sicut de eo canit̃. Quarta et sexta
feria semel sugebat vbera. Et h̃ est ꝯtra ml'
tos ꝑsertim nobiles q̇ nolũt ieiunare assu-
mentes ꝓ se illud Berñ. Affligendum est
interdũ corpus sed nõ cõterendũ. qꝛ modꝰ
in oĩbus est habendꝰ. putãtes ꝑ hoc corpo
ri fieri magnã violentiã. imo dicũt. Quid
ꝓdest homini multũ ieiunare. nõ eñ pt ho
minẽ sanctificare. in q̇ tñ false loquunt̃. qꝛ
ieiuniũ ƀm Aug. mentẽ subleuat. carnẽ spi
ritui subijcit. coꝛ cõtritũ facit. ꝯcupiscentie
nebulas dispergit. libidinis ardorẽ extin-
guit. et castitatis lumen accendit. hec ille.
Et certe si ieiuniũ ad sanctitatẽ nõ cõferret
nequaq̃ꝫ beatꝰ nicolaus spũsctõ inspiratꝰ
ĩ infantia ieiunare incepisset. Ieiunauit nã
q̃ꝫ qui adhuc nullũ peccatũ cõmiserat: ⁊ tu
pctõꝛ inueterate dudũ ml'ta peccata cõmi
sisti et ꝓ eis satisfacere nõ vis dũtaxat vno
die scꝫ sexta feria ĩ septimana ieiunare in q̃
dñs ꝓ te magnã sitim sustulit felle et aceto
potatus. sanguinẽ ꝑciosum fudit. mortem
acerbissimã sustinuit vt te a morte libera-
ret. Certe si nũq̃ꝫ aliquod peccatũ cõmisis-
ses adhuc feriam sextã ad honorẽ xp̄i pas-
sionis ieiunare deberes. qꝛ hꝛ ĩ. c. ieiunia.
de ꝯse. dist. iij. ꝙ sexta et q̃rta feria sunt ieiu
nande nisi grandis necessitas fuerit. qꝛ fe-
ria q̃rta iudas dñm tradere cogitauit et fe
ria sexta crucifixus est saluatoꝛ. q̇ ergo illis
diebꝫ nõ ieiunauerit videt̃ cũ tradente tra-
dere saluatorẽ: ⁊ cũ crucifigentibꝫ crucifige
re. Glo. i. crucifixo nõ cõpati. Nã si nõ ie-
iunat nõ videt̃ cõtristari de illa traditione
et crucifixione: sed potius eã ꝓbare. Audi
ant voraces q̇ nõ libenter ieiunãt exemplũ
qđ btũs Grego. refert. iiij. dial'. de quodaꝫ
monacho q̇ magne estimationis habebat̃
vide in ortulo sermone. j. de sctõ Nicolao
circa finẽ. Sexto nobiles debẽt esse stren-
nui ⁊ viriles ad defendenduꝫ orphanos et
viduas. iõ portãt gladios. Ro. xiij. Nõ si-
ne causa gladiũ portat sed ad vindictã ma
lorum et defensionẽ bonoꝝ. Ipi eñ sũt illi
q̇ veritatẽ ⁊ oppressos defendere debẽt. vt
habet̃ in ca. Regũ. xxiij. q. v. Regũ ꝓprium
est facere iudiciũ et iusticiã et vi oppressos
erigere. et debẽt ꝑesse et prodesse: et nõ ob-
esse pauperibꝫ. sicut fecit Dauid. j. Re. xxij.
Oẽs q̇ gemebant et vexabant̃ a Saul fu-
giebant ad dauid ⁊ liberauit eos. Ita fecit
beatꝰ Nicolaus. qꝛ liberauit tres milites
iniuste captos. et tres adolescẽtes ad mor-
tem cõdemnatos. vt ptꝫ in legẽda. Ter-
tia est nobilitas virtutꝭ siue opis. de q̃ Gre
go. Summa nobilitas est clarũ esse ꝟtuti-
bus: iõ nõ ex lõgis tunicis. ex magnis ma
nicis ⁊ scissuris debẽt nosci nobiles: sed ex
moribꝫ. ꝓpter qđ dicit̃ in c. ius. xl. di. Nobi
litas morum plus ornat q̃ꝫ ꝓgenitoꝝ. Ita
etiã fuit nobilis beatꝰ Nicolaus. ¶
Pro q̊ nota ꝙ nobilitas bonorũ operũ ex
q̃ttuoꝛ causis resultat q̃s in beato nicolao
fuisse reperimus. Primo ex cause efficiẽtꝭ
puritate. nã q̃ꝫtũ efficiẽs puriorẽ hꝫ ꝯscien
tiã: tãto bona facta. ꝟba. cogitata. affecta-
ta maiorẽ habẽt nobilitatẽ et efficaciã eo ꝙ
ab illa ꝯscientie puritate noscunt̃ effluere.
Hinc est ꝙ plus valet ĩ merito buccella pa
nis oblata de pura ꝯsciẽtia q̃ꝫ diuitie Cre-
si distribute ab illa q̇ mortalibꝫ vicijs im-
plicata est ꝯsciẽtia. Ideo beatus Nicolaꝰ ĩ
adolescẽtia nõ sicut illa etas assolet lasciui
am amplexus est mundi sed ecclesiarũ tere
bat limina et qđ de scripturꝭ audiebat ar-
mariolo cõdebat pectoris sicq; iuuenilem
innocenter decurrit etateꝫ. sciens quia scri
ptum est Leuiti. ij. Omnis oblatio que of
fertur dño absq; fermento scꝫ peccati erit.
Secundo ex cause materialis difficultate

Ceteris em̄ paribꝫ q̄nto difficilius est hoc
qd agim⁹ vel patimur: tanto ꝑfectū opus
est nobilius. sicut maior est crucifixio q̄ꝫ le-
uis flagellatio. mag᷒ est dare necessaria q̄ꝫ
sup̱flua. dare corpus q̄ꝫ res. dare spiritū in
obediētiā q̄ꝫ corp⁹ ī pn̄iam. Quātū em̄ ma
teria in quā agit̄ est nobilior et ipi anie vi-
cinior: tanto op̱a q̄ fiunt in ea sunt diffici-
liora. et per ꝯsequēs nobiliora. nam multi
traderent bona t̄p̱alia q̄ nō traderēt corpo
ra vel ad penā vel ad mortē vel ad religio-
nem. et multi tradūt corpora ad religionē
q̄ voluntatē tradere nō possunt ad plenā
obedientiā. et multi tradūt voluntatem ad
obedientiā exteriorē q̄ tn̄ spm̄ tradere non
pn̄t ꝑ cōtemplationē ad ꝑfecte diuine con
formitatis interiorē vnionē. Beat⁹ Nico-
laus aūt et res tradidit elemosyne ꝛ corp⁹
penitētie. volūtatē diuine obediētie. ꝛ spm̄
cōtemplationi eterne. Tertio ex cause for-
malis charitate. qꝛ q̄nto est ardētior tanto
opus qd ꝑ eā offert̄ est nobilius. Hinc p̄-
cepit dn̄s Leuit. ij. Si offers mun⁹ tuum
p̄mitiarū frugū dn̄o: torrebis eas igne scꝫ
charitatis. Primitie sunt p̄mi fruct⁹ ꝑ q̄s
intelligunt̄ intētiones ī his q̄ agim⁹ q̄ sunt
velut p̄mi fruct⁹ operū. ꝟboꝝ ꝛc̄. Vn̄ ver.
Quicq̄d agūt hoīes intentio iudicat oēs.
Hec ergo debēt igne charitatis cōburi vt
inflāment̄ amore ꝛ honore diuio. Hic em̄
ignis tantū valuit in magdalena lachry-
mis rigāte pedes dn̄i: vt nō solū culpā sed
oēm reatū ꝯsumeret. Sic ī oībꝫ op̱ibꝫ bea
tus nicola⁹ vigorosam charitatē ostn̄dit. di
uitias vt lutū dispsit. honores cōculcauit.
delitias repressit. et pietatis affectibꝫ effe-
ctibusqꝫ tot⁹ effluxit. Quarto ex cause fina
lis diuinitate. Finis em̄ ꝑfect⁹ eē debet: nō
fauor seculi: nō timor supplicij: nō amor p̄-
mij: sed cōplacētia dilecti. et q̄nto plenius
atqꝫ intensius hūc finē attigerit: tāto ꝑactū
opus nobili⁹ atqꝫ gloriosi⁹ dn̄o erit. Exin-
de beat⁹ nicolaus solū dn̄m inspectorē op
tauit. Quātū ad secundū de gloriosa de
cessione. qꝛ abijt in regionē longinquā ac-
cipere ꝛc̄. Nota qn̄ dn̄s terre ꝑficiscit̄ ī ter
ram remotā accip̱e ip̱am in suū dominiū
siue potestatē: gloriose solet incedere cū ma
gno comitatu p̄cedentibꝫ cātoribꝫ ꝛ tybici-
nis vt hoīes ꝛ incole regionis eiusdē vidē-
tes ei⁹ gloriosum aduentū cū gaudio susci-
piant et honorent. Mystice ꝑ hāc regio
nē longinquā intelligit̄ celestis regio. De
q̄ Bern̄. in sermone de sp̄uali negociatiōe.
O regio sublimis et plena delitiarū ad te
suspiro de valle lachrymarū. ꝑambula aīa
spiritualē regionē oculis desiderioꝝ ꝛ vide
regē stipatū legionibꝫ angeloꝝ: sanctorum
agminibꝫ ornatū. sup̱bos deponentē ꝛ hu
miles exaltantē: et dic. Beati q̄ habitāt in
domo tua dn̄e ꝛc̄. Hec Bern̄. Ista regio
gaudiosa aliquā habet ꝯuenientiā cū In-
dia regione: q̄ inter oēs regiones orbis s̄m
Isido. li. v. est maior et opulētior: multos
habēs reges ditissimos. ibi sūt lapides p̄-
ciosi. berilli. carbunculi. adamātes. et mar-
garite. Ibi s̄m Plinių spec. natu. li. vj. sunt
hoīes q̄ nec dolore oculoꝝ: nec dolore den
tiū: nec languoribꝫ afficiunt̄. nec ab īmode
rato calore solis eoꝝ corp̱a ledunt̄. sed ab
ortu diei vsqꝫ ad occasū stāt in calidissimis
arenis ꝛ solē īmobilibꝫ oculis intuent̄. O
si hoc dr̄ de terrena regione: mlto mag᷒ de
celesti q̄ est oīm maxia. De hac dicit Bern̄.
ꝙ regia celestis ē tā magna ꝙ si oēs hoīes
a p̄mo hoīe vsqꝫ ad vltimū saluarent̄: ad-
huc q̄libꝫ ꝑ sua parte maiorē ꝑtē obtineret
q̄ꝫ est totus mūdus. qd agnoscens ꝓpheta
Baruch. iij. O israel q̄ꝫ magna ē dom⁹ dei
et ingens loc⁹ possessiōis ei⁹. Ibi s̄m Esa.
xxxij. sedebit popul⁹ in pulcritudine pacis
in tabernaculis fiducie ꝛ requie opulenta.
Hec regio celica est oīm opulētior. qꝛ s̄m
ps. gloria et diuitie in domo eius. Et ī hac
regione multi sunt reges: qꝛ oēs electi ꝛ ele
cte sunt reges et regine. Tn̄ ibi p̄ oībus est
rex christus: in cuius femore est scriptū rex
regū et dn̄s dominantiū. Apoc. xix. Et re-
ginarū regina virgo maria. q̄ s̄m Bonauē
turā mirabiliter oīm spirituū mētes letifi-
cat. et miro et ineffabili gaudio oēm beatā
creaturā inebriat. Ibi sunt lapides p̄ciosi
sicut canit̄. Urbs beata hierusalē ꝛc̄. Quia
ibi sunt berilli purissimi: hoc est angeli pu-
ri. ibi sunt crisopassi scꝫ patriarche ꝛ ꝓphe-
te. s̄m ꝙ dicit̄. Crisopassus tenebras ꝓdit
et lucē celat. Sic patriarche fuerūt in tene-
bris: et veniēte luce defecerūt. Ibi sunt car
bunculi. i. apl̄i qui in tenebris lux erāt pec
catoꝝ suis exemplis ꝛ doctrinis. Ibi sunt
adamantes scꝫ martyres q̄ nullo ferro ꝑse-
cutionū nec igne tribulationū frāgi potu-

erũt:sed solo sanguine iesu christi. Ibi sunt
margarite candidissime ꝟgines q̃ oẽm ce-
lestẽ ornãt regionẽ. In hac regione beatitu
dinis null⁹ est languor:nec vllus est dolor
nec capitꝭ nec corꝑis.q: absterget de⁹ oẽm
lachrymã ⁊c. Apoc. xxj. Ibi nõ est estus so
lis:sed oẽs electi q̃tidie respiciũt in verũ so
lem xp̃m quẽ oẽs angeli desiderãt ꝓspicere
j. Pe. j. Ad ꝓpositũ beatus nicolaus abijt
hodie ꝑ mortẽ ꝓciosam in illã regionẽ glo
riosam vt accipet eam in suã potestatẽ. ideo
multũ honorifice ꝓcessit ꝓcedentibꝫ canto
ribus. et hi fuerũt sancti angeli q̇ celesti ar-
monia aĩam in eandẽ cum laudibꝫ deduxe
rũt. Ideo dr̃ in legẽda. Cũ in celũ duceret̃
celestis cantilena a terrestribꝫ est audita. vt
impleret̃ illud Esa. xxiiij. A finibꝫ terre lau
des audiuim⁹:gloriã iusti. In ista regione
ip̃e nũc accepit regnuꝫ decoris ⁊ diadema
speciei de manu dñi. Potest hoc mẽbrũ ex
poni de abitione in hũc mundũ:vt ꝑ regio
nẽ longinquã intelligat̃ p̃ns mũdus q̇ lon
ge est a regione salutꝭ. iuxta ps̃. Lõge a pec
catoribꝫ sal⁹. Et ꝑ regnũ intelligat̃ pastora
lis eminẽtia. ita ꝙ sit sensus ꝙ beatus nico
laus ꝑ gloriosam natiuitatẽ abijt ĩ hũc mũ
dum accipe sibi regnũ et dignitatẽ episco-
palẽ. F Ubi duo sũt notãda. Primo
de modo:⁊ q̃liter accepit illud regnũ. i. epi
scopatũ. Scd̃o de causa ꝓpter quã ad emi
nentiã pastoralẽ sublimat⁹ fuit. Propter ṗ
mũ est sciendũ ꝙ illud regnũ accepit mira
biliter respectu dei. q: diuinit⁹ electus fuit
qñ voce lapsa de celo hũc esse dignũ sũmo
sacerdotio declamauit. Applica h̃ legendã
quõ sit elect⁹. Scd̃o hilariter respectu ꝓxi
mi. q: postq̃ fuit sic petentibꝫ diuinit⁹ reue
latus:et ꝑ ep̃m q̇ hoc indixerat ꝓ̃sentatus:
oẽs immensum gaudebãt ⁊ dei magnalia
attollebãt. Tertio humiliter respectu sui:
q: fastidiũ pastoralis honoris hũiliter re-
cusauit ⁊ ad id inuitus assumpt⁹ fuit. Nõ
eñ ad ꝓ̃laturas sic nũc fit aspirauit: q: sci-
uit illud dictũ bt̃i Berñ. Nũq̃ in honore
sine dolore. in ꝓ̃latione sine tribulatione. in
sublimitate q̇s esse põt sine vanitate. Sed
licet reniteret:fuit tñ magnifice sublimat⁹.
q: dicit̃ in. c. scripturis. viij. q. j. Locus re-
giminis negand⁹ est desiderantibꝫ:⁊ offe-
rend⁹ ẽ fugiẽtibꝫ. G Propter secundũ
est sciendũ ꝙ ad pastoralẽ eminentiã fuit ex
triplici causa sublimatus. Primo quidẽ ex
eius affectiõe sincerissima. nã in tãte perfe-
ctionis gradu ministrare illi q̇ ẽ candor lu-
cis eterne nulli cõgruit nisi mentibꝫ puris ⁊
sinceris. Iuxta illud ps̃. Ambulãs in via
immaculata hic mihi mĩstrabat. Et iõ bñ
potuit dicere. Me aũt ꝓpter innocentiã su
scepisti. Quã quidẽ puritatẽ beat⁹ nicola⁹
habuit. q: in suo officio nihil aliud q̃ dei
honorẽ et ꝓximi salutẽ q̃siuit. Scd̃o ex ei⁹
dilectione feruẽtissima. Prelationis eñ of
ficiũ nõ est ex vanitate seu cupiditate appe-
tendũ:sed poti⁹ ex charitate humiliter susci
piendũ. Que q̇dẽ charitas debet esse tanti
feruoris vt ꝓ loco ⁊ tꝑe paratus sit animã
suã ponere ꝓ ouibꝫ suis. In cuius signum
ꝭm Chryſ. christ⁹ ter a sctõ Petro q̃siuit si
ip̃m diligeret anteq̃ pastoralẽ curã gregis
dñici sibi cõmitteret. Hãc aũt feruidã cha-
ritatẽ btũs nicola⁹ habuit qñ festinãter ad
iudicẽ currẽs vt supra dictũ est tres pueros
innocẽter dãnatos liberauit. Tertio ex ei⁹
administratiõe vtilissima:q: suũ ministeri-
um fructuose ⁊ vtiliter execut⁹ fuit: pascẽs
subditos ⁊ verbo doctrine et exẽplo bone
vite ⁊ subsidio tꝑalis substãtie vt dictũ est
supra de tritico a nautis mutuato. et q: ta-
lenta virtutũ ⁊ donoꝝ sic vtiliter in vsum
et fructũ salutis subditoꝝ conuertit:iuste a
dño meruit audire illud Matth. xxv. Eu-
ge serue bone ⁊ fidelis ⁊c. Signanter autẽ
ꝭm Chryſ. seru⁹ bon⁹ dr̃ q̇ nihil eorũ q̃ ad
dñm ꝑtinẽt obmisit. Fidelis dicit̃: q̇ nihil
eoꝝ q̃ ad dñm ꝑtinẽt sibi appropriauit. Iõ
aũt ꝭm Hiero. sup pauca dicit fuisti fide-
lis. q: licet dona q̃ in presenti habemus vi
deantur multa. sunt tñ pauca ⁊ exigua ĩ cõ
paratione bonoꝝ eternoꝝ per q̃ nostrũ de
siderũ ꝑfecte satiabit̃. et ideo subdit. supra
multa te cõstituã. Cuius multitudinis co-
piositas est eterni gaudij immẽsitas vt di-
cit Grego. Et ideo bñ cõcludit. intra ĩ gau
dium domini tui. Ob hoc aũt seruus fide
lis intrare in gaudiuꝫ dñi sui iubetur:vt ꝑ
hoc designetur ꝙ illius gaudij magnitudi
nem nullus potest cõprehendere:sed poti⁹
ip̃m gaudiũ oẽs vires rõnalis anime cõ-
prehendet:vt eas quadã indicibili suauita
te ꝑfundat. Quantũ ad tertium cõmendat̃
beatus Nicolaus a miraculosa reuersio-
ne cum dicitur. et reuerti. Pro q̇ nota ꝭm

primā expositionē abitionis &c. q licet bea
tus nicolaus ꝓpter victoriā pugne quā ha
buit in hoc mūdo ꝯtra tres hostes pugnā
do.scz mundū.carnē.et diabolū. ipos ab
omni terrore supando: meruit post mortē
accipere et obtinere regnū.de q canit ecclesia.
O q gloriosum est regnū in q cū xpo gau
dent omnes sancti amicti stolis albis se-
quunt agnū qcunq ierit.et nunc regnet in
hoc glorioso regno:tn̄ reuertit ad suos fa-
mulos per operationē miraculosaz eis de
seruitio suo faciendo recōpensam.nō in au
ro et argēto:sed in celesti cōmodo sm̄ q ca
nitur de ipo. Beatus nicola9 iā triumpho
potitus: vouit vel nouit suis famulis pbe
re celestia cōmoda. Videm9 em̄ qn̄ rex ter-
restris obtinuit regnū:in reuersione remu-
nerat milites. Sicut legitur de Alexādro
magno.cū circuiret mundū et multa regna
suo dominio subiugaret.qtiens regnū aut
ciuitatē famosam obtinuit:totiēs larga do
na suis militibus tribuit. Sic btūs nicola9
adeptus celeste regnū.reuertit em̄ ad suos
famulos p operationē miraculosam et assi
stentiā facit gratiosaz:eos remunerādo de
seruitio sibi facto.vt legit de pluribus q eum
in necessitatibus inuocauerūt quos miracu-
lose audiuit. H Hor aūt miraculor
quedā attestant suā potentiā quā sup ele-
menta habuit: vt pz de nautis in tēpesta-
te aque.et de puero cū cipho in aq submer
so. Quedā suā potentiā quā habuit super
corpa:sup aīas:sup mortē:et sup demones
Exēpla ad hec plura vide in legēda. Vnū
de illo qui p amore filij sui q litteras didicit
omni anno festum sancti nicolai solēniter
celebrauit. Et de alio noīe deodatus a sa-
racenis capto.immo beatus nicolaus ad
suos famulos ita reuertitur p subuentio-
nem et ammonitionē q nō derelinquit ali
quē finaliter dānari. Exemplū de qdā bar
bitonsore q singulis annis solēniter fecit fe
stū sctī nicolai.vide i pmptuario Martini
ca.iiij. I Hic cadit dubiū circa electio
nem sctī nicolai et eius nobilitatē. Pone:e-
ligunt duo in epos vnius ciuitatis. vnus
plebeius et doctus.alter nobilis et minus
doctus:et in alijs sunt pares:qs debet p-
ferri. Solutio potest haberi ex dubio qd
formant doctores in.c.j.de cōsang.et affi.
et dic q cōsideranda est qualitas ecclesie.
Nam si pro maiori parte cōsistit in tempo
ralitate in tuitione iurisdictiōis cōseruāda
causarum ventilatione et impugnantiū re
pulsione:preferat nobilis. quia psumitur
ꝓpter eius nobilitatē et adhesionē nobiliū
potentū suorum amicor et aliorū nobiliū
quorū pgenitores ecclesiā fundauerūt vel
dotauerūt magis pficere. Si aūt mag9 cō
sistit in spiritualitate: pferatur plebeius ma
gis doctus et virtuosus. Ex hoc soluūt do
ctores vbi sup aliaz questionē. Eliguntur
duo. vnus purus theologus.alter purus
canonista: qs debet pferri: Soluit Hosti.
ex dictis.q si qlitas ecclesie p maiori parte
cōsistit in iurisdictione et causarū ventilatio
ne et decisiōe: pferat canonista.ex eo q bo-
nus canonista ex solis canonibus pdicatio-
nem formare poterit et populū informare
Si vero qlitas ecclesie cōsistit in spiritua-
litate: vt q heretici in ea sunt impugnātes
fidē: pferat theologus.de elec. in causis.in
fi.et de heret. excōmunicamus. Mixtum
tn̄ id est q est theologus et canonista: his
purū debet pferri. Vide plura ibidem per
doctores.

De cōceptione btē vginis. Sermo.V.

n ondum erant abyssi et ego iam cōcepta eram. originaliter Prouer.viij.trāssum ptiue in epistola hodierne festiuitatis.

A Pro thematis introductiōe nota
q triplicem reperio virginis marie conce
ptionē.scz diuinalē.supernalē.et materialē.
Prima virginis marie cōceptio dicit diui
nalis.qua scz ab eterno deus cōcepit eam
in mēte sua.et de hac intelligit thema. Nō
enim solum ab eterno cōcepta fuit diuina
sapientia scz filius a patre:sed et virgo ma-
ria.nō quidem eodēmodo quo filius a pa
tre scz de sua substantia:sed per preordina-
tionem eternaz. Exemplum sume in operi
bus humanis.positum enim cordis dicit
cōceptio. Vnde cū qs deliberat aliqd face
re dicere solet.hoc fiet a me q sic cōcepi in
corde meo. Exemplum. Cum peccator p-
ponit emendare vitam suam et vult cōfite
ri et conteri de peccatis suis: dicere solet.
Ego concepi velle mutare vitam meam.
Sic deus anteq aliquid crearet in sua vo
luntate firma et incommutabili: proposuit

fuit creare vnã puellã virginẽ sanctissimã
q̃ esset filij sui vnigeniti mater. ꝓuidens eñ
hominẽ debere ruere a maxima sua digni-
tate per vnã mulierẽ scꝫ Euam futuram in
mundo ex qua eueniret omne malum. Ita
cõcepit et ꝓordinauit in mente sua vnã vir-
ginem creare scꝫ Mariam per quã homo
recuperaret dignitatẽ suã et q̃ omne malũ
auferret: et sic intelligit thema. Nondum
erãt abyssi. id ẽ creature oẽs. q̃ dicũt abyssi
ꝓpter quandã ꝓfunditatẽ virtutis a deo eis
inditã: et ego iam cõcepta erã in mente di-
uina vt suo tꝑe in mundo fierem in actua-
li existentia. Secũdo cõceptio marie dicit
supnalis id ẽ angelicalis. Cõceperũt quidẽ
illã angeli dũ a principio sue beatitudinis
cognouerũt christũ incarnandũ. ⁊ ex cõse-
quenti de virgine nasciturũ. Ad qḋ intelli-
gendũ notat sctũs Tho. j. pte. q. lviij. ꝙ in
angelis est duplex cognitio. Una natura-
lis ẜm quã cognoscunt res. tum ꝑ existen-
tiam suam. tum ꝑ species ꝯcreatas siue in-
natas. sicut nos cognoscimus res mediãte
fantasmate. Et dicit hec cognitio vesꝑtina
Hac cognitione angeli mysteria gratie co-
gnoscere nõ possunt: q꞉ ex pura dei volun-
tate dependẽt. Scda est cognitio angeloꝝ
supnaturalis que eos beatos facit qua vi-
dent verbũ et res in verbo. et hac quidẽ vi-
sione cognoscũt mysteria gratie: et dicitur
matutina. Inter cetera enim angeli aspiciẽ-
tes in verbum reuelatum seu declaratũ fuit
eis mysteriũ incarnatiõis cum suis circũ-
stantijs. et ꝙ ad reparãdũ lapsum hoĩs or-
dinaret: et restaurandũ ruinas eoꝝ dei fili⁹
humane nature vniret. Et virgo hec san-
ctissima mater ei⁹ esset. Et de hac ꝯceptiõe
etiã intelligi potest thema sic. Anteq̃ essent
abyssi id est creature in sua distinctiõe ⁊ vl-
tima perfectione: ego scꝫ virgo mater dei
ꝯcepta eram intellectu angelico per cogni-
tionem. Tertia cõceptio virginis sacratis-
sime dicit maternalis: quãdo Anna mater
sua in vtero suo ipam concepit. Et de hac
intelligit thema nostrum hoc modo. An-
teq̃ essent abyssi id ẽ apostoli qui dicũtur
abyssi ꝓpter ꝓfunditatẽ cognitiõis diuino-
rum et dilectionis super omnes sctõs ego
virgo maria cõcepta eram in vtero mater-
nali ⁊c. B Cũ aũt ecclesia de hac cõ-
ceptione maternali gloriose virginis hodie
festiue agat solẽnitatẽ: declarande sunt tres
rõnes q̃re de nullo alio sancto nisi de xp̃o
et virgine matre eius celebret festũ conce-
ptionis. Prima ratio: q꞉ fuit multipliciter
gloriosa. Scda: q꞉ sublimiter sanctificata
Tertia quia specialiter ꝓuilegiata. Prima
ratio est: q꞉ cõceptio virginis fuit gloriosa.
ẜm illud ps̃. Gloriosa dicta sunt de te ciui-
tas dei. id est maria. ideo gloriosa. q꞉ orta ẽ
et cõcepta a nobilissimis et dignissimis. et
hec dignitas eius inuenit in trib⁹. scꝫ ĩ cau-
sa. substantia. et efficientia. C Et in ea
quidẽ repit triplex dignitas ex qua origĩa-
ta est. Prima dignitas regalis: et hec ẽ cor-
poralis. Scda sacerdotalis: et hec est spiri-
tualis. Tertia ꝓphetalis: et hec est celestis.
Cõcepta est aũt maria et nata regali ex ꝓ-
genie. quia ex dauid et successoribus eius
regibus populi dei. Et ꝓpterea christus di-
ctus est frequenter in euangelio fili⁹ dauid
q꞉ ex eo mater eius descẽdit: qḋ et iudei cõ-
fessi sunt. Ideo de ea dicit Cañ. vij. q̃ pul-
cri gressus tui in calceamẽtis filia ꝓncipis
Ex sacerdotali q̃ꝫ tribu descẽdit. q꞉ cũ so-
lum ille due tribus scꝫ regalis ⁊ sacerdota-
lis ad inuicẽ possent cõtrahere cõiugia et
nulle alie trib⁹ ẜm legẽ. Aaron autẽ ꝓmus
sacerdos et summus a deo institutus cum
ĩ vxorẽ duxerit de tribu iuda. Et Ioiades
summus sacerdos vxorẽ habuerit similit
de tribu iuda et stirpe regia. Et ecõtra aliq̃
de tribu iuda ducerent in vxores de tribu
sacerdotali. Sic beata virgo ex sacerdota-
li etiã tribu descendit. Vñ et Elisabeth de
tribu sacerdotali orta: erat cognata virgis
Marie vt habet Luc. j. Ex ꝓphetali q̃ꝫ di-
gnitate descẽdit q̃ dici põt celestis. q꞉ ꝓphe-
tie donum a deo est immediate. ex eo q꞉ ex
Nathan ꝓpheta descendit. ac etiam ex Da-
uid et Salomone qui fuerunt ꝓphete. Se-
cundo cõceptio virginis in substantia di-
gnissima fuit: id est in persona sua. Nã ipa
est regina celoꝝ. ipa est regina que astitit a
dextris dei in fimbrijs aureis. Fuit et sacer-
dotissa iusticie que proprio filio suo nõ pe-
percit: sed stabat iuxta crucem iesu, non vt
dicit Ambrosius vt mortem filij aspiceret:
non vt dolorem filij consideraret: sed vt sa-
lutem humani generis expectaret: parata
ipsa offerre filium deo pro saluatiõe mun-
di. Prophetissa fuit cum ait. Ecce enim ex

hoc beatā me dicent omnes rč. Tertio in
efficientia fuit dignissima. Ipa em̄ tripli-
cem dignitatē originaliter trāsmisit in filiū
pncipaliter. et deinde specialit' in nos. Pri
mo qr ipa filiū genuit q̄ rex et sacerdos ac
pphera fuit. Rex: qr in vestimēto suo. l. hūa
nitate scriptū habet. rex regū et dn̄s domi-
nantiū. Rex sum ego ait ipse pilato. De q̄
solo magi sapienter q̄sierunt dicētes. Ubi
est q̄ natus est rex iudeorū. Sacerdos est
s'm ordinē Melchisedech. qui p pprīū san-
guinē introiuit semel i sancta eterna redem
ptione inuenta. Ipe est pphera pmissus p
moisen potens in ope r sermone. Et istam
triplicem dignitatē beatissima Maria in
nos transmisit que nos deo fecit regnū et
sacerdotes. immo regale sacerdotiū ad re-
gendum nos virtutib' r immolandū deo
hostiā laudis et bonoꝝ operū. Et sic patet
prima ratio q nō cōceptio v'ginis fuit mul
tipliciter gloriosa. Scd'a rō qr sublimiter
sanctificata. D Pro cuius intellectu ē
notandū s'm Bonauen. circa dist. iij. tertij
snīaꝝ. q triplex est gradus sanctificatiōis.
Primus est facultas vitandi omne pecca-
tum mortale. et in illo pmo gradu fuit san
ctificatio Hieremie pphete cui hec facul-
tas fuit de qua Hiere. j. Priusq̄ te forma-
rem in vtero noui te: et anteq̄ exires de vul
ua sanctificaui te. Scd's est facultas vitan
di: nō solū omne peccatū mortale: sed etiā
frequētiā venialiū. In hoc gradu fuit san-
ctificatio Johis baptiste. de q̄ etiā dicunt'
pdicta verba Hieremie. Et de ea canit san
cta mater ecclesia. Antra deserti teneris sub
annis ciuium turmas fugiēs petisti ne leui
saltem maculare vitam famine posses. Le
ui famine. id est peccato veniali. qd non est
sic intelligendū q nūq̄ peccauerit venialit'
Unā. j. Joh. j. Si dixerim' qr peccatū non
habem' ipi nos seducim' et veritas in no-
bis nō est. Sed quia rarissime venialit' pec
cauit pp'ter sanctitatē vite q̄ tam sanct' erat
q teste saluatore. inter natos mulierū ma-
ior eo nō surrexit. Matth. xj. Tertius gra
dus sanctificatiōis est facultas vitandi ge
neraliter omne peccatū. In hoc gradu fu-
it sanctificatio virginis gloriose que nullo
vnq̄ pctō maculata fuit origiali aut actua
li. veniali vel mortali: habuit tamen poten
tiā ad peccandū. E Pro quo notādū
q duplex est sanctificatio marie. Prima in
vtero matris. secūda in cōceptione christi.
Prima sanctificatio erat in eius cōceptiōe
nō quādo Joachim et Anna carnaliter se
cōmiscuerūt p generatiōe marie virginis s3
postq̄ corpus marie fuit plene formatum
et effigiatum in omnib' mēbris: tunc cum
anima fuit creata et corpori infusa r vnita
statim sanctificata fuit. In illa em̄ sanctifi
catione in vtero nō solum fuit preseruata
a peccato originali: vt latius infra dicet'. s3
etiā cōseruata ab omni peccato actuali r ve
niali: potuit tn̄ peccare. Sicut adam r eua
in statu innocentie nullā habuerūt inclina
tionē ad peccatū r tn̄ peccauerūt. Ad hec
vt dicunt doctores in illa prima sanctifica
tione fuit repleta spūali dono siue spūsan-
cto: nō solum respectu sui sed etiam alioꝝ.
Nā de ea prebuerūt testimoniū infideles
iudei r ceteri q licet fuerit pulcra a nullo tn̄
potuit cōcupisci inordinate. nullus em̄ vn
q̄ erat in ea motus illicitus. Has autem
prerogatiuas maria habuit p omnib' san-
ctificatis in vtero siue in baptismo. patet.
quia eoꝝ sanctitas vel sanctificatio nō re-
primebat in eis oēs motus illicitos. Etiā
eorum sanctitas nō extinguebat omnē mo
tum carnalem in alijs aspiciētib' eos sicut
in beata virgie. Ideo merito ecclesia de ip
sius cōceptione facit festum r nō de alio. qr
sublimiter sanctificata. Secūda sanctifica
tio virginis benedicte fuit in christi conce-
ptione. tunc em̄ ꝯfirmata fuit in bono sup
naturali: ita q ex pn̄tia filij eius in mente r
ventre tāta sibi fuit gratia supaddita q̄ po-
tentiā liberi arbitrij in ea nō solū impleuit
sed etiā in bono cōfirmauit: vt de cetero ne
q̄ i peccatū mortale neq̄ veniale flecti pos
set. Probat' illud p silitudinē. qr vbi ē pleni
tudo lucis ibi abilitas ad tenebras esse nō
potest. sed in cōceptione christi btā virgo
fuit plena diuino lumine. quia concepit il-
lum qui est splendor glorie. ad Heb. j. Igit'
nulla fuit in ea abilitas aut potētia ad pec-
candum. s'm illud Ezech. xliij. Ecce gloria
dei israel ingredit' p portā orientalē. id est p
beatā virginē. et terra id est caro beate vir-
ginis splendebat a maiestate ei' id est chri-
sti. Bene ergo dicitur de ea illud Cantic.
iiij. capi. Pulcra es amica mea et macula
non est in te. Ex illo infert' q sicut impossi-

bile fuit saltē de lege dei ordinata ꝓpter ho
norem filij vt aliū haberet filiū. sic impos
sibile fuit ꝙ vnq̄ꝫ vlterius haberet pctm̄. et
sic impossibile fuit ꝙ in ea carnis virgini-
tas violaret̄ in q̄ dei filius corporalit̄ habi
tauit. sic impossibile fuit vt mētis eius san-
ctitas aliq̄ pcti macula sine culpa macula-
retur. Tertia ratio quare ecclesia de eius cõ-
ceptione agit festum ⁊ non de alio sancto.
q꞉ specialiter priuilegiata. F Ad cuius
euidentiā nota ꝙ quintuplex est cõceptio.
Prima carnalis ⁊ cõsueta: q̄ fit de patre et
matre in iuuētute. De q̄ Gen. xvj. Agar se
cõcepisse videns despexit dominā suā. Se
cunda carnalis et dissueta: q̄ fit de patre et
matre sed in senectute. De q̄ Gen. xxj. Ui-
sitauit aūt deus Sarā sicut ꝓmisit: cõce-
pitq̄ꝫ et peꝑit filium in senectute sua. Ter-
tia dicit̄ carnalis ⁊ sanctificata q̄ fit de pa-
tre et matre ꝑ angelū annūciata: sed de ori
ginali postea ꝑ spiritūsanctū in vtero san-
ctificata, et hec ꝯuenit iohāni baptiste. De
q̄ ꝑ angelū Luc. j. Uxor tua Elisabeth pa
riet tibi filiū ⁊c. Quarta carnalis ⁊ ꝑuile-
giata: q̄ fit de p̄re et matre ꝑ angelū annun
ciata: nõ t̄n in originali pctõ: sed ꝑ speciale
priuilegiū ab eodē p̄seruata. et hec cõuenit
virgini marie q̄ cõcepta est ex semine Joa-
chim et Anne, pro nullo t̄n instanti aut tē-
pore fuit pcti originalis obnoxia neq̄ꝫ ī ta
li cõcepta, sed mox vt aīa fuit creata ⁊ infu-
sa sanctificata et ab originali specialissime
p̄seruata. G Modus vero ꝑ quē vir
go fuit liberata ne incurreret siue cohere-
ret tale peccatū: talis est. Postq̄ꝫ fuit forma
tum corpus organicū phisicum in ventre
m̄ris virginis gloriosissime marie illud sa
cratissimū corpus dn̄i nostri iesu christi sal
uatoris nostri virtute spūssancti ante infu
sionem anime intellectiue fuit mundatum
atq̄ꝫ purificatū vt esset vas aptissimū ad re
cipiendū aīam illā sanctissimā. fuit postea
creata anīa intellectiua gloriosissime virgi
nis plena dei grā atq̄ꝫ sctitate: vnitaq̄ꝫ cor-
pori suo gloriosissima ꝩgo sctā atq̄ꝫ īmacu
lata cõcepta. Ecclesia dicit. Que est ista q̄
ꝓgredit̄ q̄si aurora cõsurgēs, pulcra vt lu-
na: electa vt sol. Et iõ in Cantic. Cant. iiij.
dicit̄. Surge amica mea, colūba mea, spe-
ciosa mea surge ⁊ nulla macula est in te. Et
Aug⁹. in sermone de natiuitate dn̄i inquit
Maria mater christi electa est suꝑ omnes
creaturas p̄electa: omnibꝫ gratijs fecunda
ta: omnibꝫ virtutibꝫ ornata: omni sanctita
te in vtero matris repleta. igit̄ in ꝯceptiõe
fuit sancta. Ratio est: q꞉ in virgine fuit tā-
ta grē plenitudo quā capere potuit aliqua
pura creatura. Ideo angelus ad eā dixit.
Gratia plena. Lu. j. Et Hiero. in sermone
ad Paulā et Eustochiū inq̄t. Ceteris grā
per ꝑtes prestat̄. Marie vero totā se refun
dit gratie plenitudo. q̄re ꝓ nullo instanti
deficit illi grā. qđ t̄n n̄ fuisset si ad modicū
originalis culpa habitasset in anīa eius. Itē
vt inquit Francisc⁹ de Maron̄. in suo ter
tio. Ipa fuit virgo virginum: si ꝯtraxisset
originale virginitas eius fuisset diminuta.
Nā virginitas angeloꝝ que spūalis est. de
q̄ Hiero. dicit. Semꝑ est angelis cogna-
ta ꝩginitas: est maior viginitate corꝑali. ⁊
ideo si fuisset virginitas anīe marie ꝑ ori-
ginale corrupta nõ esset par cum virgini-
tate angelica, neq̄ꝫ maior puritate primorū
parentū, scꝫ ade et eue, qui nullis antecedē
tibus meritis sine aliqua labe peccati puri
et virgines creati sunt, et sic nõ esset verū il
lud qđ dicit Ansel. li. de ꝯceptu virgi. De-
cuit vt illius homīs cõceptio de matre pu
rissima fieret: q̄ ea puritate niteret qua sub
deo nequit maior intelligi ⁊c. Quinta con
ceptio est spūalis ⁊ miraculosa: q̄ nõ fit de
patre ⁊ matre, sed facta fuit ex matre virtu-
te diuina: spūsancto obumbrante ⁊ virgine
cõsentiente ac angelo annunciante. hec cõ
uenit soli deo filio christo dn̄o q̇ cõceptus
est de spūsancto. Sicut canit ecclesia. Nõ
ex virili semine sꝫ mystico spiramine ⁊c. De
q̄ Luc. j. Missus est angelus gabriel ⁊c.
H Ex q̊ patet ꝙ magna differētia est
inter cõceptionē virginis marie et inter cõ
ceptionē christi filij eius. Primo xp̄us fuit
cõceptus in originali iusticia ꝑ assumptio
nem humanitatis in deū: rectus ꝭm volū-
tatem et ꝭm omnes sensus, neq̄ꝫ inter ratio
nem et sensuū naturā fuit aliq̄ rebellio. vir-
go in gratia fuit cõcepta et nõ in originali
iusticia, et hoc per ꝑfectissimū modū redē-
ptionis ⁊c. I Ubi nota ꝙ sex sūt mo
di redemptionis. Primo qñ quis redimit̄
postq̄ꝫ lapsus est in peccatū mortale actua
le. Isto modo fuerūt redempti primi parē-
tes nostri ꝑ passionē dn̄i nostri iesu christi.

Secundus modus redemptionis est qñ quis redimit postq̃ lapsus est in pctm̃ veniale. Isto modo redimunt viri pfecti q̃ p grãm dei subleuant post veniale cõmissionem. Tertius modus est qñ q̃s redimit et in grã cõfirmat ne amplius in pctm̃ mortale labat. Isto modo redempti fuerũt apostoli in gratia ꝯfirmati post missionem spiritussancti. Quartus modus est qñ q̃s redimit mediãte baptismo in virtute passionis christi. Isto modo redimunt puuli et alij q̃ efficiunt christiani. Quintus modꝰ est qñ quis redimit in virtute passiõis domini. et in vtero sanctificat postq̃ in originale pctm̃ cecidit. Isto mõ fuerũt redempti Johãnes baptista et Hieremias. Sextus modꝰ pfectissime redeptõis ẽ qñ aliq̃ creatura q̃ ex sui natura est in potẽtia contrahendi originale pctm̃ et tñ dñs deus ex sua infinita miscõia in ṽtute passiõis christi eã pseruat ne incurrat tale pctm̃ creãdo animã plenã grã ⁊ infundẽdo illã corpori. Isto modo fuit redempta virgo maria ⁊c. Secunda differẽtia. christus in cõceptione nõ indiguit tali redemptione neq̃ habuit naturã pronã ad recipiendũ maculã peccati originalis. Uirgo in ꝯceptiõe indiguit grã ne laberet in maculã originalis pcti. eratq̃ eius natura prona ad recipiendũ talem maculã. Tertia: christus fuit ꝯceptus de spũsancto. maria nõ sic. sed ex cõmuni coeuntiũ semine. Quarta: anĩa xpi in pmo instanti cõceptionis vnita verbo fuit beata. anima virginis q̃uis fuerit sancta: tamen in primo instanti sue cõceptionis nõ fuit beata ⁊c.

In festo cõceptionis beate virginis. Sermo VI.

D Omum maiestatis mee glorificabo. Esa. lx. et applicatur ad honorẽ marie virginis in hodierno festo. Rex volens sibi cõstruere domũ habitationis: licet respiciat ad hoc vt omĩa habitacula sint decora: singulariter tamen habet respectum ad habitaculum suũ quod per se inhabitare vult vt ẽ aula regia q̃ hec aula sit decora. Spiritualiter sic rex glorie rex regum et dominus dominantiũ dei filius inhabitare decreuit cũ hoĩbꝫ vt pmisit p pphetam Zach. ij. Ego veniã ⁊ habitabo in medio vestri. Et vt scribit Johes Apoc. xxj. Habitabit cũ eis eoꝝ deꝰ. licet oĩa habitacula. i. electorũ corda debẽt eẽ mũda vt docet Esa. j. ca. Lauamini ⁊ mundi estote. Ratio: q̃r nõ habitabit in corpore subdito pctis. Sap. j. Signanter aula regia id ẽ btã virgo maria debuit esse munda et glorificata. ppter quod puidens eam deus Esa. lx. dicit. Domum maiestatis mee glorificabo. In verbis pmissis cõmendat btã virgo Maria a duobus. Primo a diuinali habitatione. Scdo a speciali glorificatiõe. Primũ ibi. Domũ maiestatis mee. secundũ ibi. glorificabo. K Primo cõmendat a diuinali habitatiõe. Ipa eñ est domus de qua canit ecclesia. Domus pudici pectoris templum repente fit dei. Reuera repente. quia cum dixit Luc. j. ad angelũ. Fiat mihi ẽm verbũ tuũ. statim cõcepit verũ deum ⁊ hominẽ: q̃ potuit dicere illõ Ecc̃i. xxiiij. Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. id est in ventre meo nouẽ mensibꝫ. Hec est domus de quã scribit Prouer. ix. Sapientia edificauit sibi domũ et excidit sibi colũnas septẽ. et sunt septẽ dona spũscti. vt scribitur Esa. xj. Requiescet super eum spiritꝰ dñi spiritus sapientie et intellectus Luc. j. Spiritussanctꝰ supueniet in te. Hec ẽ domus dñi firmiter edificata bñ fundata ⁊c. ps. lxxxvj. Fundamenta eius in montibꝫ sctis. s. super potentia patris vt non potuit cadere per humanã infirmitatẽ vt dicitur Luce. j. Uirtus altissimi obumbrabit tibi. Super sapientia filij Sap. vij. Uenit in me spiritus sapientie q̃ non potuit cadere per ignorantiam. Grego. Quid ignorare poterat in qua eterna sapientia et plenitudo diuinitatis inhabitauit. Super bonitate spiritussancti est firmata hec domus sic q̃ nõ potuit cadere per maliciã. Hec est domus diuine maiestatis. Mat. vij. Fundata est supra petrã. i. diuinitatis sustentatione. Berñ. Deus fecit mariã potentẽ vt nos iuuare posset. fecit eã sapientẽ vt nr̃os defectꝰ cognosceret. clementẽ eam creauit vt nr̃e necessitati et indigentie succurreret. Scdo cõmendat btã ṽgo a speciali glorificatione cũ dicit. glorificabo. Reuera deꝰ oĩpotẽs hãc domũ glorificauit triplr. L Primo ante tp̃s. scdo in tp̃e. tertio post

tempus. Primo glorificauit eā ante tēpus
qꝛ ab eterno eam preordinauit ac preuidit.
Prouer. viij. Dñs possedit me ab ītio vi-
arū suarū anq̄ꝫ q̄cq̄ꝫ faceret. a principio scꝫ
ad hūanā salutē: ab eterno ordinata sū scꝫ
ad diuinā inhabitationē. necdū erāt abissi
id est anteq̄ꝫ homo cecidit in abyssum mise
rie ꝑ peccatum: et deinde in abyssum pene.
ps̄. xlj. Abyssus abyssum inuocat. i. culpa
causat penā. et ego iam cōcepta erā. id ē ꝓ-
uisa cōcipi. M Ex illo patet ꝙ si ho
mo nō peccasset eque bñ deꝰ incarnatꝰ fuis
set. licet sctūs Tho. ꝑte. iij. teneat ꝙ nō. Re
spondet̄ ꝙ nō assumpsisset corpus passibi
le: attñ assumpsisset carnem. Primo rōne
ꝓdestinatiōis matris ab eterno. Scd̄o rō-
ne dilectiōis demōstrāde. Augꝰ. in li. de ca
thecizandis rudibꝫ dicit. Que maior causa
incarnatiōis q̄ꝫ vt ostēderet incarnationē
et dilectionē suā in nobis. mō nō minꝰ di-
lexisset naturā innocentē q̄ꝫ peccantē. igit̄.
Tertio rōne beatificatiōis. Vñ Leo in li.
de fide. Cum homo sit ad beatitudinē crea
tus: et beatitudo q̄ꝫtum ad partē sensitiuaꝫ
cōsistit in aspectu hūanitatis assumpte: sed
q̄ꝫtum ad intellectiuā ex intuitu diuinitatꝭ.
et sic ꝺm Leonem si homo nō peccasset e-
que bene deus incarnatꝰ fuisset. al's hō ꝑfe
cte beatus nō fuisset: qꝛ nisi ꝺm animā: sed
anīa est pars ⁊ nō homo. Cum igit̄ anīa et
corpus cōmunicēt sibi actiōēs ⁊ passiones
cōuenientius est vt cōsequenter accipiant
ꝓmia actionū. Ideo aīa beatificat̄ ex visio-
ne diuinitatis: et corpus ex visione huma-
nitatis. Ideo Augꝰ. exponit illud Joh. x.
Ingrediet̄ et egrediet̄ et pascua inueniet. i.
in cōtemplatione diuinitatis ⁊ visione hu
manitatis: et sic elegit eā ab eterno in ma-
trem. Scd̄o glorificauit eā ī tpe: et hoc du
pliciter. scꝫ in tpe legis ⁊ in tpe grē. Primo
in tpe legis ꝓfigurauit eā. Vñ Bern. sup
Missus est. Qd̄ moisi mōstratū est ī rubo
et igne. Exo. iij. Aaron in ꝟga et flore. Nu
me. xvij. Et Gedeon in vellere et rore. Ju-
dic̄. vj. Danieli ī lapide. Dañ. ij. Hoc apte
vidit Salomon in forti muliere Prouer.
vlti. Ezechiel in porta clausa ante et post.
Ezech. xliiij. N Scd̄o glorificauit eā
in tempore gratie. qꝛ specialē gratiā et sin-
gularem ei cōtulit. Et hoc tripl'r. Primo ī
ingressu: qꝛ eam a peccato originali ꝓser-
uauit. Secūdo in ꝓgressu: qꝛ eam speciali
gratia ⁊ dignitate dotauit. Tertio ī egres-
su: qꝛ eam in matrem suā elegit. Dixi ꝑmo
ꝙ dignificauit eam in ingressu: qꝛ eā a pec-
cato originali ꝓseruauit. Et licet aplus ad
Roma. iij. dicat. Omnes peccauerūt et e-
gent gratia dei. tñ hoc intellige ꝺm cōmu-
nem cursum. ad Ephe. ij. Eramus natu-
ra filij ire sic̄ et ceteri. Et Eccl̄i. xlj. Ve vo-
bis q̄ dereliquistis legē dñi altissimi. si na-
ti fueritis in maledictiōe nascemini. si mor
tui fueritis in maledictiōe erit pars vestra.
ps̄. l. Ecce in iniquitatibꝫ cōceptus sum.
Et Prouer. xx. Quis potest dicere: mūdū
est cor meū: purus sum a pctō. quasi dice-
ret. nullus ꝺm cōmuē cursum. De q̄ Aug.
et habet̄ in ca. firmissime. de ꝯse. di. iiij. Fir-
missime tene et nullatenus dubites omnē
hominē cōcubitu viri et mulieris genitum
cōceptum fuisse in pctō. vbi dicit Scotꝰ.
Hoc est verum ꝺm cōmunē cursum natu-
re. nō aūt ꝺm priuilegiū. Ipa ꝟo virgo btā
speciali ꝓuilegio fuit ꝓseruata. quod cōsi-
derās Salomō in spū dixit Cañ. iiij. To-
ta pulcra es amica mea ⁊ macula non est ī
te. Nā si vnq̄ꝫ fuisset in pctō originali con-
cepta nō posset ꝓ eodem tpe dici immacu-
lata. O Nec sequit̄ ꝙ ꝓpter hmōi ꝓ-
seruationē fuerit christo eius filio parifica
ta. Nam dicit Scotus ꝙ adhuc ē triplex
differētia inter matrem et filiū. Primo q̄ꝫ-
tum ad mysterium incarnatiōis et genera
tionis. quia Maria virgo nō fuit cōcepta
de spūsctō. nec sine corruptione matris ge
nita sicut christꝰ. Scd̄o fuit differētia q̄ꝫtū
ad mysteriū ꝓseruationis. qꝛ christus non
indiguit ꝓseruari. ipa vero habuit indigen
tiam preseruandi. Tertio fuit differētia q̄ꝫ-
tum ad mysterium glorificationis: qꝛ anīa
christi fuit ab instanti ꝯceptionis beata ha
bens fruitionē deitatis: nō sic aīa btē virgi
nis. Scd̄o eā dignificauit ī ꝓgressu. qꝛ eā
singl'ari gratia dotauit. Eccl̄i. xxiiij. In me
omnis grā vie et veritatis: in me oīs spes
vie et virtutis. Hiero. Ceteris sanctis gra
tia per partes ꝓstatur: marie se infudit tota
grē plenitudo. Licet Johes baptista abū-
danter gratiā habuit ꝙ in matrē ⁊ patrem
deflueret. qꝛ ambo ceperūt gratiā ꝓphetan
di. attñ ab ipa virgine copiosior gratia: qꝛ
in oēs se diffudit. Berñ. De plenitudine

eius accipiũt omnes, iustus gratiã, pecca-
tor veniam, angelus leticiã, filius dei car-
nis substantiã, tota trinitas gloriã. Ideo
subdit Berñ. Acutius intuemini q̃to de-
uotionis affectu eã a nobis voluit hono-
rari q̃ totius grẽ plenitudinẽ posuit in ma
ria. Nam si q̃d spei, si q̃d grẽ, si q̃d virtutis
in nobis est ex ea nouim⁹ redundare. Ter-
tio i egressu singulari dignitate eam nobi-
litauit, quia eã in matrẽ suaz elegit. Ansel.
O mira res oĩs creatura a deo creata sȝ dei
natura ex Maria nata. Ideo dicit Berñ.
O maria q̃nta est dignitas tua: tu facta es
mater illius cui⁹ pater est deus. filius pa-
terne charitatȝ est corona tue castitatis. Et
Petr⁹ Rauẽñ. O virgo matrẽ te fecit non
natura sed gratia. Quod miratur Aug. Que
virgo tã casta vt esset virgo post partũ, q̃
tã sancta vt esset dei mater, hec sola potuit
virgo ⁊ mater vocari. Tertio significauit
eã post tps scȝ p̃ntis vite: et hoc est i egres-
su q̃n eã cũ corpe ⁊ aĩa in celũ sublimauit.
vt dicit Aug⁹. et canit ecclesia. Assumpta
est maria i celũ. Hiero. Sicut in terris nõ
est locus dignior vtero virginali qui chri-
stum recepit dei filium: sic nec in celo solio
regali quo dei filius Mariã sublimauit.
Ansel. Nihil tibi eq̃le o dña nihil cõpara-
bile. Omne quod est aut est supra te: aut in
fra te. Supra te solus deus: infra te omne
q̃d nõ est de⁹. ¶ Icciro merito a no
bis glorificanda est. Primo ꝓpter ei⁹ digni
tatẽ. Eccl. xlij. Exaltate eã q̃tũ potestis: qꝛ
maior est omni laude. Vñ canit eccl'ia. Fe
lix nãqȝ es sacra virgo maria ⁊ oĩ laude di
gnissima. Hiero. Quid nobilius: q̃d san-
ctius: q̃d dignius matre dñi: q̃d splendidi⁹
quã splẽdor elegit glorie: candor lucis eter
ne: et speculũ sine macula ab eterno p̃desti-
nauit. Aug. Quid nos tantilli: q̃d nos aĩo
pusilli si oĩa mẽbra nostra verterent in lin-
guas: nec eã collaudare sufficerem⁹. Se-
cundo ꝓpter eius placabilitatẽ. Fortunat⁹
in Omel. Gratius est obsequiũ deo quod
marie impenditur q̃ q̃d sctõꝝ cuilibet dirigi
tur. Hiero. in sermone de assumptiõe. Si
ore ꝓphetico dñm in sanctis eius laudare
iubemur: multo magȝ in veneratiõe beate
Marie virginis matris eius ⁊c. Subdit
ibidem. Nulli dubium quin totuz ad glo-
riam laudis pertinet christi quicq̃d ei bo-
noris impensum fuerit. Tertio propter no
stram salutẽ. Hylari⁹. Impossibile est ali-
quẽ saluari peccatorẽ o virgo nisi ꝑ tuum
auxiliũ ⁊ fauorẽ. Chrys. Tribularer nimiũ
si marie nescirẽ patrociniũ, qꝛ nobis ipsis nõ
est salus. De q̃ Ansel. Nõ est salus in mũ-
do nisi quã peperit ꝟgo. Quarto ꝓpter no
strã necessitatẽ, qꝛ dicit Berñ. Tu ꝑ singu
lis necessitatib⁹ subuenis mater dei: tu ꝑ di
uersitate infirmitatũ largiris diuersitatem
medicinarũ, vt patet in miraculis. Ad insi
nuandũ p̃sentẽ festiuitatẽ esse celebrandam
p̃mo est ostensum Elsino abbati cui succur
rit in necessitate tempestatis maris laborã
ti. Scd̃o subuenit sacerdoti cuidã adulte-
ro post mortẽ in faucibus diaboli existenti
eum eripiendo. Tertio cõsolata est adole-
scentẽ nubere volẽtẽ eũ ad castitatẽ ammo
nendo. vt ptȝ in historia huius festiuitatis
Ideo dicit Ansel. Nõ est ver⁹ amator vir
ginis q̃ respuit colere festũ ei⁹ cõceptiõis.
Propterea ecclesia hoc festũ valde glorifi
cauit. Primo in eo q̃ nouissimis tpibus i
sacro Basilieñ. ꝯcilio Anno dñi M.cccc.
xxxix. determinauit et diffiniuit q̃ doctrina
disserẽs gloriosaz virginẽ dei genitricẽ ma
riã p̃ueniente ⁊ operante diuini muneris grã
singulari nũq̃ȝ actualiter subiacuisse origi-
nali pctõ: sȝ imunẽ sp̃ fuisse ab oĩ originali
et actuali culpa: sanctãq̃ȝ ⁊ imaculatã tãq̃ȝ
piã ⁊ ꝯsonã cultui ecclesiastico fidei catho
lice recte rõni ⁊ sacre scp̃ture ab oĩb⁹ catho
licis approbandã fore tuendã ⁊ amplecten
dam: nulliq̃ȝ de cetero licitũ esse in cõtrari-
um p̃dicare seu docere. Item statuit ⁊ ordi
nauit eandem celebritatẽ sexto idus decem
bris in omnib⁹ ecclesijs ⁊ monasterijs sub
noĩe ꝯceptiõis festiuis laudib⁹ colendã eẽ.
Cũctisq̃ȝ fidelib⁹ vere penitentib⁹ eadẽ die
missarum solennijs interessentib⁹ centum
dies, p̃mis aũt et secũdis vespis totidẽ, ser
moni ꝟo verbi diuini de eadẽ festiuitate in
teressentib⁹ centũ q̃nq̃ginta dies ꝯcessione
ꝑpetuis tpib⁹ duratura de iniũctis sibi pe-
nitentijs eadem sancta synodus elargitur.
Ad idem Sixtus papa quartus easdẽ in-
dulgẽtias oĩb⁹ xp̃ifidelib⁹ elargitur q̃ eadem
die ⁊ ꝑ octauas misse et diuinis officijs i-
terfuerint ⁊ celebrauerint quas cõsequunt
in festo corporis xp̃i ⁊ ꝑ octauas eiusdẽ iuxta
ordinationẽ Urbani q̃rti ⁊ Martini q̃nti

et aliorum romanorũ pontificũ p̃decessorum suorum p̃sentibus perpetuis temporibus valituris ꝛc̃.

In die cõceptionis beate virginis marie de festo. Sermo VII.

Conceptus hodiernus Marie semp̱ virginis neuum tergit: nexũ soluit vetuste originis: mestis reddit leticiam: dat criminosis veniam. Ita canit hodie sancta mater ecclesia in prima antiphona in laudibꝫ. et applicat̃ ad honorẽ Marie virginis in hodierno festo. Ideo dicit Ansel. in omel. huius diei. O q̃nta ista dies q̃ nostre reparatricis aĩa digne creatur et sanctificatur seu cõsecrat̃: et sanctissimo corpori vnit̃. reuera nõ est verus amator virginis q̇ spernit colere diẽ eius ꝯceptiõis. Hec Ansel. Sed ille vere amat ipam q̇ nũc celebrat diem istum: et ex q̇ amor est reciprocus. ideo diligit diligẽtes se. ꝟm illud Prouerb. viij. Ego diligẽtes me diligo. Et facit eis recõpensam in fructibꝫ et vtilitatibꝫ q̃s hõ habet sperare q̇ deuote ꝯceptiõis eius festuꝫ celebrat. Et hi fruct⁹ tangunt̃ in verbis p̃missis. Cõceptus hodiernus ꝛc̃. O

Pro q̇bꝫ nota ꝙ celebrantibꝫ deuote hũc diem: dei genitrix plurima dona cõfert. et signater tria q̃ tangunt̃ in themate: qꝛ impetrat deletionẽ pctõꝝ. ꝓcurat solutionem vinculoꝝ: et dat causam gaudiorũ. Primo eñ celebrantibꝫ hunc diẽ conceptionis sue impetrat deletionẽ pctõꝝ. et hoc tangit̃ cũ dicit̃. Neuum tergit: et in fine dat criminosis veniã. Neuum id ẽ maculã peccati: sed in virgine nulla pctĩ macula est ablata: qꝛ nulla ibi fuit. sed neuum tollit in maria. id est nõ admittit. Unde sicut ipa hodie ĩ sua cõceptione a pctõ originali est preseruata ꝛ sic sanctificata. ꝟm illud ps̃. Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Ita et ipa hunc diẽ colentibꝫ impetrat mundiciã peccatorum. Sicut hoc primitus ostendit in exemplo. Unde legitur ꝙ canonicus ĩ pago gallico cum vxore cuiusdã adulterat⁹ ẽ q̇ ad opidũ suũ redire volens: secanã trãsire debuit: vbi solus nauim ingressus est et tũc statim horas gloriose virginis canere incepit. cũqꝫ ĩ medio fluminis inuitatoriũ Aue maria diceret: subito turba demonũ nauim subuertit et animã eius ad tormẽta deduxit. Die autem tertia virgo maria demonibꝫ apparuit et eis dixit. Ut quid mei familiaris animã iniuste affligitis. ad quã demones. eam debemus habere: qꝛ capta est in nostro opere. et maria: si inq̇t illi⁹ debet esse cuius opera faciebat: ergo mea est. qm̃ matutinas meas cũ eum p̃uenistis decantabat. q̇bus dictis demonibꝫ hincinde fugientibꝫ. beatissima virgo pctm̃ abstersit ꝓ q̃ eternaliter damnatus fuisset. ꝛ ad corpus animã detulit: et ipm̃ de ꝓfundo fluminis in q̃ mersus fuit deduxit: q̇ statim ei⁹ pedibꝫ ꝓstratus dixit. O ꝟgo piissima q̇d ꝓ tantis beneficijs retribuã. Ad quem illa. Precor te inq̇t ne amplius in reatũ adulterij cadas. ꝛ cõceptionis mee diẽ sexto idus decembris iugiter celebres ꝛ ad celebrandum denũcies. q̃ dicto ipo vidente ad celum ascẽdit. Ille autẽ vitã heremiticã ducens q̇d sibi acciderit cunctis audientibus enarrauit: et q̃diu vixit hũc diem celebrauit: et ad celebrãdũ alijs p̃dicauit. Hic nota q̇d sit hãc diem celebrare: nõ ꝙ hõ solũ a seruilibꝫ siue manualibꝫ opibꝫ cesset: sed a pctĩs abstineat: et cum singulari reuerẽtia ꝛ deuotione hac die virginem benedictam laudare ꝛ inuocare studeat. Scd̃o festiuãtibus hũc diẽ btã ꝟgo ꝓcurat solutionem vinculoꝝ ĩpedientiũ suã salutẽ: siue sint vincula q̇bꝫ ligat⁹ est cũ diabolo: siue cũ carne: siue cũ mũdo. et hoc tãgit̃ ibi. Nexũ soluit vetuste originis. id ẽ vincula pctõꝝ q̇bꝫ homo a diabolo ligatus est ꝛc̃. Diabolus eñ facit sicut aranea que cõponit rete ad capiendũ muscas. sic ipe cũ reti peccatorũ scꝫ supbie. auaricie. luxurie ꝛc̃. capit heu totum mundũ. qꝛ omne qd̃ est in mũdo: aut est ꝯcupiscentia carnis: aut oculoꝝ: aut superbia vite. j. Joh. ij. Si q̇s igit̃ bñ seruierit ꝟgini bñdicte ab his nexibꝫ eũ absoluit Sic soluit quẽdã adolescentẽ a nexu mr̃imonij in q̃ sũt varie sollicitudĩes ꝛ tribulatiões ꝟm aplm̃. j. Coꝝ. vij. Uñ legit̃ ꝙ tp̱e Karoli magni reg̃ frãcoꝝ q̇dã cleric⁹ hungarie regis german⁹ beatã ꝟginẽ diligens cũ parentũ ꝯsilio nubere volẽs. q̃dam die nuptiali bñdictione accepta cũ recordaret̃ ꝙ horas btẽ ꝟgis iuxta morẽ solitũ ñ cãtasset. spõsaꝫ domũ cũ ceterꝭ mittẽs ipe sol⁹ in ecc̃ia ꝑmãsit: cũ illã antiphonã Pulcra es

et decora filia hierusalē diceret: subito beata virgo dei genitrix apparuit dicens. Si ego sum pulcra ⁊ decora: qd est ergo ꝙ me dimittis ⁊ aliā sponsam accipis. Cui ille. O dn̄a qd vis vt faciā. At illa. Si sponsam tuam carnalē amore meo dimiseris ⁊ cōceptionis mee diē sexto idus decembris celebraueris: me in celesti regno sponsam habebis. et cū vnigenito meo cū gloria laureatus eris. Qbus auditis cleric⁹ ad quandam abbatiā extra patriā pergens monachi habitu decorat⁹ est: et post modicū tps epūs Aquilegieñ. factus ē. festū ɔceptōis q̄diu vixit celebrauit: et celebrandū cūctis in sua diocesi cōstanter p̄dicauit Tertio celebrantibus hūc diem dat causam gaudiorū ⁊ in tribulatione cōsolationem. Recte sicut ipa ab omni originali peccato p̄seruata occasionē accepit gaudij. sic illis qui hoc festuꝫ hodie recolūt subuenit in omnib⁹ necessitatibus pellendo mesticiā et dando leticiam et hoc tangit̃ in themate cum dicit̃. mestis reddit leticiā. et precipue morte imminēte. vbi maior ē mesticia. Ideo dicit Haymo sup Apoc. O q̄ gaudens est eius obitus q̄ marie dū viueret sedulus fuit et deuot⁹. Refert em̄ Ansel. Cantbuarieñ. archiep̄s de abbate Elsino miraculū ꝓpter qd festuꝫ cōceptionis erat institutum: in quo ptꝫ q̄ntum gaudium maria cōtulit dicto abbati et secum existentib⁹ in periculis maris positis. vide in legenda. Aliud exemplū quō Maria succurrit mulieribus impregnatis in timore positis et tribulatiōe. Refert Orosius in epistola ad Heliodorū: dans intelligere ꝙ mulieres deuote festum hoc recolentes secure sunt ꝙ nō ꝑcreant abortiuum. q2 fetus in vtero eoꝝ custodit̃: taliter scribens. Coram deo noui et in veritate cōperi ꝙ nulla mulier in partu periclitatur sup quā deuote marie grā īplorat̃ et dies eius ɔceptiōis celebrat̃. Patet illud ex rōne. q2 sicut virgo Maria in vtero m̄ris sue est nō solum in naturalib⁹ illesa custodita: sed etiā gratuitis insignita. Sic omnibus mulierib⁹ hoc festum digne et deuote celebrantib⁹ fetus cōseruat penitus illesos et ipas ne piclitent̃ custodit. Legit̃ enim in miraculis btē virginis ꝙ vir qdā ad limina sanctoꝝ nauigare voluit: mulier autē eius virgini marie deuota licet grauida pariter cum eo nauigare voluit: viro eius annuente. Cū aūt nauigarēt venerūt dies pariendi. periclitante autem muliere seuiēte tēpestate ne oēs submergerent̃ deposita est extra nauē sup tabulā: que implorās virginē mariā pro iuuamine ꝓmittens si euaderet hoc periculum magis deuote q̄ vnq̄ celebrasset eius ɔceptionē celebrare vellet: q̄ eā liberauit: et ad littus ꝑducens officiū obstetricis adimpleuit: q̄ postmodū hoc ꝑdigium q̄b⁹ potuit dixit. Et sic habem⁹ quō maria succurrit tribulato ab extra sicut abbati Elsino. et tribulatis ab intra: vt impregnatis. Ex qbus habet̃ q̄ntum placet virgini gloriose si qs deuote celebrat festū cōceptionis sue. Succurrit etiā tribulatis et mestis in extremis siue in morte demonibus ꝑsequentib⁹ ⁊ impugnātib⁹. et hoc patet per exemplū. Quidā monachus seruiuit deo et btē virgini in ordine triginta annis et grauiter cepit infirmari. Cumq3 iam vellet expirare venit ad eū multitudo demonū q̄rentes aīam eius. qd cū vidisset cepit clamare. Ve mihi ꝙ vnq̄ natus sum: ve mihi ꝙ vnq̄ ordinē intraui: meli⁹ mihi fuisset esse ranā. Fratres autē audiētes clamorē corā eo orātes cōuenerūt. ad quē accedens senior su⁹ dixit. O p̄r q̄re ista dicitis cū fueritis semꝑ bonus homo. dicite ergo post me hec verba. Maria mater grē mater misc̄die tu nos ab hoste ꝓtege in hora mortis suscipe. qd cū dixisset et modicū tacuisset: cepit dicere. Bene mihi ꝙ vnq̄ natus fui: bene mihi ꝙ vnq̄ ordinē intraui. Frēs vero audiētes tā subitā mutationem ceperūt q̄rere qd hoc esset ꝙ tāta ꝟba blasphemie clamasset. Respondit. ideo clamaui q2 demones infiniti venerūt volētes animā meā rape: sꝫ cū dixissem orōem p̄dictā et refugiū habuissem ad Mariā statī vēit ad me m̄r misc̄die: ad cui⁹ aduētū oīs recessit multitudo demonū. ⁊ sic mō me ad cōuiuiū suum inuitauit. et sic sp̄m̄ emisit: ⁊ ab hostib⁹ suis saluatus est ⁊c̄. Hic cadit dubium. Ex q̄ dictū est ꝙ btā virgo fuerit p̄seruata ab originali pctō: et sic in eo nō cōcepta: pōt ne ostendi ħ aliquib⁹ rōnib⁹ ⁊ exēplis. R. Respōdet̃ breuiter ꝙ sic. Vn̄ virginē mariā nō fuisse cōceptā in originali pctō ōndi p̄t triplici via. vicꝫ autoritate. rōne. ⁊ exēplo. Primo autoritate canonis

biblie.Cañ.iiij.Tota pulcra es amica meá
⁊c̃.Si eñ virgo maria fuisset ab originali
peccato purgata:tunc aliqñ fuisset ĩ ea ma
cula: qđ reclamat spũssanctus vbi supra.
Itẽ Prouer.viij.dicit̃ de btã virgine.Nec
dum erant abyssi ⁊ ego iam ꝯcepta erã scȝ
in ordinatione diuina.Si ergo ab eterno
deus ꝑordinauit ipam virginẽ mariam in
dei matrẽ:dignũ est vt talem ꝑordinauerit
et elegerit cui vnq̃ꝫ nulla mater in purita-
te similis fuit.Certum est aũt euam matrẽ
nostrã in statu innocẽtie fuisse absq̃ꝫ omni
pctõ.cur ergo maria diceret̃ aliq̃ pctõ ori-
ginali maculata ⁊c̃.Scđo illud ostẽditur
autoritate ecclesie:cui nõ licet cõtradicere:
vicȝ cõcilij Basilieñ.in quo determinatuȝ
est mariam virginem sine originali pecca-
to conceptam Anno dñi M.cccc.xxxix.
vbi dicit̃ ꝙ nulli de cetero liceat cõtrariuȝ
ꝑdicare aut docere.Ita etiã tenet tota vni-
uersitas Parisiensis.et heresim reputaret
cõtrarium asserere ⁊c̃.Tertio illud ostendi
potest autoritatibꝫ sanctoꝝ.Et ꝑmo Aug.
in de natura ⁊ grã.Excepta virgine maria
cum de pctĩs agit̃ de qua ꝓpter honorẽ dñi
nullã prorsus volo habere questionẽ.Et
subiungit.Hac ergo virgine excepta si oẽs
sanctos et sanctas cum hic viuerẽt cõgre-
gare possemus et interrogare vtrum essent
sine peccato:quid fuisse responsum puta-
mus nisi quod ait Johannes.j.Jo.j.Si
dixerimꝰ quia peccatũ nõ habemꝰ ipi nos
seducimus et veritas in nobis nõ est.Se-
cunda autoritas est Ansel.de cõceptu bea
te virginis q̇ ꝯtra illos q̇ mariã dicũt con-
ceptã in originali pctõ sic ait.Inscia ne fu-
it et potẽs dei sapiẽtia sibi ex omni ꝑte habi
taculũ cõdere remota omni labe ꝯditiõis
hũane q̇ angelis peccãtibꝫ aliq̃s a peccato
seruauit ĩmunes:et feminã etiã matrẽ suaȝ
futurã ab alioꝝ pctĩs expertẽ seruare non
potuit.q.d.vtiq̃ꝫ potuit.et subdit.Statuit
eam reginã ⁊ dñatricẽ fore angeloꝝ.et nũc
inferiorẽ gratiã alijs factã in cõsortiũ acce-
ptam credimus hoĩm ꝑfectorũ.q.d.nullo
modo.q̃ si est regina angeloꝝ q̇ nũq̃ꝫ aliq̃
peccati macula deformati fuerũt:cur ipaȝ
fatemur originali pctõ inquinatã.Sub-
iungit.Existimet hoc q̇ vult:argumentis
hoc ꝓbet suis.q̇ vult his q̃ dicamꝰ aduerse
tur.ego donec ostẽdat mihi deus aliquod
dignius et excellentius dñe mee posse dici.
que dixi dico q̃ scripsi nõ omitto.Et ad h̃
ꝓbandũ dicit Ansel.ibidẽ.Decuit vt virgo
beata tali puritate niteret q̃ maior sub deo
neq̇t intelligi.sed certũ est ꝙ hãc puritatem
esse possibilẽ sub deo intelligimus.vicȝ eẽ
hoiem sine pctõ originali ⁊ actuali: q̃ talẽ
habuerũt Adam et Eua in statu innocen-
tie.igit̃ ⁊c̃.Ad hãc autoritatẽ Anselmi di-
cit Sco.sup̱ tertio.di.iij.Si decuit ⁊ deus
potuit q̃re non fecisset vt ab omni macula
peccati eã ꝑseruasset.Huius etiã sñie ẽ san
ctus Tho.in scripto primi sñiaꝝ.di.xliiij.
ar.iij.in solutione tertie rõnis.vbi respon-
det ad predictã autoritatem Ansel.dicẽs.
Puritas intendit̃ ꝑ recessum a cõtrario.et
ideo potest aliquod causatũ inueniri q̃ ni-
hil purius est in rebꝫ creatis si nulla conta-
gione pcti inquinatũ sit.et talis fuit puri-
tas btẽ virginis q̃ a pctõ originali ⁊ actua
li ĩmunis fuit.tñ sub deo inquantũ ĩ ea fu-
it potẽtia ad peccãdũ q̃ peccare potuit.hec
Tho.vbi s.Est tñ verũ ꝙ talis potẽtia ad
peccãdũ etiã ablata fuit in ꝯceptõe filij sui
in q̃ in bono cõfirmata fuit vt de cetero in
pctm̃ mortale nec veniale flecti posset ⁊c̃.
Secũdo põt ostendi ꝑ rõnes beatã ꝟginẽ
nõ eẽ in pctõ originali cõceptã.et ꝑmo sic.
Ex quo ꝑ mariã virginẽ lapsus eue tãq̃ꝫ ꝑ
mediatricẽ aliquo modõ reparari debuit.
et Eua fuit creata sine pctõ ⁊ cecidit in pec
catum.decuit vt virgo maria etiã sine pec-
cato cõciperet̃:licet cõtraxerit penalitates
corporis sicut et christus dñs.Secũdo sic
Maria ex singulari ꝑuilegio habuit ꝙ nõ
cum dolore peperit:cum tñ in textu Geñ.
iij.nõ excludatur a maledictione que dicta
est Eue et omnibus mulieribus sequenti-
bus cum dicitur.In dolore paries filios
tuos:et sub viri potestate eris.ergo a simili
Maria ex priuilegio preseruata est ab oĩ
peccato originali et actuali.licet ſm cur-
sum nature post pctm̃ primorũ parentũ iux
ta verbũ apl'i ad Ro.v.Per vnũ hoiem in
omnes pctm̃ intrauit et per pctm̃ mors in
quo omnes peccauerũt.ad Eph.ij.Oẽs
eramus natura filij ire.Et dicit notãter na
tura.scȝ corrupta.q̃si diceret.Ex ꝑuilegio
et grã singulari deus hoc põt impedire.si-
cut factum est in virgine maria.Huiꝰ sñie
est Alexãder de Ales super Cañ.Richar.

de sancto victore Hugo. Tho. de argenti-
na. Petr⁹ de candia. Nā deus potuit ma-
trē suā a pctō originali pseruare. Similit̄
et decuit rōne matris et filie. Probationē
huius vide sermone. xij. in thesauro nouo
de sanctis. Tertio potest ostēdi p exempla
Mariā virginē nō esse cōceptā in peccato
originali. Primū de abbate Elsino vt pa
tet in legenda. Secundū exemplum refert
magister Henricus de hassia de hoc festo
de q̄dā baccalario formato q̄ Cracouie p-
dicauit ɔtra cōceptionē virginis marie: et
sic corruit in terrā et expirauit. Tertium de
q̄dā Hebbardo de piscarijs: qui etiā cōtra
cōceptionē btē virginis pdicauit: et ideo i
missa sacramentū perdidit. Cui ꝛ apparuit
virgo benedicta dicēs. quare carnē de me
sumptā sumere psumis ꝛ volūtarie me ma
culasti tuis labijs. Quartū de quodā q̄ in
ciuitate Lemonicensi tenuit opinionē istā:
et cum missam celebraret: lupus oībus vi-
dentibus de silua venit et eū strangulauit.
Quintū scribit Vincēti⁹ in speculo histo-
riali. li. viij. ca. cxx. de Hildofonso epō To
lentano ꝙ beata virgo Maria sibi dederit
albam ꝙ celebraret festū cōceptionis eius
Et sequēti ca. dicit mariā virginē non esse
cōceptam in originali peccato ex dictis su
pradicti epi. cum tn̄ ipse Vincentius fuerit
de ordie predicatorū q̄ valde aduersantur
huic sententie dicētes Mariam esse in ori-
ginali peccato cōceptam ꝛ purgatā statim
ab originali per sanctificationē in vtero ꝛc̄.
Sextū est reuelatio sancte Brigitte: in q̄-
bus habet̄ ꝙ beata virgo sibi reuelauerit
ꝙ fuerit sine originali pctō cōcepta dicēte
illi. Sicut alicui volenti ieiunare q̄ deside
riū comedēdi haberet: sꝫ volūtas resisteret
desiderio: pciperet̄ a supiori cui obediendū
esset ꝙ p obedientiam comederet. Ista co-
mestio maiori remuneratiōe digna esset q̄ꝫ
ieiuniū. Sic per talē modū cōiunctio pa-
rentum meoꝝ fuit quādo ego ɔcepta sum
sine originali peccato. qꝛ sicut fili⁹ meus et
ego nūq̄ꝫ peccauimus: ita nullū cōiugium
fuit quod honestius esset q̄ꝫ illud de q̄ ego
pcessi. et qn̄ pater et mater cōuenerūt ma-
trimonialiter: plus fecit hec obedientia q̄ꝫ
carnalis voluptas. qꝛ alij cōiuges conue-
niunt ex voluptate carnali: mei vero parē-
tes ex obedientia et pcepto. sꝫ scito ꝙ mea
conceptio nō fuit omnib⁹ nota: qꝛ placuit
deo ꝙ amici sui pie dubitarēt de cōceptio-
ne mea: et q̄libet ostenderet zelum suū do-
nec veritas claresceret in tpe ordinato. hec
Brigitta. Sic ergo patet triplici via esse
ostensum Mariā virginē nō esse in origi-
nali peccato ɔceptā. vicꝫ autoritate. rōne ꝛ
exemplis. Vide de hoc pulcerrimū tracta-
tum Dn̄ici bollani ad ducem Venetorū q̄
hoc probat validissimis rōnib⁹: et argumē
ta aduersariorum pulcre soluit ꝛc̄. S
Hic cadit dubium quare ecclesia agit festū
de cōceptione beate vginis ꝛ nō de aliquo
alio sancto: cū tn̄ oīs homo cōcipiat̄ i pec-
cato originali. igit̄ potius deberet agi festū
sanctificatiōis q̄ꝫ ɔceptiōis. Solutio. Ec
clesia facit hoc pter tres rōnes. Prima qꝛ
fuit cōgruiter impetrata. Scōa qꝛ fuit sub
limiter sctificata. Tertia qꝛ fuit firmit̄ bene
opata ꝛc̄. Quantū ad pmū nota ꝙ cū An-
na ꝛ Joachim nō haberent filios: qꝛ steri-
les. et p multos annos transissent sine ple:
orōnib⁹ et ieiunijs et elemosynis insistebāt
vt impetrarēt a deo plē: nō diffidētes de li-
beralitate dei: qꝛ qd̄ natura nō valet gratia
supplet. Votū etiā fecerūt offerēdi plē deo
in tēplo. diuidebāt q̄ꝫ suos redditus vt le-
gitur in tres ptes. vnā scꝫ tēplo. aliā paupe
ribus. tertiā sibi ꝛ familie ɔcedētes. Et per
hmōi ɔtinuāta impetrarūt fecunditatem.
Ubi ostēdit̄ exēplo hoc nō displicere deo
dummō fiāt sine supstitiōib⁹ ꝛ cū cōditione
si saluti sue expediat. Apparuit ergo ange-
lus eis ꝛ pnunciauit ꝙ haberent filiā noīe
mariā ꝛc̄. vt habet̄ in legēda. Quantum ad
secundū nota ꝙ fuit sublimiter sanctificata
pbat̄ p Petrū de taranta. dist. iij. tertij. qꝛ
q̄nto q̄s magis accedit ad sanctū sctōꝝ: tā-
to magis debet habere maiorē sanctifica-
tionis gradū: nō em̄ est accessus ad deum
nisi p sanctificationē. Maria vero mater
christi plus omnibus accedit ad filiū qui
est sanctus sctōꝝ. ergo debuit gradum san
ctificationis habere maiorem post filium.
T Et ad hoc intelligendū nota tres
fore sanctificationes. Prima est commu-
nis: que fit per sacramentum baptismi: et
hec remouet culpam et confert gratiam.
Relinquit tamen fomitem et pronitatem
ad peccandum. Et talis sanctificatio est in
omnibus baptisatis extra vterum. Se-

cunda est specialis in vtero: sed non statim dum puer ꝯcipit: sed postea. Et hec est duplex. Una cū puer egredit̄ ex vtero matris ⁊ hec fuit Hiere. iuxta illud. Anteq̄ꝫ exires de vulua sanctificaui te. Scđa est qñ ples est adbuc in vtero totus. vt iobānes baptista q̇ in sexto mēse fuit sanctificatus: qñ scꝫ virgo Maria cōcepto dei filio salutauit Elisabeth. et hec sanctificatio remouet culpam et pronitatē peccādi mortaliter. Nā Hiere. ⁊ Johānes baptista post hmōi sanctificationē in vtero licet raro peccauerunt venialiter nūq̄ꝫ tñ mortaliter. vt dicunt doctores in tertio. di. iij. Tertia est specialissima scꝫ in pūcto creatiōis et infusionis aīe. Talis fuit sanctificatio btē virginis in eiꝰ cōceptione. Formato enim corpore virginis ex Anna et Joachim concepto nō ex spūsancto: qꝛ hoc est solius christi. et creata aīa virginis a deo et infusa: mox ⁊ ꝑ eodē instanti sanctificata fuit. Ex quo sequit̄ ꝙ beata Maria ꝑ nullo instanti aut tp̄e fuit peccati originalis obnoxia. nec in tali concepta: sed ab eodem specialissime p̄seruata. quod ꝓbatū est supra triplici via. scꝫ autoritate. exemplo et rōne. quare merito celebrat ecclesia festum cōceptionis ⁊ nō alterius sancti. Jdeo dicit Hildefontus toletanus ep̄s. Beata virgo maria nisi in vtero sanctificata esset: minime eius cōceptio colēda esset. Nūc aūt qꝛ autoritate totius ecclesie venerat̄: ꝯstat eam a pctō originali immunē fuisse. per quā nō solū maledictio matris Eue soluta est. verū ⁊ bñdictio donata est. Ex quibꝫ possumꝰ colligere ꝙ beate virgini ī puritate nulla creatura pura cōparari potest. Oportet ergo ꝓuilegiū sanctificationis sue omnē sanctificationē aliorum excedere. Nam hec sanctificatio sua ī vtero facta est per gratiā singularē totius trinitatis. Etiam preseruauit eam ab originali culpa: et remouit pronitatē ad peccandum tam mortaliter q̄ꝫ venialiter: que non fuit in alio sancto homine. et sic patet etiaꝫ ratio tertia. Nam dico ꝙ firmiter operata est bonū et cōtinenter. qꝛ nullū vnq̄ꝫ peccatum cōmisit: nec etiā veniale. Nō sic fuit in aliis ab vtero sanctificatis. Nā oēs venialiter peccauerunt. ideo merito celebrat̄ festum cōceptionis eius et non aliorum sanctorum ⁊c.

De sancto Thoma apostolo.
Sermo VIII.

Dominus meus

et deus meus. Joh. xx. A

Pro introductiōe nota ꝙ hec cōfessio sancte Thome laudabilis est ꝓpter tria. quia vera. quia plena. et quia deuota. Vera est: quia verissime ip̄e est solus dñs. solus deus: vt canit ecclesia in hymno angelico. Dicunt̄ quidā dij multi et dñi multi. nobis autē vnus deus et vnus dñs Jesus christus. j. Cor. viij. Et quia solus dominus: ideo ab omnibus timendus. quia solus deus: ideo ab omnibꝫ est adorandus. Secundo mō est cōfessio plena. omne eīm credibile aut refert̄ ad humanitatē aut ad diuinitatē ꝭm distinctionē articulorum. et iō confitet̄: dñs meus q̄tū ad humanitatē. et deus meus q̄tum ad diuinitatē. Prius dixit dñs: postea deus. qꝛ ꝑ visibilia ad inuisibilia ascendit. ad Ro. j. Dum ꝑ ea q̄ sunt hūanitatis ad ea q̄ sunt diuinitatis venit. Dicit̄ aūt dñs ꝭm humanitatē rōne p̄cij. j. Petri. j. Non corruptibilibꝫ auro ⁊c. j. ad Cor. vj. Empti estis precio magno. Dicit̄ deus a theaste. id est considerare oīa. nulla enim eum latent. Tertio est cōfessio deuota. nō solū corde credidit: sed ex deuotione clamauit. Deuotio enim ē feruor bone voluntatis quā mens cohibere non valens: certis manifestat indicijs. Jdeo sanctꝰ thomas exclamando dixit. Dominus meus.

B In verbis p̄missis sanctus Thomas in tribus cōmendatur. videlicet in fidei perfectione. in vtili p̄dicatione. in mirabili operatione. Primo cōmendat̄ in fidei ꝑfectione. Ubi nota ꝙ sancti thome fides habuit triplicem statum. scꝫ dubitationis. ꝑfectionis. et cōsummationis. Dubitationis: qꝛ didimus. nā cum alij discipuli dixerunt: vidimus dñm: ip̄e dubitauit et dixit. Nisi videro in manibꝫ eius fixurā clauorum et mittā digitū meū ⁊c. Ubi Aug. Jlla dubitatio est ꝑmissa ꝓpter nos. qꝛ deꝰ est adeo bonꝰ ꝙ nullū malū ꝑmittit q̇n bonū ex eo elicere velit. Nam licet dubitatio in se fuit mala tñ bonū venit ex ea. qꝛ nostre fidei firmitas. De quo Grego. in Omel. hodierna Plus nobis valet thome incredulitas q̄ꝫ marie magdalene repētina fidelitas. quia

dum ille palpando ad fidē reducit: nostra
mens omni dubitatiōe postposita ī fide so
lidat. Nā sicut dispēsatiue voluit matrem
suā despōsare: vt spōsus esset testis ꝟginita
tis: sic discipulū dubitare ꝑmisit vt esset te
stis vere resurrectiōis. Ex hoc tñ nemo de
bet putare sanctū Thomā alijs aplis mi-
norē: eo ꝙ in fide dubitauit. qꝛ ex hoc nob
magna vtilitas cōsecuta est. nā ex hoc seq̄-
retur petrū esse alijs minorē eo ꝙ xp̄m ne-
gauit: q̇ tñ est caput et ꝓnceps oīm aplorꝝ.
Vide de hoc exemplū de q̇dā rustico sim-
plici q̇ noluit hr̄e Thomā ꝑ aplo suo eo ꝙ
in fide dubitauit: ī Thesauro nouo de san-
ctis sermone. xvj. Scdo fides scti thome
fuit in statu ꝑfectiōis cū dixit. Dñs meus
et de⁹ meus. qꝛ tūc ꝺm Bedā altitudinē di
uine virtutis resurrectiōe celebrata: fide cer
ta penetrauit. Qꝛ aūt ꝑfectaꝫ fidē habuerit
ptꝫ nō tm̄ ex sua ꝯfessione: q̄ dixit. dñs me
us ꝛc̄. sed ex q̄ttuor. Primo: qꝛ xp̄s eius fi-
dem approbauit cū dixit. Quia vidisti me
thoma credidisti. aliud q̇dē vidit: sed aliud
credidit. Hominē vidit ꝛ deū cōfessus est.
vbi diuinitatē credidit quam nō vidit ꝛc̄.

¶ Hic cadit dubiū vtrū de eodē pos-
sit esse fides et visio. Nā apls ad Heb. xj.
dicit. Fides est substātia rerū sperandarū
argumentū nō apparentiū. Et Aug. super
Joh. Fides est virtus q̄ credunt q̄ nō vi-
dent. Tñ christus dicit Thome. qꝛ vidisti
me thoma credidisti. Ad hoc rñdet Bona
uen. in quarto. di. xxxiiij. ꝙ visio et fides nō
possunt esse de eodē vno et eodeꝫ respectu:
sed bene diuersis respectibꝫ. nā qñ aliq̇d ita
videt ex vna ꝑte ꝙ ex alia lateat: ꝺm illud
qđ latet pōt esse creditū: licet ex altera ꝑte
videat. Cum ergo in christo videret a tho
ma vel alio aplo aut ei⁹ matre illud qđ ad
eius corpus ꝛ humanitatē spectabat: tñ di
uinitas eius sensum et visum latebat: et sic
tm̄ credebat. Et hoc est qđ Greg. in omel.
dic̄ de thoma. Aliud vidit: aliđ credidit vt
sup̄. Scdo ꝑfectio fidei scti thome patꝫ
ex eo ꝙ ꝺm Chrys. tres magos baptisauit
qui facti sunt ei adiutores in p̄dicando. Ex
quo patꝫ quantā in fide excellentiā habu-
it ꝙ primitias gentium baptisare ꝓmeruit.
Tertio ex eo ꝙ in ciuitate Edissa vbi cor-
pus suum quiescebat nullum hereticū gen
tilē aut infidelē viuere ꝑmisit: neqꝫ aliquē
tirannū ibi nocere: postq̄ꝫ Abagarus rex il
lius ciuitatꝭ epistolā manu saluatoris scri-
ptam accipere meruit. et deinde ꝑ sctm̄ tho
mā sanatus ꝛ in fide cōfirmat⁹ fuit. Nā si
qñ gens aliq̄ cōtra ciuitatē illā insurrexit:
infans baptisat⁹ supra portā ciuitatꝭ stans
eplam illā legit: et ea die tā saluatoris scri-
ptura q̄ꝫ apli thome meritis hostes fugiūt
aut placant. Verūtñ q̄ꝫuis lōgo tꝑe dura-
uerit: nihilominus postea ciuitas illa ca-
pta fuit a saracenis ꝛ ꝓphanata sublato be
neficio ꝓpter abundantiā pctōꝝ. Quarto
ꝑfectio fidei eius patet ex eo ꝙ ꝑ fide ma-
gna tormēta sustinuit. Nā a pincerna regꝭ
in maxillā ꝑcussus fuit: a rege indie incarce
ratus. Deinde nudis pedibꝫ iussus est am-
bulare sup̱ laminas ferreas ardētes. Po-
stea in fornacē ardentē est ꝓiectus: et tandē
lanceis trāffixus. Sed oīa ista tormēta q̄
ꝑ fide sustinuit xp̄s sibi in gloriā cōmuta-
uit. Nā de ꝑcutiēte maxillā accepit iustā vl
tionē. incarcerat⁹ a rege accepit honorificā
liberationē. Sup̱ laminas adustus acce-
pit fontis emanationē. In fornace ꝓiectus
accepit roris refrigerationē. Lanceis ꝑfo-
ratus accepit felicē coronationē ꝛc̄. Tertio
fides scī thome fuit in statu cōsummatiōis
qñ post eius mortē mutata est in clarā vi-
sionē dei. vbi modo triplici de causa est no
ster adiutor ꝑ fide optimus. qꝛ potest scit ꝛ
vult. Primo potest validissime. Si enim
sunt oīa possibilia credēti vt dicit Matth.
xvij. q̄nto magꝭ beatifice videnti. Scdo no
uit plenissime. Eccī. xxxiiij. Qui nō est tem
ptatus q̇d scit. q̇ nō est expertus pauca reco
gnoscit. sed ille in fide tēptatus fuit. Vnde
merito hodie petit ecclesia vt eius fidē cō-
grua deuotiōe sectemur. Scdo beat⁹ tho
mas cōmendat in vtili p̄dicatiōe. nam sua
p̄dicatione multū fructū attulit: qꝛ mltos
cōuertit. Vna em̄ die ad p̄dicationē ei⁹ ba
ptisati sunt nouem milia virorum: exceptꝭ
mulieribus et paruulis. Item conuersos
nutriuit verbo et exemplo ac corporali sub
sidio. Verbo quidē: qꝛ sollicite p̄dicauit as
similando verbum dei collirio: emplastro
et potioni et cibo. sicut in legenda patet. nā
quosdā ad fidem illuminabat: istis appone
bat colliriū. quosdā a tumore sup̱bie strin-
gebat: istis apponebat emplastrum. quos-
dā ad ꝯfessionē inducebat: istis apponebat

potionē. Quosdā timidos ꝯfortabat: istis
dabat cibū. Scđo cōuertebat ⁊ nutriebat
exēplo. Vñ etiā in nuptijs abstinebat exi-
stens sibi parcus: fuit deo fidelis ⁊ deuotꝰ.
Vñ dixit Dabano nūcio regis. habeo ser-
uum fidelē q̇ oīm laboꝝ mihi mercedē ap-
portat. Tertio nutriebat corꝑali subsidio.
q꞉ thesaurū de quo placitū facere debebat
pauperibꝫ tribuit, et in hoc mūdo ꝓuidit ⁊
regi et pauꝑibꝫ ⁊ sibi. Regi: q꞉ palaciū sibi
in celo fabricauit. Pauperibꝫ: q꞉ eos iuuit
in eoꝝ penuria. Sibi: q꞉ premiū ⁊ laudē ꝓ
meruit. D Circa ꝑdicta q̄ro. q̇bꝫ genti-
bus ꝑdicauit sctūs Thomas. Ad qđ rñ-
det Isiđ. ī li. de vi. et obitu sctōꝝ. Thomas
discipulꝰ xp̄i ac sil'is saluatori: audiēdo in-
credulꝰ: vidēdo fidelis fuit. Hic euangeliū
ꝑdicauit parthis medis ⁊ persis: hircanis
et bragmānis. et intrās orientalē plagā et
interna gentiū penetrās: ibi ꝑdicationē suā
vsqꝫ ad vltimū sue passiōis ꝑduxit. In eiꝰ
aūt legēda habet ꝙ ꝑdicauit in india: vbi
nomē xp̄i plurimū exaltauit. E Sed
diceres. q̊ idiomate ꝑdicauit ꝑdictis genti-
bus. Ad hoc dico ꝙ sanctus Thomas si-
cut et ceteri apl'i ꝑ donū linguarū qđ acce-
perūt in die penthecostes ꝑdicauit linguis
oīm gentiū. Vñ Grego. Et est glo. Act. ij.
Spiritussanctꝰ sup discipulos ī igneis lin-
guis apparuit: et eis oīm linguaꝝ sciam de-
dit. Et paulꝰ. j. ad Coꝝ. xiiij. dicit. Gratias
ago deo ꝙ oīm vr̄m linguas loquor. Qđ
declarat sctūs Tho. ij. ij. q. clxxvj. dicens.
ꝙ primi discipuli christi ad hoc fuerūt ab
ipo electi vt per vniuersum orbem fidē eiꝰ
ꝑdicarent. Nō autem erat cōueniēs vt qui
mittebant ad alios instruendos indigerēt
ab alijs instrui q̄liter alijs loquerent. vel q̄-
liter q̄ alij loquerēt intelligerēt. ꝑsertim q꞉
isti q̇ mittebant erant alterꝰ gētis scꝫ iudee
erāt etiā pauꝑes et impotētes. nec de facili
a ꝓ̇ncipio repperissent q̇ eoꝝ ꝟba alijs fide-
liter interꝑ̄tarent: vel verba alioꝝ eis expo-
nerēt: maxime q꞉ ad infideles mittebant. et
ideo necessariū fuit vt sup hoc eis diuinitꝰ
ꝓuideretur ꝑ donū linguarū: vt sicut genti-
bus ad idolatriā declinantibꝫ introducta ē
diuersitas linguarū. ita etiā qñ erāt gētes
ad cultū vnius dei reuocande cōtra hmōi
diuersitatē remediū adhiberet ꝑ donū lin-
guarum. et q̄uis fieri potuisset ꝙ ꝑ vnam
linguā apostoli loquētes ab oībꝫ intellige-
rentur: tñ cōuenientiꝰ fuit ꝙ ipi omnibꝫ lin-
guis loquerent. q꞉ hoc ꝑtinebat ad ꝑfectio-
nem scientie ipoꝝ ꝑ quā nō solum loqui:
sed intelligere possent ea q̄ ab alijs dicebā-
tur. Et ideo glo. Act. ij. dicit. ꝙ maiori mi-
raculo factū est ꝙ apl'i oīm linguarū gene-
ribus loquerent ⁊c̄. F Tertio beatus
Thomas cōmendat ī mirabili operatiōe.
Que q̇dē apparuit ī paradiso. in celo. ī mū-
do. et in inferno. In paradiso quidē ī pala-
tio qđ regi indoꝝ fabricauit. In celo: in lu-
ce q̄ sup debiles ac infirmos resplenduit et
oēs sanauit. In mūdo: in bestijs. sicut ī ca-
ne q̇ manū pincerne ipm ꝑcutiētis absci-
dit. In plantis: sic̄ p꞉ in ramo palme ple-
no dactilis q̇ in manu sponsi ad eiꝰ benedi-
ctionē apparuit. In hoibꝫ. vt p꞉ in pluribꝫ
q̊s miraculose curauit. In elementis: q꞉ in
fornacē ignis ꝓiectus in nullo fuit lesus.
Idē p꞉ in terra. q꞉ in ꝓ̇ncipio sepulture eiꝰ
manu ꝓpria de monumēto extenta ad se ve-
nientes dignos cōicauit: ⁊ ab indignis ma-
num cū eucharistia retraxit: vt in longa eiꝰ
legenda habet. Exemplū de quodā famu-
lo q̇ furatꝰ fuit ficus ꝓ duobꝫ denarijs ⁊ nō
poterat sumere sacramentū de manu apl'i
donec cōfiteret plenarie et satisfaceret. Itē
in inferno: q꞉ ad mandatū eiꝰ demon idolū
totū cōminuit et liquefecit. Hāc aūt mira-
bilem operationē habuit ꝑ amorē q̇ cū deo
vniuit. a q̊ virtutē operādi recepit. Sicut
cū corpus vnitur aīe recipit ab eo virtutē
operādi. et ab ea sepatū: nihil pōt penitus
opari. sicut nec peccator separatus a deo.
Iuxta illud Joh. xv. Sine me nihil pote-
stis facere. Vñ Chrys. sup Math. Trla
totꝰ mūdus mirabat. scꝫ xp̄m post mortem
surrexisse. carnē in celū ascendere. et ꝑ duo-
decim apl'os piscatores totū mundū ꝯuer-
tisse. Huius aūt quadruplex fuit causa. scꝫ
Pecunie cōtemptus. glorie defectus. secu-
lariū occupationū segregatio. et terribiliū
passionū toleratio. G Vltimo circa
thema q̄ro. vtrū beatꝰ Thomas de necessi-
tate salutis tenebat apparente sibi dño ⁊ di-
cente sibi. infer digitū tuū huc ⁊c̄. cōfiteri fi-
dem diuinitatꝪ et humanitatis in xp̄o. Ad
hoc dicendū ꝙ de necessitate salutis tene-
bat thomas illa hora facere illā cōfessionē
Pro euidentia illius ꝯclusionis nota ꝙ ea

que sunt necessaria ad salutē cadūt sub p̄ce ptis diuine legis. Confessio aūt fidei cū sit q̄d affirmatiuū nō pōt cadere nisi sub p̄cepto affirmatiuo. Vn̄ eo mō est de necessarijs ad salutē q̄ pōt cadere sub p̄cepto affirmatiuo diuine legis. p̄cepta aūt affirmatiua nō obligāt semp ꝛ p semp: sed p loco et p tpe. ꝛ ſm alias circūstantias debitas ſm q̄s oportet actū humanū limitari ad h̄ q̄ sit actus virtuosus. Sic igit̄ ↄfiteri fidem nec semp in quolibet loco est de necessitate salutis. sed aliq̄ loco ꝛ tpe qn̄ vicȝ p omissionē hmōi ↄfessionis subtraheret̄ honor debitus deo vel etiā vtilitas p̄ximis impēdenda. puta si q̄s interrogatus de fide taceret ꝛ ex hoc crederet̄ vel q̄ nō haberet fidem vel q̄ fides nō esset vera. vel alij p eius taciturnitatē auerterent̄ a fide. in hmōi eñ casib ↄfessio fidei est de necessitate salutis. sed iste casus est inp̄sentiarū. iam eñ p̄mo dixerat thomas q̄ nolebat credere nisi videret in manib fixuraȝ clauoꝝ ꝛ mitteret digitū ꝛc̄. Modo vero si nō fuisset ↄfessus ore fidē p̄fectā de xp̄o estimatus fuisset nō habere fidē de xp̄o. Vn̄ dn̄s ait illi. Noli esse incredulus sed fidelis. Vel estimatus fuisset tenere q̄ fides xp̄i nō esset vera. vel fortasse alij discipuli visa cōtumacia istius aut taciturnitate auerterent se a fide. Item subtraxisset nō ↄfitēdo (ex quo iam erat suspectus) honorē debitū deo ꝛ vtilitatē a fidelib quā ex sua ↄfessione receperūt. Sed diceres. q̄re dn̄s dicit Luc̄. x. Beati oculi q̄ vident q̄ vos videtis. et hic dicit. Beati q̄ nō viderūt. Modo videre ꝛ nō videre cōtradicūt. ℞ Ad hoc dicendum q̄ duplex est beatitudo. Vna ē rei. alia spei. Prima ſm Boetiū est status oīm bonoꝝ aggregatione p̄fectus. et illa cōsistit principaliter in fruitiōe et aspectu diuinitatis. et cōsequēter in visione hūanitatis xp̄i motu dilectiōis ad ip̄m. Et hac beatitudine ex meritis nullus pōt eē dign. q: dic̄ Orige. de ritu ecclesie. Si q̄s bona cunctoꝝ p̄petrasset atq: toti mūdi tormēta attulisset nōdū tn̄ eterna beatitudine dign esset nisi eā nobis christi amarissima passio meruisset. et de hac beatitudine intelligit̄ illud verbum xp̄i. Beati oculi q̄ vident q̄ vos videtis. q: apl̄i viderūt eius hūanitatē. Et vere summe beatus erit q̄ ad hanc beatitudinē meruerit p̄uenire vbi xp̄m nō solū in humanitate s; i purissima videbit deitate. Ad quā p̄uenit btūs Thomas vbi sine fine fruitur dei visione. et iam nō dicit illud verbū futurū ps. Satiabor cū apparuerit gl̄ia tua: sed p̄teritū. Satiatus sum gloria tua. Secunda beatitudo est spei q̄ solū habet̄ in p̄senti. et ista ↄsistit in merito future beatitudinis. et iō beatior est hoc mō q̄ plus meretur nō vidēs q̄̄ videns. et de hac intelligit̄ p̄ns verbū xp̄i ad beatū thomā. Bti q̄ nō viderūt ꝛ crediderūt ꝛc̄.

In die sancti Thome apostoli.
Sermo nonus de euangelio.

Vide manus meas

Vide manus meas et affer manum tuam et mitte in latus meum et noli esse incredulus sed fidelis. Joh. xx. Hec sunt verba christi per que Thomam discipulū ab errore sue infidelitatis reuocauit. Legitur eñ in euāgelio q̄ dn̄s alijs discipulis post resurrectionē absente Thoma apparuit. Qui cū sibi resurrectionē dn̄i retulissent audita credere renuit dicens. Nisi videro fixuras clauorum ꝛ mittam manū meā in latus suum nō credam. Unde dn̄s die octauo iterum eis apparēs per verba p̄missa eum reuocauit ab incredulitate dicēs. Vide man meas ꝛc̄. In verbis p̄missis duo tangunt̄. Primo xp̄i dn̄i de sua resurrectiōe certificatio ibi. vide manus meas ꝛc̄. Scdō sancti thome a dubietate ꝛ incredulitate resurrectionis reuocatio ibi. et noli esse. Quantū ad primū nota q̄ xp̄s ostēdit thome specialiter suā dilectionē supra ceteros aplos in q̄ttuor. Vn̄ xp̄s exhibuit se ei q̄druplicit̄. vicȝ. ad tangendū. ad cōfitendū. ad certificandum. ad inflammandū. Primo exhibuit se ad tangendū. Vn̄ q̄dam discipuli cognouerūt xp̄m resurrexisse ex visu. vt Lucas et Cleophas euntes in emaus Lu. vl. Quidā ex auditu. vt petrus ꝛ ceteri discipuli. ſm illud Marc̄. xvj. Ite dicite discipulis eius et petro: quia surrexit dn̄s. Quidaȝ ex gustu. vt discipuli qui fuerūt ad piscationē Joh. vlti. Sed solus sctūs Thomas per tactuȝ. Nulli eñ se exhibuit ad tangendū nisi Thome. Vn̄ xp̄s dixit marie magdalene. Noli me tangere: quia nondum ascēdi ad patrem meū. Joh. xx. Nec se solum

xp̄s thome exhibuit ad tangendũ corpus
suũ sed et vulnera corꝑis sui:ita vt digitũ
mitteret in loca clauoꝝ et manũ ĩ latꝰ xp̄i.
ideo in eius laudē decantat ecclesia. O tho
ma didime ꝑ xp̄m quē meruisti tangere te
ꝓcibꝫ rogamꝰ altissimis succurre nobis mi
seris ne damnemur cũ impijs in aduētu iu
dicis. Scd̄o xp̄s exhibuit se thome ad cō
fitendũ. statim em̄ viso ⁊ palpato xp̄o factꝰ
est theologꝰ verā et integrā fidē xp̄i ꝯfiten⸗
do q̄ꝫtũ ad humanitatē ⁊ diuinitatē dicēs.
Dn̄s meꝰ ⁊ deus meus. Uidēdo em̄ xp̄m
hũc verũ hoīem credidit ⁊ deũ hũc eē quē
videre nō poterat exclamauit. Sicut em̄
ante passionē nullus aploꝝ apte cōfessus
est eũ esse verum deuꝫ nisi petrus q̇ dixit.
Tu es xp̄s filius dei viui. Mat. xvj. Sic
etiā post resurrectionē et añ eius ascensio⸗
nem nullꝰ est ꝯfessus xp̄m esse verũ deum
nisi thomas. Tertio exhibuit se xp̄s tho⸗
me ad certificandũ. licꝫ em̄ alijs apostolis
xp̄s apparuerit post resurrectionē:tñ singu
lari mō thomā certificauit in eo ꝙ voluit
ꝙ homo mortalis tangeret corpus glorio
sum. hoc autē est singulare miraculũ. Uñ
Hanfre. Cornoteñ. ep̄s dicit. Nō em̄ cre⸗
dendus est iste minoris meriti ꝑ ceteris fu⸗
isse vt ip̄e solus iudicaret̃ indignus visione
dñi. Nam post dies octo iterũ venit iesus
et thomas erat cũ eis:cui cuncta replicant̃
a dño q̄ pridie locutus fuerat velut de ab⸗
sente. in quo dñs specialiter thomā se dili⸗
gere ostēdit. Quarto exhibuit se ei ad flam
mandũ. q̄ꝫuis enim ante passionē multa se
creta reuelauerit Johanni. vt patet Joh.
xiij. tñ secreta ecclesie post resurrectionē nō
reuelauit alicui familiarius q̄ꝫ thome. Uñ
Hanfredꝰ vbi supra dicit. Quid autē mi⸗
rũ si mira deuotione mox exclamauit. dñs
meus ⁊ deus meus. Nō em̄ erat iam qđ de
eius diuinitate qđ de veritate resurrectio⸗
nis aliquatenus hesitaret quē nec arcerēt
claustra:nec laterēt secreta. Hec ille. q̄si di⸗
ceret. Thomas diuina reuelatiōe cogno⸗
uit xp̄m esse verũ deũ et hoīem ex hoc ꝙ ia
nuis clausis ad discipulos venit. ⁊ sic cor⸗
pus glorificatũ se habere oñdit. ⁊ ex hoc ꝙ
secreta eum scire intellexit replicādo verba
thome q̇ dixit alijs discipulis absente iesu
Et rōne huiꝰ reuelatiōis thomas valde ac
cendebat̃ in amore christi. Si enim ex ver

bis christi accendebantur hi duo discipuli
euntes in emaus dicētes. Nonne cor no⸗
strũ ardens erat in nobis dum loqueretur
nobis in via:et aperiret nobis scripturas.
q̄ꝫto magis inflammabat̃ thomas ex cōta
ctu vulnerũ christi. immo et añ passionem
christi thomas ostendit magnā charitatē
ad christuꝫ dũ ip̄e diceret Joh. xj. de laꝫa⸗
ro. Eamus in iudeā Lazarus amicus no⸗
ster dormit ⁊c̄. Alijs em̄ discipulis tunc di
centibꝫ. Nōne iudei te volebāt lapidare et
iterũ vadis illuc. thomas dixit:eamꝰ et mo
riamur cũ eo ⁊c̄. K Circa primũ mo⸗
dum exhibendi est dubiũ. vtrũ sanctꝰ tho⸗
mas tetigerit christũ Et quidā dicũt ꝙ nō
ex eo ꝙ qñ vidit immediate credidit. ⁊ ꝑ re
uerētia nō fuit ausus tangere tantũ dñm.
Ideo christus dixit ei. q̄ꝛ vidisti me thoma
credidisti. nō dixit q̄ꝛ me tetigisti. Alij aũt
asserũt ꝙ thomas tetigit xp̄m vt sic verbis
eius obediret. q̇ dicebat ei. Infer digitũ tu⸗
um huc. Et qñ christꝰ postea retulit. q̄ꝛ vi⸗
disti me thoma ⁊c̄. accipitur visus ꝑ tactu.
Nam visus ꝓpter suā nobilē modũ cogno
scendi transfert̃ multotiēs ad actũ aliaruꝫ
potentiarũ sensitiuarũ. Uñ Augꝰ. Nō ait
tetigisti sed vidisti me. q̄m generali quodā
modo sensus est visus. Nā et ꝑ alios q̄ttu
or sensus noīari solet. velut cũ dicimꝰ. audi
et vide q̄ꝫ bene sonat. olfac et vide q̄ꝫ bñ ole
at. gusta et vide q̄ꝫ bene sapiat. tange ⁊ vi⸗
de q̄ꝫ bene caleat. Uñ et hic dñs dicit. In⸗
fer digitum tuum huc ⁊ vide manus me⸗
as. vbi nihil aliud ait q̄ꝫ tange ⁊ vide. cum
tñ ille oculos in digito nō haberet. Hanc
sententiā approbat ecclesia cum de ip̄o ca⸗
nit. O thoma didime ꝑ christũ quē merui
sti tangere ⁊c̄. vt supra circa hunc modum
exhibēdi ⁊c̄. L Sꝫ diceret q̇s. Quas
vtilitates cōsequimur ex tactu beati Tho⸗
me. Ad hoc dico ꝙ tres. Prima q̄ꝛ ꝑ hoc
in fide cōfirmamur. q̄ꝛ in xp̄o tangēdo vul
nera carnis sanauit in nobis vulnera men
tis. Unde Grego. in omel. huius euāgelij.
Plus nobis ꝓfuit infidelitas thome ad fi
dem:q̄ꝫ fides aliorum discipulorũ creden⸗
tium. Quia dũ ille ad fidē palpando redu
citur nostra mens omni dubitatiōe post⸗
posita in frde solidat̃. Secunda vero vtili
tas est ista. quia per hoc spes nostra erigit̃
et roboratur. qui cum audis petrũ negasse

et thomā dubitasse. paulū ꝑsecutū ecclesiā
fuisse. dauid homicidiū ⁊ adulteriū cōmi-
sisse. Et de alijs sanctis maria magdalena
et mattheo ⁊c̄. Et tales penitētes a xp̄o ex-
altatos fuisse tollit̄ merito a nobis oīs de-
speratio et spes venie tribuit̄. ſm illud ps̄.
Sperent in te oēs q̄ nouerūt nomen tuū:
qm̄ nō dereliquisti q̄rentes te dn̄e. q̄si dice-
ret. Si relinquis siue ꝑmittis vt peccent.
si relinquis vt recidiuēt. tn̄ nō derelinquis
vt in pctō ꝑseuerēt si saltē faciūt qđ in se ē.
Tertia vtilitas. qꝛ ꝑ hoc charitas in nobis
inflammat̄. Quid em̄ magis amorē nostrū
accenderit q̄ȝ ꝓ nobis inflicta vulnera xp̄i
tangere. Unde Greg. Super oīa te mihi
amabilē reddit calix quē bibisti. id est ama-
rissima passio tua quā ꝓ me ex charitate su-
stinuisti. Ex dictis patet ꝙ nemo debet pu-
tare Thomā apostolū alijs apostolis mi-
norem eo ꝙ in fide dubitauit. qꝛ ex hoc no-
bis p̄dicte vtilitates cōsecute sunt. Nā ex
hoc sequeret̄ petrū alijs minorē eo ꝙ chri-
stum negauit: qui tn̄ fuit caput ⁊ princeps
oīm aploꝝ. Huius exemplū habemus de
simplici rustico q̄ thomā dubitantē nolu-
it habere ꝓ apostolo. vide in Thesauro no-
uo sermone. xvj. Quantū ad secundū qđ ī
themate tangit̄. s. scti thome a dubietate et
incredulitate resurrectiōis reuocatio. cum
xp̄s dixit. Noli esse incredulus ⁊c̄. ¶
Pro q̄ nota ꝙ beat⁹ thomas fuit de re-
surrectiōe xp̄i: et de illius diuinitate mō sin-
gulari certificatus ⁊ ab incredulitate reuo-
catus. Cū em̄ audisset aplos recitantes re-
surrectionē xp̄i q̄ eis apparuerat ipa resur-
rectiōis die illo absente credere noluit: sed
rn̄dit. Nisi videro in manibꝫ eius fixuram
clauoꝝ: ⁊ mittā digitū meū in locū clauoꝝ
et mittā manū meā in latus eius nō credā.
Ubi Chrys. ait. Sicut simpliciter crede-
re q̄litercūq̄ȝ credere facilitatis est: ita mul-
tum inuestigare est gloriosissime mentis. ⁊
ꝑ hoc Thomas accusat̄. Alijs aplis enim
grossior existens eam q̄ ꝑ sensum est gros-
sissimū scȝ tactum q̄rebat fidem ⁊ neq̄ȝ ocu-
lis credebat. Un̄ nō sufficiebat dicere. nisi
videro ⁊c̄. sed addidit. et mittā digitū meū
in locū clauoꝝ: et mittā manū meā in lat⁹
eius: non credā. Sed post dies octo dum
erāt oēs vndecim cōgregati apparuit illis
iesus. vbi inquit Chryso. Nō statim xp̄us
apparuit sed post dies octo vt interim tho-
mas a discipulis admonitus attēdat ī ma-
ius desideriuȝ et fidelior fieret in futurum.
stans ergo ī medio iesus dixit eis. Pax vo-
bis. Deinde dicit thome. Infer digitū tuū
huc ⁊ vide man⁹ meas: et affer manū tuaȝ
et mitte in latus meū et noli esse incredul⁹
sed fidelis. Cōsideremus quanta fuit beni-
gnitas christi iesu q̄ nō expectauit ꝙ inter-
rogaret̄ a thoma sed ex sua misericordia q̄si
eum p̄ueniens inuitat ad se cognoscendū.
Rn̄dit vero thomas iam in fide cōfirma-
tus. dn̄s meus ⁊ deus meus. Cui xp̄s di-
xit. Quia vidisti me thoma credidisti: beati
q̄ nō viderūt ⁊ crediderūt. Ut autē p̄dicta
bn̄ intelligam⁹ duo dubia veniūt declarā-
da. ¶ Primū vtrū corpus glorifica-
tum palpabile sit a tactu non glorificato.
Ad hoc dixerūt quidā ꝙ corpus glorifica-
tum est intangibile. qđ ꝓbare cōtendūt. qꝛ
Grego. in Omel. inq̄t. Corrumpi necesse ē
qđ palpat̄: sed gloriosū est incorruptibile.
ergo et impalpabile. Insuꝑ Chrysosto. in
omel. ait. Dignū est q̄rere q̄liter corpus in-
corruptibile tangibile fuit mortali manu:
sed ne tumultueris: cōdescensionis em̄ fuit
Tn̄ cōtrariū ꝓbari pōt. Nā Luc. vlti. ca.
xp̄s dixit aplis. Palpate ⁊ videte. et Greg.
in omel. Palpabile fuit ꝑ veritatē nature ⁊
subtile ꝑ effectum spiritualis potētie. Pre-
terea in corpore glorioso erit veritas ossis
et carnis. Caro est mollis et os durū. sȝ du-
rum et molle sunt obiecta tactus. ergo cor-
pus gloriosum est tangibile. Ad habendū
huius dubij expressam noticiā sciendū ſm
Bonauen. in. iiij. di. xlix. ꝙ cum dico tangi-
bile duo dico. scȝ qđ pōt immutare sensum
et hoc est ꝑfectionis. et qđ nō pōt latere ta-
ctum nr̄m: et hoc ē imperfectiōis. Et qꝛ in
corpore glorificato remanebit qđ est perfe-
ctionis ⁊ tollet̄ qđ est imperfectiōis. Ideo
dicendū ꝙ corpus gloriosum pōt se p̄bere
tangibile: et pōt nō p̄bere siue latere: et hoc
ſm diuersas cōditiones. Nā tangi pōt qꝛ
pōt impellenti resistere. cū sit corpus veruȝ
nō fantasticum latere pōt. qꝛ pōt penetrare
organum tactus. Primū habet per verita-
tem nature. secundū per effectū spūalis po-
tentie. Et hec duo cōtraria sunt in nobis
sed nō ī corpore glorioso. Ad illud autem:
quod obijciebat̄: quia quod palpatur est

corruptibile. Dicendū est q̄ veruz est de eo
qd̄ est tactui subiectū, sed illud nō erat ī cor
pore xp̄i, iō cōdescensionis fuit 7c. Secun
dum dubiū est, q̄s doctrinas h̄re possum⁹
ex verbis xp̄i dn̄i cū dixit ad thomā. Uide
manus meas 7c. Ad hoc dicendum q̄ spe
cialiter tres. O Pro quo nota q̄ tri⸗
plices sunt manus dn̄i, scz plasmatrices, re
demptrices, et punitrices. Manus plas⸗
matrices nihil aliud sunt q̄z dei bonitas et
potētia q̄ nos de nihilo creauit, de quibus
Job. x. Man⁹ tue dn̄e fecerunt me 7 plas⸗
mauerūt me totū. Uide ḡ primo pctōr ma
nus plasmatrices 7 cognosce dei potentiā:
et hūilia te in oīb⁹ 7 deū time. Nā sicut ille
manus habuerūt potētiā de nihilo te plas
mandi: ita adhuc hn̄t potentiā te cū volue
rint dissipandi. Ideo dicit btūs petrus. j.
Pe. v. Humiliamini sub potēti manu dei.
Fatuus ergo est ille q̄ differt recōciliari il⸗
li cui⁹ beneficio. i. grā subsistit. In manib⁹
em̄ dn̄i vita 7 mors bonū 7 malū. Eccl. xv
Uide ergo manus plasmatrices 7 hūilia te
ꝑ pn̄iam sub eis, et ne differas de die in di⸗
em, subito em̄ veniet ira illi⁹ 7 disperdet te.
Eccl. v. Scd̄o sunt man⁹ redēptrices xp̄i:
et sunt realiter man⁹ corꝑales ip̄i⁹, de q̄bus
Esa. xlix. In manib⁹ meis descripsi te, non
inquā ꝑ suprapositionē coloris sic̄ faciunt
sc̄ptores 7 pictores: sed ꝑ clauoꝝ cōfossio⸗
nē. In illis aūt manib⁹ relucet dei misc̄dia
et iō si peccatorē nō mouet potētia plasma
toris ad ɔuersionē siue penitentiā: saltē eū
moueat misericordia redēptoris. Ecce q̄z
dulciter alloquit̄ dn̄s peccatorē dicēs. Ui
de manus meas 7c. quasi diceret. Recogi⸗
ta q̄nto amore ꝓ te sustinui vulnera 7 rea⸗
ma me. Facit em̄ xp̄s more nobiliū q̄ vo⸗
lentes reuocare aues suas carnes rubrica⸗
tas aut aliud rubeū eis ostēdūt. Sic xp̄s
volēs peccatorē errantē reuocare rubrica⸗
tas manus sanguine suo ostēdit dicēs. Ui
de manus meas 7c. Et ideo hec verba de⸗
bent esse ad ɔsolationē oīb⁹ infirmis in ex⸗
tremis laborantib⁹, acsi diceret illis xp̄us.
In omni temptatione q̄ tibi occurrit a dia
bolo: a mundo: 7 a carne dum morti appro
pinquas vide man⁹ meas 7c. i. recōmen⸗
da te amarissime passioni mee, hoc enim sit
vltimū refugiū tuū. q2 ex ꝓpria virtute non
poteris stare nec demonē vincere: sed per
meritū passionis mee ꝑ qd̄ xp̄s dn̄s volu⸗
it radicari memoriā passionis sue ī cordib⁹
nr̄is. Dicit em̄ Inno. iij. de vili. cōdi. hūa.
q̄ in fine cuiuslibet hoīs xp̄s apparebit in
cruce. Tertio sunt manus punitrices. 7 ni⸗
hil aliud sunt q̄z dei iusticia q̄ vnicuiq̄z tri⸗
buit s̄m merita sua. Si em̄ peccatorē non
mouet redire misericordia redēptoris: sal⸗
tem moueat eū iusticia punitoris. Uide er
go manus meas punitrices et ꝑtimesce iu
sticiā. Si em̄ pensares quantā iusticiā de⁹
exerceret ī purgatorio taceo de inferno: vti
q̄z pertimesceres. Audi qualiter clamant
pauperes anime in purgatorio. Misere⸗
remini mei miseremini mei saltē vos amici
mei: q2 man⁹ dn̄i tetigit me, scz puniendo.
Job. xix. O q̄z durus ē hic tact⁹. Excedit eī
illa pena vt dicit Aug⁹. omnē penā huius
mūdi, et hr̄ in. c. fi. de pe. di. vij. Nō em̄ dif
fert a pena inferni nisi q2 ista temporalis: il
la eterna vt dicit Grego. Studeat ḡ q̄sq̄z sic
hic delicta corrigere vt post mortē nō opor
teat eū hāc penā tolerare. Et inuocem⁹ san
ctū thomā 7 sibi sedule seruiam⁹ q̄tenus ī
nr̄is necessitatib⁹ 7 maxime ī extremis suc⸗
currat. Ut aūt cognoscam⁹ q̄ztū sctūs tho
mas sibi seruientib⁹ succurrat audiam⁹ ex⸗
emplū de quodā medico. vide in thesauro
nouo sermone. ij. in fine 7c.

In die natiuitatis xp̄i de euange
lio 7c. Sermo X.

Impleti sunt di⸗
es vt pareret 7 pepit filiū suū pri
mogenitū. Lu. ij. A Pro in
troductione thematis nota q̄ in sacra scri⸗
ptura triplex reperit̄ xp̄i natiuitas, scz eter⸗
nalis, temporalis, et spiritualis. Eternalis
est qua xp̄s ab eterno ex deo patre nascitur
s̄m quā habet patrē sine matre, illā repsen⸗
tat prima missa q̄ habetur hodie in media
nocte: q2 omnino occulta est. Esa. liij. Ge⸗
nerationē eius quis enarrabit. In q̄ canit̄
ꝓ introitu illud ps̄. Dn̄s dixit ad me filius
meus es tu ego hodie genui te. Dicit̄ ego:
singulariter et nō alius. Spiritualis nati⸗
uitas xp̄i ē q̄ fit in mēte cuiuslibz iusti. Nā
s̄m mgr̄m in ꝑmo di. xv. Fili⁹ dei visibili
ter semel missus ē, frequent̄ mittit̄ a p̄re ini
sibiliter in aīas iustoꝝ vt ꝑcipiat̄ 7 agn̄scat̄.
Percipit̄ aūt 7 coḡscit̄ ꝑ inspirationē boni

Affectus. quotiescuq3 em̄ bonū affectū cōcipimus z ad effectū pducim⁹ totiēs filiū dei cōcipim⁹ z generam⁹. Vn̄ Leo papa. Deus p affectū ↄcipit: p effectū nascit. p pfectū nutrit et tribulatōib9 roborat. Scd̄z hāc natiuitatē spiritualē xps habet patrē et matrē. de q̄ in euāgelio Mat. xij. Si q̄s fecerit voluntatē patris mei ille meus pater soror et mater est. Hec spūalis repsentat p tertiā missam q̄ clara die celebrat z in ea fit mentio in euāgelio Joh. j. Erat lux vera q̄ illuminat zc̄. Tertia natiuitas xp̄i est tpalis siue carnalis qn̄ de matre temporaliter sine patre in salutē oīm natus est vt hoīem redimeret z ei viā vite mōstraret. Et de hac loquit thema. Impleti sunt dies. Et repsentat p secundā missam q̄ canit in aurora q̄ est partim lucida z ptim obscura. Sic z tpalis natiuitas xp̄i ptim est occulta ptim manifesta. Occulta q̄tum ad modū: manifesta q̄tū ad factū. Hanc natiuitatē hodie celebrat sctā mater ecclesia. et de ea intēdo loqui zc̄. Impleti sunt dies zc̄. In q̄b9 verbis duo principaliter ↄtemplari debemus. Primo xp̄m nascentē. scd̄o virginē parturientē. Primo ↄtemplari debemus xp̄m nascentē in q̄ cōsiderare debemus natiuitatis mirabilitatē. B Est em̄ admirabilis: q2 mirabiliter facta ex pte beatissime plis. z q2 mirabiliter est ostēsa i factis miraculis. et tertio q2 mirabiliter facta ex pte generis hūani. Primo dico q̄ natiuitas xp̄i mirabilis est ex pte plis triplici rōne. Primo q2 subitanea et in instanti taz in vtero q3 extra vterū. Nostra aūt natiuitas siue ↄceptio est successiua z in tpe. C Ubi aduertendū fm theologoꝝ doctrinā q̄ corpus xp̄i in sua ↄceptiōe fuit in instāti formatū z q̄tuz ad pfectionē membroꝝ et ptium ipius pfecte organisatū. Vn̄ Greg. xviij. moral. Angelo annunciāte z spūsancto adueniēte mox verbū in vtero: mox intra vterū verbū caro. Et magister in tertio dis. iij. Verbū nō suscepit nisi carne formatum. Hoc aūt cōgruū fuit fm sctm̄ Tho. et Bonauen. triplici rōne. Prima est ex pte verbi assumētis. q2 nō debebat v̄bū assumere ptē humane nature. s3 totā. i. carnem et animā q̄ nō debet vniri nisi carni organisate. Scd̄a rō ex pte virtutis operantis. q2 virtus diuina operat miraculose. h aūtē est miraculū q̄ femina concepit sine viro: Ideo ad ostensionē potētie subito formauit illud corp⁹ qd̄ naturalit nō pōt nisi successiue. Tertia rō fuit ex pte v̄ginis ↄcipiētis q̄ statim vt ↄsensit repleta fuit spūsctō. et mr̄ dei effecta. et q2 mater dei nō erat nisi esset deus vnit⁹ hūane nature. iō statim cū cōsensit deus homo factus est. Corp⁹ itaq3 illud sic formatū adeo paruū fuit vt magister dic q̄ obiectū oculis vix videri potuisset. Quantū vero ad quantitatē molis nō statim pductū est sed successiue tā in vtero q3 extra. qd̄ cōueniens fuit fm Bonauen. triplici rōne. Primo pter legis vniuersitalis cōseruatiōē. q2 deus nō operat miraculis vbi natura pt opari. et quia natura poterat corp⁹ illud successiue ad pfectā q̄ntitatē adducere: iō nō statim ex miraculo cōpletū fuit. Scd̄o pter fidei cōfirmationē. vt sc3 oñderet q̄ habuit verā z nō fantasticam carnē Tertia rō pter hūilitatis z charitatis xp̄i ↄmendationē q̄ p nobis cū excelsus deus esset tā puulus videri voluit. Scd̄o natiuitas xp̄i ex pte plis est mirabilis. q2 in alijs ↄceptionib9 naturalib9 ples nō est alteri⁹ nature sed tm̄ eiusdē cū mr̄e. In hac mirabili ↄceptiōe proles nō tm̄ est eiusdē nature cū matre sed etiā alteri⁹ nature. s. diuine cū patre. Tertia rō ex pte plis q2 in hac ↄceptione et natiuitate mater est posterior prole. et sic impletū est verbū sapientis Ecc̄i. xxiiij. Qui creauit me requieuit in tabnaculo meo In alijs natiuitatib9 naturalib9 mater nō est posterior s3 prior est ple. Scd̄o natiuitas xp̄i est admirāda nō solū ex pte plis sed etiā ex miraculis ipa die natiuitatis ostēsis. Nulla em̄ est creatura in q̄ nō fuerūt ostensa mirabilia. D Ubi nota q̄ oīs creatura aut habet esse tm̄: vt lapides z oīa elementa. aut h3 esse z viuere vt oīs planta. aut habet esse viuere z sentire vt oīa bruta. aut habet esse viuere sentire z intelligere vt oīa rōnalia. E Primo g̃ creatura habēs solum esse sicut elementa z corpora celestia in die natiuitatis signum admirationis ostenderūt. Et primo hoc apparuit in terra. Nam vniuerso orbe pacato et imperio romano supposito romani ad honorē deorū quoddā templū mire magnitudinis et pulcritudinis ↄstruxerūt ab idolis suis q̄rentib9 q̄tum duraret. dixe

rūt. quousqꝫ virgo pariet. tūc romani pro impossibili habentes ꝙ virgo vnqꝫ pareret: vocauerūt illud templū pacis eternū. Sꝫ iuxta vaticiniū ea nocte q̄ virgo pepit funditꝰ corruit. Similiter iuxta vaticiniū Hiere. ꝑ totū mundū vniuersa idola corruerūt Scḋo hoc apparuit ī elemēto aque Nā fons ē rome q̇ ꝑ aq̄ oleū emanauit die natiuitatis xp̄i ⁊ tā copiose q̇usqꝫ ī tyberim ꝓfluxit. Prophetauerat ei sibilla. Quādo erūpet fons olei xp̄s nascet̃. De hoc miraculo scribit Innocentiꝰ. iij. Tertio ħ apparuit ī elemēto aeris q̇ ip̄a nocte tanta claritate refulsit ꝙ noctē in lucem diei cōuertit. Quarto hoc apparuit ī elemēto ignis q̇ lucem suā sup̱ aerē tenebrosum effudit et diei claritatē adduxit. Quinto hoc apparuit in celo ⁊ hoc triplr̃. Primo q̄ ip̄o die tres soles visi sunt ī oriēte q̇ paulatim in vnū corpus solare ꝯuersi sunt. Scḋo q̄ visa ē rome imago v̄ginis cū puero circulo aureo in celo circa solē ostēsa Octauiano a sibilla Tertio in stella magoꝝ hac die ip̄is ostēsa q̄ formā pulcerrimi pueri habebat. in cuius capite crux fulgebat: dixitqꝫ eis. In indeam ite regē natū q̄rite. Scḋo natiuitatē admirabilē oñdit creatura q̄ nō solū habet esse sed etiā viuere. Nā vinea engaddi que balsamū ꝑducit ip̄a nocte floruit et fructuꝫ ꝑduxit. Tertio hoc apparuit in creatura q̄ supra esse ⁊ viuere hꝫ sentire. vt sunt bruta aīalia sicut dicit Bonauen. de boue ⁊ asino. ꝙ postqꝫ Maria pepit ⁊ puerū in p̄sepio reclinauit mox genuflexerūt ⁊ eū adorauerūt sic saltē suo mō. Iuxta illḋ Esa. j. Cognouit bos possessorē suū ⁊ asinꝰ p̄sepe dñi sui. Isiḋ. etiā Hispaleñ. in quodā sermone de natiuitate domini dicit ꝙ instāte xp̄i ntītate aīalia bruta fari voce hūana nō dubitat̃. Nā bos in roma ⁊ agnꝰ ī egypto locuti sūt hūana voce. deo em̄ hec oīa et maiora sunt possibilia. Sic legit̃ Nūe. xxij. ꝙ asina Balaam locuta fuit. Quarto hāc natiuitatē mirabilē oñdit creatura rōnalis. nā ⁊ angeli pastoribꝫ nunciauerūt et deo gloriā cantauerūt. et ip̄i pastores postea alijs retulerūt. Itē dicit Hiero. sup̱ illud Esa. ix. Lux orta est eis. ꝙ in nocte natiuitatis dñi tanta fuit lux ꝙ oēs sodomite extincti fuerūt. qḋ deus iḋ fecit vt oēs eradicaret vt in natura quā assumpserat tanta immundicia de cetero nō inueniret̃. O deꝰ omnipotēs vtinā nūc finis esset huius mali nephādissimi. inuehe ꝯtra tales tā extra qꝫ intra matrimoniū ⁊c̄. dic vt scis. Tertio natiuitas xp̄i fuit mirabilis facta ex parte hūani gener̃. q̄ deꝰ p̄termissa nobilir̃ sublimi natura scꝫ angelica. q̄ ꝑ pctm̄ erat corrupta assumpsit naturā infimā ⁊ infirmā. s. humanā. F Sꝫ q̄re deꝰ nō assumpsit angelicā naturā in eadē angelos lapsos et hūanā naturā redimendo. Solutio: ꝓpter tres causas. Prima q̄ angelꝰ peccauit nullo suggerēte. ⁊ sic ex apprehensiōe ⁊ ꝯditiōe electiōis angelice nature pctm̄ eiꝰ erat irremissibile. q̄ statim cōfirmatus fuit ī malo. hō aūt peccauit ex suggestione aliq̇ impellente. et sic poterat aliq̇ adiuuāte resurgere ⁊c̄. Scḋa causa oēs angeli mali simul peccauerūt. nō aūt oēs hoīes: sed vnus peccauit actu ⁊ alij ī virtute. ⁊ sic iustū fuit angelos malos finalē damnationē cōsequi. nō aūt hoīes q̇ ꝓprio arbitrio nō peccauerūt. Tertia causa tota hūana natura erat lapsa in p̄mo hoīe. Angelis aūt q̇busdā peccātibꝫ manserūt alij integri. et sic magis decuit naturā hūanā q̄ tota corruerat ī natura assumpta ꝑ diuinā miscḋiā reparari qꝫ naturam angelicam q̄ nō tota corruerat.

H Scḋo p̄ncipalit̃ circa v̄ba themat̃ cōtemplari debemꝰ v̄ginē parturientē. Circa qḋ dico ꝙ natiuitas xp̄i est mirabilit̃ facta ex p̱te dñe scꝫ marie virginis pariētis. et hoc q̇ntupliciter. Primo mō ꝙ mulier sine viro ꝯcepit. scḋo ꝙ ꝯcipiēs v̄go ꝑmansit. tertio ꝙ in partu v̄go inuiolata ꝑmansit. q̄rto ꝙ pariēdo dolorē nō sensit. quinto ꝙ simul mater ⁊ filia fuit. Prīo dico ꝙ valde mirabile fuit ꝙ muler sine viro cōcepit. nā ꝯtra naturā ē ꝙ sine vtriusqꝫ cōmixtiōe generet̃ aliq̇s. vñ et ip̄a mater sapiētissima illud sciēs dum cōceptū angelꝰ ei nūciaret ip̄a ait. Quō fiet istud ⁊c̄. q̄si diceret. ſm naturā inferiorē est impossibile. et sic soli deo est possibile. et sic quartū modū mirabilem faciēdi hoīem deꝰ ostēdit. H Nam sicut dicit Ansel. deus pōt q̄ttuor modis hominē facere. scꝫ sine viro ⁊ femina sicut fecit adam de limo terre. Sine femīa ⁊ de viro sicut fecit euam. De viro ⁊ femina sicut cōmunis ꝓbat vsus. Et q̄rto ḋ v̄gine sine viro sicut hodie mirabiliter factū est. Scḋo

mirabile fuit q̄ ↄcipiēs virgo p̄mansit, et ideo tā̄q̄ arduū ꝛ mirabile longe añ ꝓphetatū fuit Esa. vij. Ecce virgo ↄcipiet. Vñ Aug⁹. inq̄t. Maria ecce ego te filiū generaui: sed virginitatē meā nō violaui, regnū tenui v̄ginitatis ꝛ regē genui castitatis. Tertio mirabile fuit q̄ in partu clausa ꝛ inuiolata p̄mā̄sit. Cū duo corpa grossa ī eodē loco simul esse nō p̄nt, iō lōge añ tā̄q̄ mirabile p̄ Ezech. ꝓphetatū fuit. xliiij. ca. Uidi inquit portā in domo dñi clausam ꝛ dixit angelus ad me, porta hec nō aperiet̄ ꝛ hō nō trā̄sibit p̄ eā, q꜡ dñs sol⁹ intrabit ꝛ egredietur p̄ eā et clausa erit in eternū. Sup̄ q̄ Aug⁹. in sermone q̄ incipit. Castissimū marie virginis vterū ꝛc. q̄rit. Quid est porta ī domo dñi clausa nisi q̄ maria semp̄ erit intacta, et q̄d est q̄ solus dñs intrat p̄ eā nisi q̄ spiritussanct⁹ impregnauit eā, et q̄d ē: homo nō egrediet̄ p̄ eā, nisi q꜡ ioseph nō cognouit eā Et q̄d est, clausa erit in eternū: nisi q̄ maria virgo fuit añ partū ꝛ v̄go post partū. Deinde inducit Aug. mariā sic loquentē. Porta facta sum celi, ianua facta sum filio dei, illi facta sum ianua clausa q̄ post resurrectionē suam ingressus est p̄ ostia clausa. Quarto mirabile fuit q̄ parēs dolorē non sensit, pepit nā̄q̄ filiū sine dolore, ꝛ cū maxima iocunditate, sicut p̄dixerat Esa. xxxv. ca. Germinās germinabit sicut liliū ꝛ exultabit letabunda. Ideo canit ecclesia. Nesciens mater v̄go virū pepit sine dolore saluatorē seculoꝝ. Vñ ip̄a sola a maledictiōe eue fuit tota immunis, cui dictū fuit Gen. iij. In dolore paries filios. Econtra p̄ angelum dictū est marie. Aue: q̄si sine ve eue. Nec audiendi sunt illi q̄ dicūt obstetrices ibi fuisse ad obsequiū virginis. q꜡ Hiero. aduersus Heluidiū dicit. Nulla ibi obstetrix fuit, nulla muliercularū sedulitas intercessit: et mater ꝛ obstetrix fuit. Pannis inq̄t euā̄gelista inuoluit infantē ꝛ posuit in p̄sepio. Quinto mirabile fuit q̄ simul mr̄ ꝛ filia eisdē fuit, non eñ natura patit̄ q̄ aliq̄ sit mater sui genitoris. Iō tā̄q̄ admirabile dr̄ marie p̄ ꝓphetā in ps. Audi filia ꝛ vide ꝛc.

I Circa secundā partē thematis est dubiū quō christ⁹ sit p̄mogenit⁹ marie cū tñ post eū nullū aliū filiū genuerit. Pro q̄ nota. Heluidi⁹ heretic⁹ a q̄ heluidiani heretici dicūt̄. de q̄b⁹ hr̄ in. c. q̄dā aūt. xxiiij. q. iij. qui dicūt post natū xp̄m alios mariā filios peperisse de viro ioseph. Et argumētā sue p̄fidie p̄bāt ex illo Mat. j. vbi dic̄ euangelista. Et ioseph nō cognoscebat eam donec pepit filiū suū p̄mogenitū. ac si diceret q̄ licet mariā nō sit cognita a ioseph ante xp̄i natiuitatē tñ postea et alios filios genuit. Scd̄o arguūt etiā ex h̄ q̄ ibidē et hic Luc. ij. dr̄ p̄mogenitū. q꜡ primogenit⁹ non dr̄ nisi respectu alioꝝ filioꝝ secūdo genitorū. Tertio ex h̄ qd̄ Mat. xij. et Marc. iij. dr̄ q̄ xp̄s babuit frēs. igit̄ ꝛc. Sꝫ q꜡ illud ē hereticū ꝛ reprobatū p̄ ecclesiā in d. c. q̄dā. et ↄtra superi⁹ dicta. q꜡ maria sp̄ v̄go p̄mā̄sit ī partu ꝛ post p̄tū vt canit eccl'ia. Post p̄tū v̄go inuiolata p̄mansisti ꝛc. Et vt dicūt doc. q̄ Maria vouerit castitatē. et ioseph etiā vouerit ꝛ seruauerit p̄petuā castitatē. Itē p̄dicta heresis derogat ꝛ iniuriam facit dignitati gratitudini et scītati mr̄is xp̄i. q̄ ingratissima videret̄ si tā̄to filio ↄtenta nō fuisset. Et si v̄ginitatē q̄ in ea ↄseruata fuerat spōte p̄dere vellet p̄ carnis ↄcubitum. Itē derogat ꝛ iniuriā facit honestati ioseph viri sui. Esset eñ ei imputandū ad p̄sumptionē maximā se eam quā reuelā̄te angelo de spiritusancto deū cōcepisse cognouerat polluere attemptasset. et ideo sp̄ post partum virgo permansit. Ad argumenta dictorum hereticorum inimicoꝝ puritatis marie K Ad primū dicitur q̄ hec dictio donec aliquā̄do significat tēpus. determinatum quo transacto aliquid fit. vt cum dicitur. ille nō comedit heri donec transiret hora vndecima. id est expleta hora vndecima comedit et non ante. et sic nō accipitur hic donec. Alio modo accipitur donec pro semper siue eterno. vt in ps. Dixit dñs domino meo sede a dextris meis donec ponā ꝛc. qd̄ non est intelligendū q̄ ip̄i inimici eius ponerent̄ sub pedib⁹ christi tēpore iudicij ꝛ q̄ tūc dimittat sedere ad dexterā patris. ꝛ sic accipit̄ hic donec: cum dicit̄. Joseph nō cognoscebat eam. scꝫ cognitione carnalis copule, donec. i. semper. Et nō sp̄ valet tm̄ sicut nunq̄. q꜡ cū maria vouerat v̄ginitatē, ita exponit Hiero. et in pluribus locis sacre scripture est simil' modus loquendi. vt Gen. viij. vbi dicit̄. Coruus nō est reuersus donec siccarent̄ aq̄. nō q̄ postea reuerteret̄. Et ī ps. Oculi nr̄i ad

dn̄m deū nostrū donec misereat̃ nostri ꝛc.
Vide ad hoc glo.in.c.ioseph.de verb.sig.
Aliqui tñ intelligūt hoc de cognitione fa-
ciei dicētes ꝙ ex p̄n̄tia xp̄i ī vtero virginis
tanta erat claritas ī eius facie ꝙ ioseph ei⁹
faciē intueri nō poterat.et iō nō cognosce-
bat eā facie ad faciē donec peperit filiū.et
sic ex vtero virtus euacuaret̃.ꝛ sic donec ca
pitur ꝑmo mō. Similiter dicit̃ de clarita-
te faciei moisi.q꞉ nō poterāt filij israel in eū
tendere.vt hr̄.j.Cor.iij. L Ad secun-
dum dicit̃ vt hr̄ in dicto.c.ioseph.de ꝟbo.
sig.ꝙ ꝑmogenit⁹ dr̄ aliq̄s dupl'r.scꝫ ꝑuati
ue ꝛ positiue. Sicut suplatiuus ꝑmus et
q̄libet alius dupl'r exponit̃. Primo priua-
tiue aliq̄s dr̄ ꝑmogenitus q̄ primo nascit̃:
etiā si nullus eū sequat̃.ita cōmuniter acci
pitur in sacra scp̄tura.vt hic.et in lege vbi
p̄cipiebat̃ ꝙ ꝑmogenit⁹ deo offerret̃. Vñ
si aliq̄ mulier solum vnicum pariebat filiū
adhuc tāq̄ꝫ ꝑmogenit⁹ offerebat̃. Alio mō
dr̄ q̄s primogenit⁹ positiue ille quē fratres
sequunt̃ et q̄ ante oēs alios genit⁹ est. et sic
xp̄s ñ ē ꝑmogenit⁹ marie.q꞉ tūc maria ge-
nuisset alios.qđ est falsum. Ad tertiū dicē-
dum ꝙ in euāgelio frēs xp̄i noīant̃ cogna-
ti eius ꝛ cōsobrini eo ꝙ de eadē cognatiōe
sunt.vt geniti ex duab⁹ marijs sororib⁹ ma
rie virginis. Sicut Loth ꝛ Abraā dicunt̃
frēs. Gen.xiij. Nō sit iurgiū inter me et te:
frēs eñ sumus.cū Loth fuerit fili⁹ fratris
Abraam ꝛc.

In die natiuitatis domini de euan
gelio. Sermo XI.

n Atus est vobis

hodie saluator q̄ est xp̄s dn̄s ī ci-
uitate dauid ꝛc. Luc.ij. Angelus
sciens ꝙ hodie natus erat dei filius q̄ nos
ad statū salutis reduceret denunciauit hoc
hominib⁹ et testimoniū ꝓhibuit. M
Et nō solum angelus sed oēs fines terre.i.
omnes creature testimoniū ꝓhibuerūt be-
nedicte natiuitati xp̄i. Juxta illud ps̄.xc.
Viderunt oēs termini terre salutare dei
nostri. Oēs nāq̄ꝫ fines terre ꝛ oēs creature
in tres ꝑtes diuidunt̃. Jn creaturā q̄ nō vi
uit.et in creaturā q̄ viuit ꝛ nō habet rōnem
et in creaturā q̄ viuit et habet rationē. Pri
ma creatura benedicte natiuitati testimo-
nium ꝓhibuit.illa vicꝫ que mō suo cogno-
uit et venerabat̃. Primo eñ testificati sunt
ip̄m sol:luna ꝛ stelle. Nā hac die in oriente
tres soles apparuerūt q̄ statim in vnū con-
iuncti sunt ad designandū ꝙ tria.s.diuini-
tas.aīa.et caro ī xp̄o cōiuncta sunt. De stel
la patꝫ Mat.ij.q̄ magis apparuit in q̄ erat
quidā puer habens crucē in fronte q̄ voce
humana allocutus est magos in hac no-
cte dicēs vt in iudeā pergerēt ad regem iu-
deorū natum adorandū. Jtem testificata
sunt eius natiuitatē oīa elementa. Nam in
hac nocte obscuritas aeris in lucem quasi
diei cōuersa est. Et rome fons olei erupit q̄
fluxit vsq̄ꝫ in tyberim in signū ꝙ fons pie-
tatis ꝛ misericordie natus erat omnib⁹ gra
tiam ꝛ misericordiā largitur⁹. Templum
etiā pacis rome corruit.qđ cum romani cō-
struxissent in responsis demonū acceperūt
ꝙ tunc corrueret quādo virgo pareret. Et
hoc romani impossibile credētes posuerūt
titulū templū pacis in eternū. Jn hac aūt
nocte dictū templū corruit. Jtē hodie vi-
nee engaddi floruerūt et balsamū ꝓduxerūt
in signū ꝙ ille erat natus q̄ oīa debebat cō
seruare per virtutē liquoris sanguinis sui.
Sic creatura secūda testimoniū perhibu-
it.sicut patet in boue ꝛ asino inter q̄s chri-
stus natus ponebat̃ q̄ s̃m aliquos genufle
xerunt. Juxta illud Esa.j. Cognouit bos
possessorē suū ꝛ asin⁹ p̄sepe dn̄i sui. Contra
multos miseros xp̄ianos q̄ hodie xp̄o ge-
nua nō flectunt. Sic creatura tertia:sic pa
tet primo in pastorib⁹.scđo in Octauiano
imperatore q̄ sicut in cronica cōtinet̃ illo na-
tiuitatis die vidit celū apertū:et puellā in-
fantē in manib⁹ tenentē ꝛ audiuit vocē di-
centē. Hec ara filij dei est.in quo loco:id ē
palatio imperatoris in q̄ hec vidit ecclesia
cōstructa vocat̃ ara celi. Tertio idē ptꝫ ī te
stimonio symeōis ꝛ anne. Luc.ij. Quarto
idē ptꝫ ī certissimo testiōnio mr̄is dei: q̄ ve
rissime de oīb⁹ circūstātijs exponere potu-
it et hoc testimoniū ꝓhibet dicēs. Susce-
pit israel puerū suū ꝛc. Quinto idē ptꝫ in te
stimonio angeli q̄ mētiri nō pōt.qui dicit.
Natus est vobis hodie saluator ꝛc. Jn q̄-
bus verbis tria de xp̄o tangunt̃. Prīo ip̄i⁹
natiuitatis veritas.ibi.natus est hodie.se-
cūdo natiuitatis vtilitas fructuosa.ibi.vo
bis saluator.tertio infantis cōditio gene-
rosa.ibi.q̄ est christ⁹ dn̄s ꝛc. N Quā-

tum ad primū nota φ scriptura tres natiui tates xpi ꝯmemorat.scz eternā ex patre.car nalem ex matre.spiritualē in fideliū mente Scđm primā scz diuinā xps habet patrē sine matre. De q̄ ps. Dn̄s dixit ad me fili⁹ meus es tu ego hodie genui te.vbi ego di scretiue ponit.q̄si ego ꝛ nō alius. Scđm carnalē xps habet matrē sine p̄re. De qua Esa.vij.Ecce virgo cōcipiet ꝛ pariet filiū. Scđm spiritualē xps hꝫ patrē ꝛ matrē.de qua i euāgelio Mat.xij. Si q̄s fecerit vo luntatē patris mei ille meus pater soror et mater est. Has tres natiuitates sub tribus missis hodie representat ecclesia. ¶ Eterna natiuitas ꝑrsus ē occulta ita vt di cat ꝓpheta. Generationē eius q̄s enarrabit Ad quod designandū ꝑma missa cantat̄ i ꝓfunda nocte. Carnalis natiuitas ꝑtim ē occulta partim manifesta. Occulta q̄ntum ad modū.manifesta q̄ntum ad factum. Ad qđ designandū scđa missa cantat̄ i aurora. q̄ ꝑtim est lucida:partim obscura. Spūa lis natiuitas est manifesta xpo manifestā te q̄ dicit. Si q̄s diligit me sermonē meuꝫ seruabit ꝛc̄. Christus em̄ ꝑ affectū ꝯcipit: ꝑ effectū nascit̄. ꝑ ꝯsuetudinē facti nutrit̄. Ad qđ significādū tertia missa cantat̄ i die Timentib⁹ em̄ deū orit̄ sol iusticie.i.xpus lux q̄ iustificat Vl' tres misse vt notat glo. in ca.nocte sancta.de cōse.di.j.et in.c.cōsu luisti.de cele.mis.tres status hoīm rep̄sen tant quos dn̄s sua natiuitate a diabolica potestate liberauit. scz missa matutinalis statū hoīs ante legē q̄ tot⁹ fuit tenebrosus. Missa aurore statū hoīs sub lege q̄ habu it aliq̄d claritatis ꝓpter moralia p̄cepta .et aliq̄d obscuritatis ꝓpter p̄cepta cerimonia lia.q2 vt dr̄.j.Cor.x.Omnia in figura cō tingebāt illis. Missa vero tertia statū ho minis post xpi aduentū.i. gratie represen tat q̄ totus fuit clar⁹.nō est ergo fabulosuꝫ vel fictū christi natiuitas:sed fide omni di gna ꝛ veritate subnixa ꝛ auctoritate p̄cla ra.ij.Pe.j. Nō em̄ indoctas fabulas secu ti notā facim⁹ vobis dn̄i nr̄i iesu xpi virtu tem. Ad hāc ergo auctoritatē insinuandā circa angelū xpi natiuitatē nunciantē duo narrant̄.scz q2 cum magna luce.et cū mul titudine celestis militie apparuit dicentiū. Gloria in excelsis deo vt in euāgelio. Hec em̄ duo multū faciūt adveritatē dicti ange li autenticandā.scz q2 fuit in multitudine ꝛ lumine. Facit etiam ad veritatē cōfirman dam determinatio tp̄is.q2 dicit hodie id ē hac die. ¶ Nō intelligas de die arti ficiali q̄n sol est sup nostrum emisperiū.q2 xps natus est in media nocte. Juxta illud Sap.xviij. Dum mediū silentiū tenerent oīa ꝛc̄.sed intelligas de die naturali qui est xxiiij.horarū. Uel dicit hodie ꝓpter certitu dinē facti. Uel dicit hodie.q2 tūc nox erat illuminata vt meridies. Sic ergo habem⁹ tp̄s q̄n xps natus est.quia media nocte die dn̄ica.et in hieme sub augusto cesare.id est Octauiano.anno ip̄ius.xlij.q̄ cognomina tus est augustus.q2 valde auxit imperium romanū.q̄n a creatione mundi ſm Bedā fluxerūt anni.5199. Unde versus. Ante ie sum.cc.minus vno milia quinq3. Et tēpus fuit ꝯgruū natiuitati xpi ex quintupli cau sa. ¶ Primo q2 tp̄s fuit pacis maxi me ꝛ copie tp̄alis abundantie in toto orbe Vñ Hiero.dicit sup Esa. Ueteres reno uem⁹ historias et inueniem⁹ vsq3 ad.xxviij annū cesaris augusti in toto orbe terraruꝫ fuisse discordiā. orto aūt dn̄o oīa bella ces sauerūt. Conueniebat enim vt in illo tempo re nascerer̄ q̄ est pax nostra faciens vtraq3 vnum.ad Eph.iij. Ip̄e etiā venit cū ple nitudine gratiarū Joh.j. Plenus gratia. Sic em̄ erat ꝓphetatū ps.lxxj. Orietur in diebus eius iusticia et abundātia pacis.et Esa.ij. Nō leuabit gens cōtra gentē gla dium.ad Gal.iiij. At vbi venit plenitudo tp̄is. Scđo q2 illo tp̄e describit̄ orbis.ꝛ hꝫ cōuenit xpo. Vñ Greg. Quid ē φ nascitu ro dn̄o mūdus describit̄ nisi φ ap̄te demō strat̄ φ ille apparebit i carne q̄ electos suos ascriberet i eternitate. Tertio in tp̄e illo cen sus soluebat̄ cesari.hoc etiā ꝯuenit xpo.q̄ venerat nos de statu seruitutꝫ i statū liber tatis reducere.ꝛ iō sicut mortalitatē nostrā suscepit vt nos ad vitā reduceret.ita vt Be da dicit eo tp̄e dignatus ē nasci q̄ ꝓpt̄ oīm liberatiōnē ip̄e seruitio subderet̄. Quarto i illo tp̄e vnus p̄nceps dominabat̄ in mun do.quo tp̄e cōgruebat vt nasceret̄ q̄ vene rat suos ꝯgregare in vnū vt esset vnū oui le et vnus pastor.vt dicit̄ Joh.x. Quinto i illo tp̄e regnabat alienigena quo tp̄e nasci voluit vt impleretur ꝓphetia Jacob dicē tis Gen̄.xlix. Non auferetur sceptrum de

iuda et dux de femore eius donec veniat q̄
mittendus est scz messias. sic habemus cō-
gruitatē tpis. R Dixi etiā q̄ xp̄s nat⁹
est media nocte ad significandū q̄ ip̄e esset
lux vera q̄ illuminat oēm hoīem ꝛc. Jo. j.
Tūc impletū est illud Esa. ix. Popul⁹ gen
tium q̄ ambulabat in tenebris vidit lucem
magnā. Etiā ad designandū q̄ ip̄e esset q̄
educeret de limbo sedentes in tenebris et
vmbra mortis. S Natus est etiā in
hieme et sic tp̄e frigiditatis: ita q̄ p̄ frigidi-
tate vagiret. Vn̄ canit eccl'ia. Vagit īfans
inter arta positus p̄sepia. Jmmo p̄ frigidi-
tate ꝛ mēbrorū teneritate lachrymas plorā
do emisit. iuxta illud Sap. vij. Ego natus
accepi cōmunē aerē ꝛ p̄mā vocē similē oī-
bus emisi plorās. Ad significādū q̄ ip̄e ve
nerat frigidas hoīm mētes calefacere. Ju-
xta illud Luc. xij. Ignē veni mittere in ter-
rā: et q̄d volo nisi vt ardeat. Et cōgrue. nā
ignis charitatis quasi plene extinctus erat.
Juxta illud ps̄. Omnes declinauerunt si-
mul inutiles facti sunt nō est q̄ faciat bonū
nō ē vsq̄ ad vnū. scz xp̄m hodie natū. T
Preterea nat⁹ est die crescēte. qꝛ in solstitio
hyemali. ad significandū q̄ venit crescere
q̄tū ad sue potētie māifestationē corā deo
et hoībus. i. ad gloriā dei et vtilitatē hoīm.
Juxta illud Luc. ij. Jesus proficiebat sa-
pientia ꝛ etate et gratia apud deum ꝛ ho-
mines. Similiter ad significandum q̄ ad
quēcunq̄ veniret illi apportaret oīa bona
secū. Juxta illud Sap. vij. Venerūt mihi
oīa bona pariter cū illa. et loquit̄ ibi de sa-
piētia increata q̄ ē fili⁹ dei. Et cōgrue. Nā
an̄ ipius aduentū valde pauperes fuimus
nihil boni habētes. Juxta illud Thob. iiij.
Fili recordare qꝛ pauperē vitā gerim⁹ ꝛc.
Quantū ad scōm in q̄ tangit̄ natiuitatis xp̄i
vtilitas fructuosa cum dicit. Natus est vo
bis saluator. i. salutis dator. Nā ip̄e p̄ se di
xit Luc. ix. Filius hoīs nō venit homines
perdere sed saluare. Jdeo Zacha. ix. Exul-
ta satis filia syon: ecce rex tuus venit tibi iu
stus saluator et paup̄. Fuit em̄ hec natiui-
tas benedicta vtilissima ꝛ fructuosissima.
Nam in filij dei aduentu in carnē vt dicit
wilhelm⁹ in rōnali diuinorū humanū gen⁹
laborabat septuplici morbo. V Pro
quarū liberatione clamauerūt scti patres ī
limbo. ꝛ nūc facit ecclesia existēs in mūdo
in septem antiphonis ab o incipiētib⁹ de-
siderio magno clamās ab his liberari. Pri
mo eramus stulti et insipiētes. ideo indige
bamus doctore. ꝓpter peccatuz em̄ stulti et
insipiētes eramus. Juxta illud ps̄. Homo
cū in honore esset nō intellexit. Jdeo cla-
dicit gubernator, illuminator, cõseruator, ductor, dux rc. Ratione misericordie dr pater misericordie, patiẽs, de⁹ misericordie rc Rõne iusticie dr de⁹ vltionũ. deus zelotes puniẽs, exterminãs rc. Tertio aliq̃ nomĩa cõueniũt xp̃o rõne psonalitatis, vt hoc nomen fili⁹, sic xp̃s dr fili⁹ dei, fili⁹ p̃ris. Joh. xvij. Pater clarifica filiũ tuũ. Quarto aliq̃ cõueniũt xp̃o ɔm humanã naturã. sic xp̃s dicit redemptor, mediator, agnus, leo, sol rc. Ultimo aliqua noĩa attribuunt xp̃o ratione vtriusq̃ nature. Inter illa nullum ei ita excellẽter accõmodat sicut hoc nomẽ iesus, qr nullũ aliud ita ꝓprie diuine r hũane nature ostẽdit dignitatẽ. Ideo dicit apl'us ad Phil. ij. Propter qd exaltauit illũ r dedit illi nomẽ qd est sup omne nomẽ, scz hoc nomẽ iesus, qd sonat saluator latine O

Ubi Alexã. de ales in. iij. dic q iesus tripliciter põt dici saluator, scz a potẽtia saluãdi, ab habitu saluãdi, r ab actu saluandi. Si cõsideratur vt a potẽtia saluãdi tũc hoc nomen iesus ɔuenit ei ab eterno. Si ab habitu saluãdi tũc cõuenit ei ex tpe, et impositũ fuit ei ab angelo vt in hodierno euãgelio. Qd vocatũ est ab angelo p̃usq̃ in vtero cõciperet. Si ab actu saluãdi sic ɔuenit ei in tpe, et impositũ ẽ ei a ioseph. Mat. ij. Uocabis nomẽ ei⁹ iesus, ip̃e em̃ saluum faciet populũ suũ a peccatis eoꝝ rc.

De circumcisione dñi.

Sermo XXI.

Ostquã consũ

p mati sũt dies octo vt circũcideretur puer vocatũ est nomen ei⁹ iesus. Luc. ij. P Hodiernã festiuitatẽ q̃ttuor celebrem faciũt r solennẽ. s. octaua natiuitatis, impositio noui r saluti feri noĩs. effusio sanguinis. r signaculũ circumcisionis. De q̃bꝫ fit mẽtio in hodierno euãgelio, q q̃uis sit pũũ et breue in lr̃a est tñ valde ꝓfundũ in sentẽtia. Cõprehendit em̃ p ordinẽ q̃ttuor q̃ sunt cõtraria illis q̃ttuor que p̃mus homo in appetitu cõmisit. Nam appetijt esse vt de⁹, iuxta illud Geñ. iij. Eritis sicut dij. Sed deus est res immutabilis, qr apud eũ non est trãsmutatio Jac. j. Est res indiminuibilis: qr nec vicissitudinis obumbratio. Et est res interminabilis. quia ps. Magnitudinis eius non est finis. Et est res innoĩabilis. qr deficiũt lingue a narratione ip̃i⁹. Et qr fili⁹ dei venit i mundũ peccatores saluos facere. j. ad Thim. j. et medicina dz esse cõtraria morbo, nã ɔtraria cõtrarijs curant. Ideo fact⁹ est subiectus mutationi, qr puer octo dieꝝ. ꝓpter qd dicit. Postq̃ cõsummati sunt dies octo. Scd̃o subiectus diminutioni, qr circũcisus. Itẽ terminationi: qr puer. Itez nominationi: qr vocatũ est nomẽ ei⁹ iesus vt dicit thema. In q̃bus quidẽ verbis breuiter duo tangunt. Primo saluatoris nr̃i circumcisio, et hoc in p̃ncipio. Scd̃o nominis impositio, ibi, vocatũ est rc. Q

Quantũ ad p̃mũ nota q duplex est circũcisio, scz carnalis r sp̃ũalis. Carnal' data est et instituta fuit Abrae r masculis de semine ei⁹: et seruis ip̃ius in remediũ pc̃ti originalis, et in signũ discretiõis fidel' populi ab infideli, ita q nulla alia natio excep̃tis iudeis legi subijciebat circũcisionis. Sed p femellis dicit Bonauen. dist. iiij. q̃rti sufficiebat ꝓfessio fidei mediatoris a parentibꝫ vel ab his q̃ gerebãt curã paruulorũ. R De necessitate aũt circũcisionis erant hec q̃ttuor, scz sexus, mẽbrũ, modus, r tempus. Primo fuit necessariũ q fieret in determinato sexu, vñ viris r nõ mulieribꝫ data est circumcisio. Cuius rõ est, qr circũcisio data est in remediũ morbi original', ergo illi data fuit circũcisio q̃ fuit causa morbi, sed talis fuit vir, ptz ex eo vt dicit sanct⁹ Tho. di. j. q̃rti. qr si sola femina peccasset licet gen⁹ humanũ fuisset infectũ infectione penali: nõ tñ infectione culpabili. Uñ si vir nõ peccasset originale trãsfusũz nõ fuisset. Jõ dic apl's ad Ro. v. Per vnũ hominẽ peccatũ introiuit in mundũ. Secundo necessariũ fuit q circũcisio fieret in mẽbro determinato. scz generatiõis, ratio. qr circũcisio data est in remediũ originalis culpe quã a parentibꝫ cõtraximus p illud mẽbrũ. Uñ Geñ. xvij. Circumcidetis carnem p̃putij vestri. Tertio fuit necessariũ q fieret modo determinato, scz q esset, figure circularis, vt sicut peccatuz originale fuit circulare, qr ab anĩa primi hoĩs ꝑuenit corruptio in carnem, et a carne iterũ in animã descendẽtis ab ip̃o. Quarto fuit necessariũ vt fieret determinato tẽpore, scz die octauo Geñ. xvij. Infans octo dieꝝ circumcidet.

et hoc quantum ad obseruantiam precepti vnde reus transgressionis erat qui illud tempus non obseruabat, et ideo non circumcisus mortuus dampnabatur, sicut dicimus nunc de baptismo. Non autem erat octauus dies circumcisionis de necessitate precepti quantum ad efficaciam sacramenti, quia cum alio tempore circumcisio facta suum effectum sacramentalem habebat, vt patet de pueris in deserto genitis qui primo in terra promissionis sunt circumcisi, et sic differre diem octauum per dispensationem licebat, sed preuenire diem octauum nulli licebat. Causa autem determinationis huius temporis scilicet diei octaue est duplex, scilicet moralis et litteralis. S Moralis tangitur per magistrum dist. j. quarti, quia per christi resurrectionem octaua die factam circumciditur anima a peccatis cuiuscunque in eum credentis. Secunda ratio litteralis est, quia puer ante octauum diem est ita tener quasi in ventre matris, et ideo sicut animalia non offerebantur propter predictam causam ante octauum diem, ita nec puer circumcidebatur ante octauum diem. T Sed diceres, quare voluit circumcidi cum tamen circumcisio vt dictum est data fuit in remedium peccati originalis, ipse autem immunis fuit ab omni peccato. Solutio doc. in. iiij. di. j. et hic ponunt plures rationes ex quibus quattuor adducam. Prima vt veram carnem humanam se assumpsisse monstraret contra manicheum qui dixit eum habere corpus fantasticum. Ideo voluit effundere sanguinem suum vt se verum hominem demonstraret. j. Joh. v. Tres sunt qui testimonium dant in terra quod christus fuerit verus homo, scilicet spiritus, sanguis, et aqua. Secunda vt circumcisionem approbaret: et sic se de semine abrae ostenderet. ad Ro. xv. Dico christum iesum ministrum fuisse circumcisionis propter verbum dei ad confirmationem promissionum patrum. Tertia vt obedientie virtutem commendaret in eo quod ipse legi obediuit et adimpleuit. Mat. v. Non veni soluere legem sed adimplere, nobis in exemplum vt obediamus preceptis dei et ecclesie. Quarta vt nos spiritualem circumcisionem doceret. Est autem spiritualis circumcisio a superfluis et vanis, vicz oris, oculorum, manuum, aurium, vestium, et cordis resecatio. De hac dicitur Hiere. iiij. Circumcidimini domino et auferte preputia cordium vestrorum viri iuda. Ideo dicit Aug. in. c. ex quo. de conse. di. iiij. quod circumcisio carnis erat signum iustificationis et purgationis anime. V

Est autem hec circumcisio spiritualis duplex, scilicet exterior et interior. Exterior consistit in tribus, scilicet in habitu ne sit notabilis, in actione ne sit reprehensibilis, in exterioribus sensibus ne sit contemptibilis. Et dimissis duobus primis debemus circumcidere oculos ab aspectu illicito, sicut dicit Job. xxxj. qui dixit. Pepigi fedus cum oculis meis, id est quodam federe restrinxi eos ne illicita aspicerent et desiderarent. Item aures ab auditu detractionis. Eccli. xxviij. Sepi aures tuas spinis et noli audire linguam nequam. Alioquin accidet illud Hiere. ix. Ascendit mors per fenestras et cetera. Item pedes a gressibus ad malum. prouerb. j. Fili mi non ambules cum eis sed prohibe pedem tuum a vijs eorum, pedes enim eorum veloces ad effundendum sanguinem, sicut dixit ps. Et quid continget eis: certe illud Mat. xxij. Ligatis manibus et pedibus et cetera. Item os a noxietate verborum. Unde clamemus ad dominum cum ps. Pone domine custodiam ori meo et cetera, quia dicitur Prouerb. ij. Qui custodit os suum liberabit ab angustijs animam suam. X Quid vero continget illis certe illud quod ponit Gre. iiij. dial. de quadam moniali que licet in multis alijs bonis operibus quasi esset perfecta tamen linguam suam quasi in nullo voluit refrenare, super quo confessor suus sepius eam multum redarguebat dicens. Circumcidas linguam tuam: que minime aduertebat. Tandem mortua est et propter sanctitatem que in ipsa credebatur esse sepulta fuit ante altare. Custos autem ecclesie cum ante mediam noctem oraret in ecclesia vidit demones sepulcrum effodientes et ipsam extrahere festinantes. Quod cum factum fuisset vnus demon accedens cum forpice ignito linguam eius extraxit ipsamque totam cremantes abierunt, quod homines de mane tam ex reuelatione custodis quam ex cineribus quos ibi inuenerunt cognouerunt quod sic esset. Interior circumcisio similiter consistit in tribus, scilicet in cogitatione, vt sit sancta, in affectione vt sit pura, in intentione vt sit recta. Y Hic cadit dubium. Ex quo hodie est principium anni queritur an in principio anni liceat hominibus dare munera. Solutio. Dare munera in principio anni hoc est in kal. Januarij potest fieri quadruplici motiuo. Primo pro omine future prosperitatis, ita dare non licet vt docet Aug. et habetur in. c. non obseruetis. xxvj. q. vlt. vbi dicit. Non obseruetis dies qui dicuntur egyptiaci aut kal. ianuarij in quibus cantilene

quedã et comesationes et ad inuicẽ dona=
ria donant quasi in ꝑncipio anni boni fati
augurio. Et dicebant talia donaria strene
vt dicit Hiero. in. c. legant. xxxvij. di. Et ẽ
strena primũ donum qꝺ dat in principio
kal. Januarij ꝑ augurio. Et dꝛ strena q̃si
sine trena. vel q̃si seorsum a trena. i. a lamẽ=
tatione. q̃si diceret. Hilariter dabant ꝛ cre
debant ꝙ ꝓpter hoc ꝓspere eis succederet ꝑ
totũ annũ: qꝺ est supstitiosum. Quare cõ=
cludit Augꝰ. in. d. c. nõ obseruetis. Qui au
tem talibꝫ credũt scient se fidẽ christianã ꝛ
baptisinũ ꝑuaricasse ꝛ paganũ ꝛ apostatã
et dei inimicũ ꝛ irã dei grauiter incurrisse.
Hmõi em̃ obseruatio paganorũ est. vt i. c.
nõ licet. xxvj. q. vlt. Et ꝓhibet sub pena ex
cõmunicatiõis. vt hꝛ i. c. si q̇s. sequen. vbi
dicit. Si q̇s kalendas ianuarij ritu paga=
norũ colere vel aliq̇d plus noui facere ꝓ=
pter nouũ annũ. aut mensas cũ lampadibꝫ
vel epulis in domibꝫ ꝑparare et ꝑ vicos et
plateas cantatores ꝛ choros ducere ꝑsum
pserit anathema sit. Z Sed diceres.
Exquo dies egyptiaci nõ debent obserua=
ri. quare ecclesia ex antiquitate signat hos
dies in kalendarijs suis. Solutio Archi.
in d. c. non obseruetis. ꝓpter duas causas.
Prima licꝫ nõ obseruari debeãt tñ noticia
eorundem est necessaria vt sciatur causa q̃=
re fuerint obseruati. vt in. c. fuerũt. vij. dist.
Obseruabant aũt ideo a paganis. qꝛ crede
bãt ꝙ q̇cũqꝫ tali die aliq̇d opꝰ incboaret ꝙ
malũ haberet exitũ. Scdo iđ signant non
vt ꝓbent sed vt reprobent. vt in. c. legimus
xxxvij. di. Scdo in ꝑncipio anni dari pñt
hmõi donaria in signũ amoris carnalis. et
sic etiaꝫ male fit. Declara de procis q̇ dant
amasijs suis. Et tanto maius est peccatuꝫ
q̃nto festũ et tps est sanctiꝰ. Tertio fieri pt
in nutrimentũ amicicie licite. et sic põt esse
meritorium. Jta principes suis clientibꝫ ꝛ
paterfamilias sue familie donaria tribuũt
Sic saluator noster iesus in hunc mundũ
natus velut princeps. licet adhuc paruulꝰ:
noluit ꝙ ista dies ꝑteriret quin munus ac
ceptabile et gratum tribueret suis fidelibꝫ
vt magis eos ad suum amorẽ accenderet.
Munus aũt hoc fuit ꝑciosus sanguis ip=
sius quẽ in circumcisione hodie ꝓ nobis ef
fudit. Quarto fieri põt in exemplũ virtutũ
et effectuũ ꝑ donũ ꝯsiderãdũ ꝛ sic optime

fieri põt ꝑ ꝑdicatores. Opto igit oĩbꝫ vo=
bis ꝓ nouo anno hoc nomẽ Jesus. De cu
ius virtutibꝫ nũc dicã i scđa ꝑte sermonis.
Quantũ ad secundũ vbi tangit saluatoris
nr̃i noĩs impositio. Nota ꝙ abraã vna die
suscepit a deo impositionẽ noĩs ꝛ circum=
cisionis mandatum. vt hꝛ Geñ. xvij. Jdeo
apud iudeos ꝯsuetũ erat vt ipo die circũci
sionis noĩa pueris imponerent. Sic etiã
nũc in baptismo noĩa imponunt. Et ideo
christus simul cũ fuit circũcisus noĩs im=
positionẽ recepit ꝛ Cõuenienter autẽ
hoc nomen iesus fuit xp̃o in circumcisione
impositũ: qm̃ res noĩs sibi cõuenit. Jesus
em̃ interpretat saluator. editus em̃ fuit ad
totius orbis salutẽ. et ideo decẽs fuit vt q̇
saluare venerat haberet nomen saluatoris.
Act. iiij. Nec est aliud nomen sub celo da=
tum hoĩbꝫ in q̃ oporteat nos saluos fieri.
Est autẽ hoc nomen iesus ꝓpriũ nomẽ xp̃i
ei ab eterno ꝯueniẽs. qꝛ a ꝓpria natura ha=
bet vt sit saluator ꝛ inde. i. a ꝓpria natura na
tum est ei hoc nomẽ iesus non ab humana
vel angelica creatura. Et iđ dicit euãgeli=
sta. qꝺ vocatũ est ab angelo añqꝫ in vtero
ꝯciperet. nõ dicit impositũ. debuit em̃ vt q̇
in diuina natura esset saluator etiã in hũa=
na natura vendicaret sibi nomen saluato=
ris. ꝯ Et licet plures in veteri testamẽ
to fuerunt vocati hoc noĩe Jesus. ꝑsertim
tres de quibus scriptura facit mentionem
scꝫ Josue. de quo Eccĩ. xlvj. Fortis in bel
lo Jesu naue successor moisi: qui introdu=
xit populũ in terrã ꝓmissionis. Et iesus fi
lius Josedech sacerdos magnus. de quo
Zach. iij. Ostendit mihi dñs sacerdotẽ ma
gnum Jesum stantẽ corã angelo dñi. Hic
edificauit templũ dñi vt habet Aggei. j. et
Zach. vj. Et Jesus filius Syrach hiero=
solymita. Hic docuit sapientiã dei ꝛ cõpo
suit Ecclesiasticũ. vt dꝛ Eccĩ. l. Tamẽ hoc
nomen iesus alia rõne cõuenit illis et alia
rõne xp̃o. Quia illis q̇ fuerũt ante christuꝫ
cõuenit hoc nomen iesus ꝭm aliquã ratio
nem particularẽ. puta quia aliquã particu
larem et temporalẽ salutẽ attulerãt popu=
lo dei. Sed ꝭm rationem spiritualẽ ꝛ vni=
uersalis salutis hoc nomen iesus est ꝓpri=
um christo. Ipse enim est verus totalis et
eternus saluator. Ideo dixerunt samarita
ni Joh. iiij. Nunc cognouimus et scimus

quia hic est vere saluator mūdi. f Sal
uat autem nos Jesus a tribꝫ malis. a cul
pa per remissionē. a pugna per defensionē.
ab infirmitate per curationem. Primo sal
uat nos a culpa per remissionē. Math. j.
Ipe em̄ saluū faciet populū suum a pecca
tis eorum. Nam sicut morbus qui nō ex
pellitur trahit ad mortē. sic culpa que non
dimittit̄ occidit aīam. Quare dauid mer
sus peccatis timēs mori in aīa inuocauit
dn̄m dicēs. Saluū me fac deus qm̄ intra
uerūt aque. scꝫ peccatorū animā meā. Est
em̄ hoc nomen iesus cogitatū velut tyri
aca recepta expellēs omne venenū pecca
ti. Vn̄ Marci vlt. In noīe meo si mortife
rum quid biberint. id est ad mortale cōsen
serint nō eos nocebit. Exemplū legitur de
quodā bono homine qui habuit hanc cō
suetudinē quotienscūqꝫ sibi ingerebat ali
quid mali iuit ad locum orationis ꝛ inuo
cauit deū dicēs. O dn̄e Jesu miserere mei
et adiuua me: statim cessauit tēptatio. Jō
dicit Ansel. Jesus est nomē dulce nomen
delectabile nomē cōfortās peccatorē. Se
cundo saluat nos a pugna ꝑ defensionem.
Saluat em̄ xpi nomē inuocatū ab impu
gnatiōibꝫ ꝛ insidijs diaboli. ps. Saluasti
em̄ nos de affligentibꝫ ꝛ odiētes nos ꝯfu
disti. et iterū. In noīe tuo sperneimus insur
gentes in nobis. Si em̄ quibusdā verbis
incantationū tāta est vis collata vt ipis re
citatis serpētes nō noceāt ꝛ fugiāt. amplius
christi nomen inuocatū corporales fugat
et spirituales serpētes. Marc. vl. In nomi
ne meo demonia eijcient ꝛc̄. Exemplū ha
betur in legenda sancti Patricij de quodā
nobili Nicolao q̄ i purgatorio sancti Pa
tricij omnia temptamenta diaboli vicit ꝑ
hoc ꝙ cum se penis affligi sensit semꝑ di
xit. Jesu xp̄e fili dei viui miserere mihi pec
catori. vide in Lombardica. Aliud exem
plum de quodā marito ꝛ eius vxore quibꝫ
diabolus immisit temptationē vt se suspē
derent. Vide in Thesauro nouo de sctis.
ser. xxxv. in fine. Tertio saluat a cunctis in
firmitatibus ꝛ aduersitatibꝫ siue sit infirmi
tas corporalis siue mundi tribulatio. Est
em̄ nomen iesus sicut vngentū siue medici
na cōmunis de qua vulgus oīa vulnera sa
nat. ps. Misit verbū suum et sanauit eos.
Vn̄ legit̄ ꝙ discipuli in hoc nomine mira
biles sanitates operati sunt in hūanis cor
poribꝫ. Exemplū de sancto Paulo ꝛ Dyo
nisio q̄ ꝑ virtutē huius noīs Jesus cōuer
sus fuit quādo ad inuocationē eius cecus
visum recepit. Aliud exemplū de btō Ig
natio legit̄ ꝙ cū Trayanus imperator eū
plumbatis cedi iussisset et ipe inter tot tor
mentorū genera nunqꝫ ab inuocatiōe noīs
iesu cessaret. Et cū tortores q̄rerent cur to
tiens hoc nomen replicaret. respōdit ꝙ me
in tormentis cōsolat̄ et ipm nomen in cor
de meo scriptū habeo. et ideo ab eius inuo
catione cessare nō possum. q̄ post mortem
experiri volebāt an ita factū se haberet cor
eius euellunt ꝛ ꝑ mediū scindentes inuene
runt hoc nomen in corde eius scriptū au
reis litteris. quod videntes multi credide
runt. Quare dilectissimi hoc nomen iesus
inuocemus. qꝛ est nomen multe excellentie et
sublimitatis. ita vt in noīe iesu omne genu
flectat̄ celestiū terrestriū ꝛ infernorū. imo ec
clesia ꝑcipit fieri inclinationē cū dr̄ i missa.
vt in. c. decet. de immu. eccle. li. vj. Johan
nes papa. xxij. dedit totiens quotiēs quis
hoc facit. xx. dies indulgentiarū. Est etiā
nomen multe virtuositatis ꝛ efficacie. Nā
est nomen vt inquit Petrus Rauen̄. qd̄ de
dit cecis visum. surdis auditū. claudis gres
sum. sermonem mutis. vitā mortuis. totāqꝫ
diaboli potestatē de obsessis corꝑibꝫ vir
tus huius noīs effugauit. Est ꝑterea tertio
nomē magne clemētie ꝛ reuerētie. cū nō sit
aliud nomē datū hoībꝫ in q̄ oporteat nos
saluos fieri vt ꝑdictū est. Qd̄ si deuote in
uocauerimus liberabit nos sine dubio a ꝑ
dictis malis ꝛ donabit nobis post hāc vi
tam sempiternā. Amen.

De Epiphania domini.

Sermo XXII.

Apertis thesau

ris suis obtulerūt ei munera au
rū thus ꝛ myrrā. Mat. ij. Ordo
rōnis exigit vt sm̄ gradū dignitatis ꝛ ex
cellentie alicui cultus exhibeat̄ honoris et
reuerētie. vt in. c. statuimus. de malo. ꝛ obe.
Cū ergo magnus cultus honoris in mu
nerū oblatiōe ꝑpendat̄ magnis ꝛ dignis ꝑ
sonis nō vilia sed nobilia et magna dona
ria sūt offerēda. nā vt dr̄ in. c. ꝛ si q̄stiones.
de simo. In accipiēdis vel dādis muneribꝫ

persone dantis vel accipiētis qualitas at-
tendenda est, videlicet vt a q̄ et cui, an pau
peri vel diuiti, vel econuerso a diuite vel a
paupere datū fuerit. Cum ergo qualitatē
attendimus pueri Jesus fuit altus in excel
lentia et dignitate, q2 rex regum et dn̄s do
minantiū. Apoc̄. xix. Clarus in sapientia,
quia in ipso erant omnes thesauri sapien-
tie et scientie absconditi, vt habet̄ ad Col.
ij. Potens in celo et in terra. Matth. vlti.
Data est mihi omnis potestas in celo ⁊ in
terra ⁊c̄. Etiam cōsiderata qualitate dan-
tium et offerentiū reges fuerūt, ps̄. Reges
tharsis et insule munera offerent: reges a-
rabum ⁊c̄. Erant etiam sapientes, ideo di-
citur, magi venerunt hierosolymā. Con-
gruit itaq3 tā ex parte accipientis q̄3 donan
tium magna reuerentia et digna munerū
oblatio, Ideo dicit thema. Apertꝭ thesau-
ris suis. A In q̄bus verbis duo tan
guntur. Primo ordinata regalis oblatio
cum dicitur. Apertis thesauris suis. Se-
cundo mystica et doctrinal' significatio ad
dens, aurum thus et myrram. Quantū ad
primū dico illam oblationē cōuenienter fa
ctam diuina ordinatiōe q̄ illa tria optima
q̄dlibet in genere suo reges offerebāt. Pri
mo aurum quod est potioris valoris inter
metalla. Secundo thus quod est potio-
ris odoris inter aromata. Tertio myrram
que est potioris vigoris intervngenta. Et
illa tria munera obtulerūt ad releuandum
triplicem iacturam, et ad explanandū tri-
plicem figuram, et ad representandū tripli
cem substantiā. Primo obtulerunt illa ad
releuandū triplicem iacturā occurrentē ī
illa sacra natiuitate, sc3 matris parientis ne
cessitatem, pro cuius releuatiōe obtulerūt
aurum. Erat em̄ domina nostra valde pau
per et indigens cum tn̄ esset mater dei et re
gina celi et mundi. Inuehe cōtra superbiā
et ornatū mulierū. Scd̄o fetoris occurrē-
tis magnitudinē, p cuius releuatiōe obtu-
lerūt thus boni et suauissimi odoris. Erat
em̄ locus fetid9, q2 natus erat in stabulo et
ī p̄sepio iuxta bouē ⁊ asinū collocat9. Ter
tio vagientis teneritudinē, p cui9 releuatio
ne obtulerunt myrram ad vngendū mem-
bra illius debilia et tenera ac delicata pue-
ri iesu qui nostras penalitates et infirmita
tes assumpsit. Secundo reges obtulerunt
ei tria illa munera ad explanandū triplicē
figurā. In his em̄ trib9 munerib9 p̄testati
sunt in puero Jesu tria fidei nostre conso-
na, sc3 In auro excelsam eius auctoritatē,
quia maiestatē regiam. Fuit enim de gene
re regio dauitico, quia promissus erat ī le-
ge super israel regnaturus. In thure vero
deitatem. Thus enim in dei sacrificio iube
batur offerri, et ille puer verus deus erat ⁊
deus erat verbum et verbū caro factū est.
Joh. j. In myrra nostram humanitatem
passibilē et mortalē assumptam pro nobis
Nam cum myrra corpora cōdiuntur mor
tuorum. Tertio reges obtulerūt ei illa tria
munera ad representandū in puero iesu tri
plicem esse substantiam, sc3 diuinitatē pre-
ciosissimā, animā deuotissimā, et carnē in
tegram et incorruptā. Per auru3 quod est
preciosius omnibus metallis intelligitur
diuinitas p̄ciosissima, per thus an̄ia deuo
tissima, quia thus significat deuotionem,
per myrram que conseruat a corruptiōe ca
ro incorrupta. Unde ps̄. Non dabis san-
ctum tuū videre corruptionē. Et hec tria si
gnificabantur p illa que erant in arca. Nā
virga illa que floruit caro ē christi que re-
surrexit. Unde in ps̄. Et refloruit caro ⁊c̄.
Tabule vbi erant scripta precepta est ani-
ma in qua sunt omnes thesauri sciencie et
sapientie dei absconditi. Manna deitas q̄
habet omnē saporē et omnē suauitatē, pa-
tet igitur illa ordinate et regulariter esse ob
lata. Hic cadit dubium. Ex quo isti tres re
ges obtulerūt puero iesu ordinate accepta
bilem oblationē. B Quot requirunt̄
ad hoc q̄ oblatio exterior sit deo accepta.
Solutio. Quattuor que isti tres reges of
ferendo seruauerūt. Primū dicit̄ placabi-
litas, sc3 q̄ persona offerēs placeat deo, q2
oblatio nō potest placere deo nisi prius of
ferens sibi placeat. Prouerb. xv. Uictime
impiorū abominabiles sunt dn̄o: vota iu-
storū placabilia. Et Eccl̄i. xxxiiij. Dona ini
quorū nō probat altissimus. Et Hiero. in
c. odi. xxiiij. q. j. Non sacrificiorū magni-
tudinē sed offerentiū merita respicit deus.
Figuratū est Gen̄. iiij. Respexit domin9 ad
Abel ⁊ ad munera eius. Dicit notanter ad
abel prius, et deinde ad munera. Ubi Gre
go. Nō placuit abel ex munere: s3 mun9 ex
abel, q2 ipe erat accept9 deo per iustā vitā.

et innocentiā cordis sui: et propterea accepta fuerunt eius munera. Sed cayn munera nō acceptauit deus, quia ipm propter suam iniquitatē reprobauit. Secundū requisitū ad acceptā oblationē dicitur bonitas, debet em̄ fieri de re bona. Ecci. xxxv. c. Noli offerre munera praua: nō em̄ dn̄s suscipiet illa. Et Malach. j. Maledict⁹ dolosus qui habet in grege suo masculum et immolat debile domino. Ideo dicit̄ in. c. sacerdotes. xlix. dist. Indignū est dare domino qd̄ dedignat̄ homo. Inuehe contra offerentes malos denarios et obolos ꝛc. Tertiū dicit̄ ꝓprietas, debet nanq̄ fieri de substantia ꝓpria. Prouer. iij. Honora dn̄m de tua substātia, non de aliena vt furto aut rapina. Esa. lxj. Ego dn̄s diligēs iudiciū et odio habēs rapinā in holocaustū. Ecci xxxiiij. Qui offert de rapina pauperū quasi q̄ victimat filiū in cōspectu patris. Vn̄ Hiero. Sunt quidā q̄ in hoc estimāt placere deo ꝙ de rapina edificāt ecclesias ꝛ larga testamēta faciūt et deo offerūt. pauperes viduas et orphanos deprimētes, sȝ magis deū ꝓuocant ad irā et remunerationē vindicte. Ideo dicitur in. c. non est. j. q. j. Quicquid in sacrificio dei ex male acquisito offertur nō placet deo sed ipius iracundiam irritat. Tales em̄ volunt participem facere deum eorū iniq̄tatis et oppressionis pauperū. Propter hoc dicitur in. c. immolans. xiiij. q. v. Ex iniquo immolantis maculata est oblatio. Quartū dicit̄ hilaritas. debet em̄ esse deuota ꝛ hilaris. Vn̄ apl's. j. ad Cor. ix. Unusq̄sq̄ ꝓut destinauit ī corde suo n̄ ex tristicia aut necessitate. Hilarē em̄ datorē diligit deus. nō delectatur in aliqua oblatione facta sine deuotiōe. propter qd̄ in veteri lege multa sacrificia iussa sunt aspergi oleo, in signum ꝙ sine deuotionis aspersione non sunt deo grata. ps̄. Holocausta medullata offeram tibi. per medullam que in medio ossium est intima vis deuotionis accipitur. acsi diceret. licet modicum sit quod foris offero. tn̄ hoc modicū intima deuotione offero. q̄ dicit Hre. Cor et nō substantiā pensat deus nec perpendit q̄tum in eius sacrificio offerat̄. sed ex q̄nto scȝ ex cordis deuotiōe. Ista quattuor habuit oblatio trium regum. Primo fuit deuota, q̄ ꝓcidentes adorauerūt. Secundo fuit de re bona, quia apertis thesauris ꝛc. Tertio fuit de re ꝓpria, hoc notat̄ cum dicit̄ suis non alienis. Quarto fuit deo placida ratione ipoꝝ, quia fuerūt in charitate feruidi, et ideo opa ipoꝝ fuerunt deo accepta. Aug⁹. Habe charitatē et fac quicq̄d vis ꝛ placebis deo. ¶ Secundo in verbis thematis notat̄ mystica significatio et doctrinalis, scȝ vt aperiamus thesauros nostros, id est corda nostra et regi christo munera offeramus. Primo de corde dilectionem et adhesionē in auro. Secūdo de ore laudationē et orationē in thure. Tertio de corpore afflictionē et macerationē in myrra. Primo instar regum de scrinio cordis offeramus deo cordialem dilectionē ꝛ charitatem. Nam per aurū bene charitas designatur, quia sicut aurum est valore maximum. vigore fructiferū. tenore solidū. Sic inter omnes virtutes charitas principatū tenet, et qui plus habet plus valet. et q̄ nihil: nihil valet, imo nihil est nec opa sua valent. teste aplo. j. ad Cor. xiij. Si linguis hominū loquar et angeloꝝ ꝛc. Secundo aurum est vigore fructiferū, q̄ est restauratiuum deperditi, et est cōseruatiuū iam habiti et cōfortatiuū emortui cordis ꝛ debilis, ideo ponitur in electuarijs infirmorū. et charitas adueniēs restaurat omnia p̄cedentia merita que erant deperdita et cōseruat iam habita et cōfortat corda nostra debilia ad operandū instanter opera virtuosa, ad resistendū potenter ꝛ viriliter temptationib9 malis, ad sperandū cōfidenter bona ꝓmissa. quare Joh̄. Apoc. iij. dicit. Dicis ꝙ diues sum et locupletatus ꝛ nullius egeo, nescis quia tu miser es et miserabilis pauper cecus et nudus. Et subdit̄. suadeo tibi emere a me aurum ignitū vt locuples fias ꝛ habeas quod offeras deo tuo. In q̄ innuitur ꝙ qui charitatē non habet est infirmus cecus et nudus. Istud aurū charitatis emit sanctus Paulus quādo omnia terrena arbitrabat̄ sicut stercora vt christū lucrifaceret. Sicut em̄ calor solis facit hominem se expoliare, ita et feruor charitatis facit oīa relinquere. Tertio aurū rōne tenoris solidi multum durat. et charitas perfecta semel habita nūq̄ excidit vt dicit apostolus. j. Cor. xiij. Hic em̄ incipit et in patriam vadēs nūq̄ desinit. Est em̄ q̄si vas

auri solidũ. Ecci.v. Dixi secundo ꝙ instar regũ debem⁹ deo offerre thus vocalis laudatiõis et orationis. qꝛ scriptũ est ps̃.xxxix. Sacrificiũ laudis honorificabit me ꝛc̃. et iterũ. Dirigat̃ oratio mea sicut incensum in cõspectu tuo. ita ꝙ de quolibet nostrũ dici possit Eccs.v. Quasi thus ardens in igne positũ. Hoc primo inflammat̃. scd̃o eleuatur. tertio dilatat̃. vltimo serenat̃. Inflammat̃ nãqȝ primo deuota ꝑsona interi⁹ dum accensis p̃cordijs orat ꝓ pctõribꝫ et pctõꝝ remissione. postmodũ eleuat̃ superius dũ orat ꝓ supnoꝝ adeptiõe. deinde dilatat̃ vlterius dũ orat ꝓ ꝓximoꝝ saluatiõe. postremo serenat̃ et ꝯsumit̃ ac deficit in gratiarũ actiõe ꝓ donoꝝ ꝛ bñficioꝝ collatiõe seipm paruipendẽs dũ nihil dignũ apud se reperit qd̓ dño retribuat. quẽadmodũ ps̃. ait. Quid retribuã dño ꝓ oĩbus que retribuit mihi. vt sit de numero illoꝝ de q̇bꝫ d̓r. Oẽs de saba veniũt aurũ et thus deferentes et laudẽ deo annunciãtes. Esa.lx. Dixi tertio ꝙ instar triũ regũ debem⁹ deo offerre myrrã carnalis afflictiõis ꝛ maceratiõis. myrram pnĩe ꝛ mortificatiõis. qꝛ quẽadmodũ myrra materialis habȝ saporẽ acidũ ꝛ pungitiuũ. virorẽ placidũ et electiuũ. vigorem intimũ et cõseruatiuũ. odorẽ optimũ ꝛ diffusiuũ. Sic pnĩa hȝ saporem pungitiuũ et acidũ. est amara valde in pñti oĩs disciplina. qꝛ non est gaudij sed meroris. ad Heb. xij. Oĩa peccata delet et reddit ꝑsonã pulcram et placidã. Cañ.j. Fascicul⁹ myrre dilectus meus mihi inter vbera cõmorabit̃. Habet etiã vigorẽ cõseruatiuũ ꝛ intimũ. p̄seruat em̃ a putrefactiõe pctõꝝ. ꝓpter qd̓ dicit spõsa. Messui myrrã meã cũ aromatibus. Cañ.v. Et hȝ nihilomin⁹ odorẽ diffusiuũ ꝛ optimũ. multũ em̃ redolet deo angelis et hoĩbꝫ ꝑsona penitẽs ꝛ mortificata vt iã dicere possit illd̓ Ecci.xxiiij. Quasi myrra electa dedi suauitatẽ odoris.

De Ephia dñi. Sermo XXIIII
De euangelio.

Videntes stellã

gauisi sunt gaudio magno valde. Mat.ij. Scd̓m Hiero. cũ ꝑmo xp̃s nat⁹ est stella apparuit magis in oriẽte q̃ visa statim iter arripiẽtes longissimum. iter i.xiij. dietis ꝑegerũt. ꝑtim q̇dẽ adducti diuina ꝟtute. ꝑtim aũt dromedarioꝝ velocitate. ƒm illud Esa.lx. Inundatio camelorũ operiet te dromedarij madian ꝛc̃. ꝑuenientes aũt hierusalẽ ꝛ ingressi eã stelli ducatũ amiserũt. postq̃ȝ aũt ibidẽ recepeñt certificationẽ de loco natiuitat̃ xp̃i egressi hierusalẽ de nouo videbãt stellã q̃ añcedebat eos. iõ gauisi sunt. Ideo dicit thema. Videntes stellã magi gauisi ꝛc̃. In q̇bꝫ ꝟbis euãgelista duo oñdit. Primo visionẽ stelle quã reges habuerũt. Scd̓o gaudiũ qd̓ inde ꝑceperũt. secundũ ibi. Gauisi sũt gau. ꝛc̃

O Prosequẽdo ambo mẽbra simul notã ꝙ magi q̇ntuplicẽ stellã viderũt: ꝛ ad visionẽ cuiuslibet gauisi sunt gaudio magno valde. s. stellã materialẽ. diuinalẽ. ꝟginalẽ. spũalẽ. et intellectualẽ. Primã stellã scȝ materialẽ viderũt ĩ oriẽte. et de hac sonat p̃ncipaliter thema. E Circa quã videnda sũt tria. Primo de materia ei⁹. scd̓o de forma. tertio de efficiẽtia. Quãtũ ad materiã hui⁹ stelle sciendũ ꝙ hec stella q̃ magis apparuit nõ fuit vna de celestibꝫ stellis ab initio creatis. qd̓ ꝓbat Chryſ. sup Mat. et s. Tho.iij. ꝑte. q.xxxvj. ex m̃ltiplici distictiõe q̃ stella ista distinguebat̃ a celestibꝫ. Et p̃cipue ĩ sex. s. natura. situ. motu. tp̃e. claritate. et officio. Natura q̇dẽ. qꝛ erat corruptibil̃ et nõ de natura celi. et iõ pacto officio cõuersa fuit ĩ p̃iacentẽ materiã. et h̃ cõueniẽs fuit. qꝛ lumine ꝟo increato alio lumĩe nõ indigem⁹. Scd̓o distinguebat̃ ĩ situ. qꝛ non fuit ĩ alto cũ alijs stellis ĩ firmamẽto. sȝ in spacio hui⁹ aeris vicina loca tenebat. patȝ. qꝛ isti ꝑ eã determinate inuenerũt domũ. Tertio distinguebat̃ motu. qꝛ cũ alie stelle ĩ circũitu rotarẽt̃. ꝛ sic motu circulari. hec aũt ƒm Cris. incedebat via triangulari. qꝛ hec sola recta linea tendebat ab oriẽte q̃ est ꝟsus aq̇lonẽ ad occidentẽ declinãs ad meridiẽ ꝟsus iudeã vbi erat xp̃s. Itẽ differebat ĩ motu. qꝛ ñ hẽbat ꝯtinuũ motũ. sȝ cũ oꝑtebat magos stare stabat. ꝛ cũ oꝑtebat magos ire ibat. sicut ꝛ de colũna nubis q̃ erat in deserto. Itẽ ĩ motu differebat. qꝛ qñq̃ apparebat et qñq̃ occultabat̃. Cum em̃ intrauerũt hierusalẽ occultauit seipãȝ. Deinde. vbi herodẽ reliquerũt monstrauit seipsam. Quarto differebat ex tp̃e. nõ em̃ solũ apparebat in nocte: sed etiã in media die

quod nõ est virtutis stelle: sed nec etiã lune
Quinto in claritate differebat. q2 ceteris
splendidior erat. Unde Leo papa in ser-
mone de Epiphania. Tribus magis in re
gione orientis stella noue claritatis apparu
it que illustrior ceteris pulcriorq3 syderib9
in se intuentiũ oculos animosq3 cõuerteret
et cõfestim aduerterent nõ esse ociosum qð
tam insolitũ videbatur. Sexto differebat
ab aliis stellis officio. quia ille facte sunt vt
sint in signa et tempora dies 7 annos. et vt
luceant in firmamẽto celi. Hec vero facta
est ad significandũ christum natum et ma-
gos dirigendũ. Quantũ ad formã hu9
stelle sanctus Tho. vbi supra dicit. 7 Chry
sosto. sup Matth. ꝺm aliquorũ relationẽ
ꝙ ipa die natiuitat9 magis sup q̃ndã mon-
tẽ victorialẽ vocatũ orantib9. stella q̃dã iux
ta eos apparuit que formã pueri pulcerri-
mi habebat et in eius capite crux splende-
bat qui magos alloquens dixit vt in iude-
am pergerent et ibi natum puerũ inueni-
rent. Quantũ ad efficientiã istius stelle.
dic ꝙ stella ista nihil in xpo effecit sed ma-
gorum corda ꝑdocuit tãq3 veritatis index
qð ad illuminationẽ fidei eorũ pertinebat.
Ideo dicit Aug9. in sermone de Epipha-
nia. Uidit magus. obstupuit astrologus.
erubescat hic stulticia mathematicorum q̃ di
cunt christũ sub cõstellatione seu fato esse
natum. Ista em̃ stella nõ fecit christũ mira
biliter viuere. sed christus eã fecit mirabili
ter apparere. Quid fuit hec stella que nũq3
prius apparuit nec postea visa est. nisi que-
dam lingua celi que enarraret gloriã dei.
Hec Aug9. Primo ergo dicit. Magi fue-
runt qui eam viderũt. id est magni astrolo
gi. et q2 assueti erãt aspicere ad cursum stel
larum. Ideo videntes nouã stellam inusi-
tatam obstupuerũt. Hic applica questionẽ
an timendũ sit cum alique nouitates appa
rent in corporib9 celestib9. et que sunt illa si-
gna ꝓpter que timendũ est ne immineãt de
ꝓpinquo hominib9 mala. vide in sermone
dominice decime. quã feci de euangelio. cu
ius thema. Uenient dies in te. Secundo
Aug9. in auctoritate predicta damnat errorem mathematicorũ asserentiũ christũ na-
tum sub cõstellatione illius stelle. et simili
ter quẽlibet hominẽ nasci sub fato seu con-
stellatione aliqua ex qua necessitat ad agẽ-
dum que facit. qð falsum est et hereticũ. et
est heresis priscillianistarum. de q̃. xxiiii. q. vi.
c. quidã aũt. Equidẽ ars seu scientia astro-
logie habet in sua sciẽtia veritatẽ sicut alie
sciẽtie. Et licet sit multũ speculatiua et dele
ctabilis: est tñ multũ fallax q̃ ad iudicia q̃
dantur ex ea. Ita vt Ambro. dicat. xxvii.
dis. §. hinc etiam. ꝙ nihil valent ad salutem
astrologia et hmõi. sed in errorẽ mittunt. 7
q̃ his student curã anĩe nõ habent. Quod autẽ
astrologia q̃ ad iudicia sit fallax ꝓbat An-
toninus tripliciter. Uide parte. iiii. ti. xv.
c. xxxii. §. i. Ultimo dicit Aug9. in aucto-
ritate supradicta. ꝙ hec stella q̃ nouiter fuit
a christo creata et post officium suũ in ma
teriam ꝑiacentem resoluta fuit tãq3 quedã
lingua que narraret gloriã nati in mentib9
magorũ. Uñ eam videntes quã ad tẽpus
amiserant gauisi sunt gaudio magno val-
de vt dicit thema. Et tantũ de prima stella

H Secundã stellã quã viderũt 7 ga
uisi sunt dicitur diuinalis. Hec est xps quã
viderũt cum inuenerũt puerũ iesum. ꝙ au-
tem iesus dicatur stella aperte ostenditur
Apoc. vlti. vbi ipse ait. Ego iesus stella splẽ
dida et matutina. Hanc videntes nõ mi-
rum si gauisi sunt 7c. q2 in eo causa omnis
gaudii et vere delectatiõis. ps. Replebis me
leticia cũ vultu tuo. Ab hac stella ꝓcedunt
quattuor radii vt dicit Paul9. i. ad Cor. i.
Factus est nobis xps a deo sapiẽtia et iu-
sticia sanctificatio 7 redemptio. A sapiẽtia
procedit radius illustrans. a iusticia radi-
dius informans. a sanctificatiõe radi9 pur
gans. a redemptione radius liberãs. Hãc
stellam videntes magi gauisi sunt ne dum
gaudio sed et magno valde. Unde sicut di
cit Glosa. Ille gaudet gaudio qui de deo
gaudet qui est verum gaudium. Et addit
magno. quia eo nihil est maius. Et valde.
quia de magno potest alius plus ali9 mi-
nus gaudere. I Tertiam stellam quã
videntes magi gauisi sunt 7c. dicitur vir-
ginalis. Et est beata Maria. De qua lon-
ge ante ꝑnunciauit Balaam ꝓpheta dicẽs
Nume. xxiiii. Orietur stella ex Jacob. idẽ
virgo Maria ex illo patriarcha et popu-
lo iudeorum ab eo originem habenti. Et
qualis sit ista stella seu cui similis declarat

ecclesia ad eius veneratione͂ sepe decantās.
Aue maris stella. Stella aūt maris vulga-
riter dicit̄ latramontana. Que ideo maris
stella dicitur, qꝛ dirigit nauigātes per ma-
re aspicientes ad eam. et sine ductu eius de
facili hoīes submergerentur. Hāc stellam
nō materialem in celis sed virginalē in ter-
ris viderūt magi quādo inuenerunt puerū
nō solū sed cum Maria matre eius vñ ga-
uisi sunt gaudio magno viso puero. Gaui-
si sunt gaudio magno visa matre. additum
est eis gaudium vt magnuꝫ esset. Erat eñ
quedaꝫ fruitio videre iuuenculā speciosissi-
mam. honestissimā. sapientissimā cū par-
uulo suo. Et pie credi pōt. et si euangelista
nō dicat verbis mellifluis sapiētia plenis
illis magis gratias egisse. Ex hac autem
stella radius ad nos diffundit̄ misericordie
et bonitatis. Bonū vt dicit Dionisius est
suiꝑius diffusiuū ꝛ cōmunicatiuū. Et qꝛ
ipa suꝑ oēs puras creaturas bona. ideo bo-
nitatē suam misericordie et beneficiorū ad
nos effundit. Unde et aurū sibi oblatum a
magis nō modicum. ꝓut decebat eoruꝫ
regiam maiestatē nō sibi reseruauit in po-
sterum. Sed vt dicit Berñ. pauperibꝫ per
ioseph dispersit. Ad hāc igit̄ stellā oportet
aspicere et effectum bonitatis eius et mise-
ricordie humiliter implorare. Uñ Fulber-
tus in sermone. Oportet omnes christico-
las per mare huius seculi nauigātes atten-
dere ad stellā maris. scꝫ mariā. Hoc si q̇s
egerit nō iactabit̄ vane glorie vēto. nec tri-
bulatiōe scopulis allidet̄. nec syrena volu-
ptatum vorabit̄ sed ad portum salutis tu-
tus perueniet. Ipa eñ humillima. ipa pa-
tiens. ipa virgo purissima vt imitemur eiꝰ
vestigia et ꝑcipiamus eiꝰ misericordie suf-
fragia. Dicit̄ eñ Eccī. xxliij. Quasi oliua
speciosa in campis: Fructus oliue oleum
est misericordiā significans. Ad hūc ergo
fructum bonum colligendū ex ea omnes
accedere possunt. Et ideo in campis dicit̄
loco omnibus patenti. Berñ. in sermone.
Quis misericordie tue o benedicta longi-
tudinem. latitudinē. sublimitatē. et ꝓfundi-
tatē queat inuestigare. Nā longitudo eius
vsqꝫ in nouissimū diē inuocantibꝫ eam sub-
uenit vniuersis. Latitudo eiꝰ replet orbem
terrarum vt tua misericordia plena sit om-
nis terra. Sic et sublimitas eius ciuitatis
superne inuenit restaurationē. Et ꝓfundū
eius sedentibꝫ in tenebris et vmbra mortis
inuenit redemptionē. Quis iustus vel pec-
cator ad hanc stellam aspexit deuote inuo-
cans ad quē oculos sue misericordie nō cō-
uertit. Ipa Leoni pape manum restituit
quam sibi absciderat. eo ꝙ cōmunionē po-
pulo ministrans et inter alios mulieri cui-
dam cum manum osculata de more fuisset
stimulum carnis vehementē persensit. ꝓ-
pter quod ex zelo seuerus in se vltor extitit.
Ipsa quendā militem de faucibus diabo-
li extraxit: et vxorem a periculo liberauit.
Extende illud exemplū de milite qui ex di-
uite pauper effectus se diabolo tradidit si
ei diuitias cōferret et vxorem suā. K

Quarta stella quā videntes magi gaui-
si sunt gaudio magno valde ꝛc. dicitur spi-
ritualis. que est fides. Hanc viderunt in
corde. de qua Eccī. xliij. Species celi id est
celestis hominis gloria stellarum id est vir-
tutū. Inter quas prima dicitur fides. Hāc
videntes magi in corde suo gauisi sunt nō
solum gaudio magno sed et valde. Nam
nisi fidem diuinitatis habuissent ex visione
pueri vel matris eius parum gauisi fuis-
sent. Sed propter fidem credentes deum
esse et summum bonum gauisi sunt valde.
Et propter istam verā fidem procidentes
adorauerunt eum. Non enim adorat̄ nisi
deus. Deut. vj. Dominū deum tuum ado-
rabis et illi soli seruies. Adorabis cultu in-
teriori recognoscendo eum vt principium
et finem tui et omniū. et illi soli seruies cul-
tu exteriori vt domino summo eius prece-
pta seruando. Cognouerunt igitur isti per
veram fidē hunc esse deū et propterea ado-
rauerunt. Unde Chryso. in Omel. Videa-
mus quid gloriosum magi vidētes in pue-
ro gauisi sunt. Nunquid viderunt palati-
um marmoribus splendidū? nunquid ma-
trem eius diademate coronatā aut ī lecto
aureo recumbentē? Nunquid puerū auro
inuolutum? Nunquid reginā diuersis po-
pulis personantē? nō. Sed quid? pando-
chium vtiqꝫ tenebrosum et sordidum ꝛ ma-
gis animalibus q̄ꝫ hominibꝫ aptū. Ma-
trem eius vix tunicā vnā habentem. ꝛ talē
qualē habere poterat carpentarij vxor pe-
gre cōstituta. viderūt et puerū pānis sordi-
dis inuolutū in ꝑsepio sordidiori positum.

Si terrenum ergo regem querentes venissent magis cōfundendi erant q̄ȝ gavisuri. Nunc autē q2 celestē querebāt: et si nihil regale videbant in eo: solius tñ stelle testimonio contenti erant. putas ne adorassent infantem nisi intelligerēt adorationis honorem nisi aliq̄d divinum credidissent in eo. Ergo nō puerilie honorē dederūt. sed divinitati eius oīa intelligenti. Hec Chrys. Ex hac stella fidei p̄cessit radius p̄fecte pietatis quā ex muneribꝫ ostenderūt. Ex munere auri venerātes in eo p̄sonā regiā. in thure divinā. in myrra mortalē naturā eiꝰ assumptā. Ab his discamꝰ offerre deo integram fidem nostrā nō in p̄te. q̄ eñ. christū credit nō esse deū sed creaturā. vt arrius vl' iudeus aut paganus: hic non offert thus qd̄ deo offert. Qui nō credit eū fuisse verū hominē sed fantasticum vt Manicheus. Nec fuisse mortuum vt saracenus et thurcus. hic nō offert myrrā mortalitatē signātem. Qui dicūt deū nō hr̄e p̄uidentiā oīm vt dn̄m vniversoꝝ et sapientissimū nō offerunt aurū. Qui nō habēt amaritudinē penitentie peccatorū suoꝝ. nec mortificāt passiones suas sed eas sequunt: hi nō offerūt myrrā. qui devotas orōnes et p̄ces ad deū nō dirigunt hi in thure deficiunt. Qui vero deum sup oīa nō diligūt: hi aurū nō offerunt. q2 per aurum p̄lectio significatur. Imitandi igit isti magi sunt et ad radium pietatis ex fide eoꝝ adoremus xp̄m cū vera fide et op̄e dilectiōis devotionis 2 mortificationis. L Quinta stella quā magi videntes gavisi sunt gaudio magno valde 2c. est intellectualis q̄ est angelus. De q̄ Baruch .iij. Stelle aūt dederūt lumen in custodijs suis 2 letate sunt. Hāc viderūt in somnis qñ p angelū sūt admoniti ne redirent ad herodē. sed ip̄o duce redierūt p aliā viam. Et reversi in suā regionē edocti sunt per frequētes apparitiones angeloꝝ. Tandem baptisati a beato Thoma ap̄lo coadiutores facti sunt ip̄ius in p̄dicando fidem christi donec beato fine quievērūt. Hoꝝ corpora primo per Helenaȝ Constantini matrē rapta in cōstantinopolim sunt trāslata. Postea p sctm̄ Eustorgiū ep̄m Mediolanū trāslata. Deinde anno dn̄i M.c.lxij. postq̄ȝ Fridericus primus imperator Mediolanū destruxit Raynaldus Coloniensis archiep̄s a mediolano Coloniam transtulit vbi in magna reverentia 2 populi devotione chorusc ant.

De Epiphania dn̄i.

Sermo. XXIIII. de evangelio.

Vidimus stellā eius in oriēte et venimus cū muneribus adorare eum. Mat. ij.

Cōsuetudo est longe introducta q̄ qñ princeps magnus acq̄rit aliq̄d magnum dominiū vel cōsequitur victoriā de inimicis suis tūc capitanei et cōmilitones sui cōgratulant ei. populus autem civitatis vadit obviam ei cum canticis 2 iubilo et barones eius offerūt sibi munera. Simili modo veniēs dn̄s iesus rex regū magnus et excelsus habens victoriā de natura humana rapiens ip̄am de manu diaboli per mysteriū incarnationis sue. primo et antea venerūt cōmilitones sui angeli vicȝ vt habet Luc. ij. dicētes. Gloria in excelsis deo. Deinde populus suus. i. pastores. qui prout patet ibidē qñ discesserūt ab eis angeli loquebantur ad invicē. transeamꝰ vsq̄ bethleem et videamus hoc verbū quod factum est quod ostēdit nobis dn̄s. Et venerunt festinantes et invenerūt Mariā et Ioseph et infantem positū in p̄sepio. Postremo aūt venerūt reges ab oriente hierosolymā ad offerēdū ei munera dicētes verba thematis. Vidimus stellā eiꝰ in oriente 2c. M In verbis p̄dictis tria tangūtur q̄ in hoc sermone erūt declaranda. Primum dicitur apparitio. in principio. Vidimus stellā 2c. Secundū adventatio. ibi. et venimus 2c. Tertium adoratio in fine cuȝ concluditur. adorare eum. Primū dicitur stelle apparitio. quia dicunt magi. Vidimꝰ stellam eius in oriente. De hac stella tres fuerunt opiniones. Prima est eorum qui dixerūt q̄ fuit spiritussanctus. qui sicut apparuit apostolis i linguis igneis: ita et magis in specie stelle. Secunda fuit eoꝝ qui dicunt q̄ stella illa fuit angelus qui apparuit pastoribus in specie humana et ip̄si i specie stelle. Tertia opinio fuit mathematicorum qui dicunt q̄ illa fuit stella fatalis sub cuius cōstellatione natus est christus. Hee autē opiniones reprobantur per doctores. vt Chrysosto. et Nicolaus de lyra.

sanctum Tho.iij.pte.q.xxxvj.ar.lxx.q illa
stella fuit vera stella nō vna de celestib⁹ stel
lis.sed de nouo pducta in aere vicino terre
q̄ sm dei voluntatē mouebatur. Quod etiaz
cōfirmare videtur Aug.in lib.cōtra Faustū
dicēs. Nō ex illis erat stellis que ab initio
creature itinerum suorum ordinē sub creatio-
nis lege custodiunt sed nouo virginis par
tu nouum sydus apparuit. Hoc aūt osten-
ditur esse verū ex sex in q̄bus differebat ista
stella ab alijs stellis. vicz ī natura.situ.mo-
tu.tpe.claritate.et officio. De q̄b⁹ vide su-
pra sermone.xxiij.E. N Sz diceres.
A quo didicerūt magi q talis stella xp̄m
natū significaret. Rn̄det Aug⁹. Primo q
didicerūt ab angelo. Apparuit q̄dē eis pri
mo signū stelle quā cū admiratione aspiciē
tes desiderabāt intelligere q̄d hoc esset. et vl'
vigilantib⁹ vel dormientib⁹ angel⁹ myste-
rium xp̄i declarauit. Hoc videtur Aug.opi-
nando asserere. vñ ī sermone de ephia ait.
Si dictur⁹ es a q̄bus audierūt q talis stel
la xp̄m natū significaret pfecto ab angelo
aliq̄ monitione reuelationis. Criso.sup
Mat.dicit se inuenisse ī q̄busdā libris licz
apocryphis.q in ptib⁹ orientis erāt q̄daz
sapiētissimi reges q̄ vel descenderāt de stir
pe balaā vel ad eos pphetia balaā deuene-
rat in q̄ dixerat. Orietur stella ex iacob etc. Ex
q̄ diuulgatū fuit apud eos q nascēte xp̄o
stella q̄dā admirabilis et insolita appareret
q̄re statuerūt vt eligerentur duodecim q̄ sol-
licite cōsiderarēt ortū illi⁹ stelle. Qd' vt me-
lius facerēt in q̄dā altissimo mōte cōstrui
fecerūt quoddā palatiū cū copia rerū ne-
cessariarū ad victū.et ibi pmanebāt isti de-
uote deprecātes deū vt stellā hāc ipis ostē
deret. Quib⁹ orantib⁹ nocte media qñ nat⁹
est xp̄s apparuit super eos in aere stella p̄-
fulgida.in cui⁹ summitate erat imago pue
ri paruuli.sup cui⁹ caput crux splendebat q̄
illis dixit. Ite velocius in terrā iuda et ibi
regē xp̄m deū et hominē natuz inuenietis.
Narrauerūt vero ista sapientib⁹ regionis
illius q̄ de ipis tres elegerūt q̄ irent et mu
nera p̄ciosa deferrent et puerū natū adora-
rent. Secundo sm Bern̄.didicerūt p diui
nam reuelationē. Vñ dic̄ q q̄ p stellā eos
foris admonuit ipe in occulto eos edocu-
it p gratie illuminationē. Unde Leo papa
in sermone ait. Preter illā speciē stelle que
corporeū excitauit aspectū fulgentior veri-
tatis radius corda eorum perdocuit. Sicut
em̄ pphete visione imaginaria illustraban
tur intrinsecus vt intelligerēt dei secreta vē
tura. Ita potuit esse vt aspiciētes magi si-
gnum visibilis stelle illuminarentur a deo
vt cognoscerēt q natus esset xp̄s. Sed q̄-
reres vtrū natiuitas christi fuerit cōuenien
ter magis per stellam manifestata. O

Ad cui⁹ euidētiā nota q natiuitas chri
sti fuit diuersis diuersimode manifestata.
Primo pastorib⁹ per angelum Luc.ij.qui
dixit. Annuncio vobis gaudium etc.quia
natus est vobis saluator mundi. Secun-
do magis per stellam vt hic. Tertio iustis
vt Symeoni et anne in templo per instin-
ctuz spiritussancti quadragesima die a na
tiuitate. Luc.ij. P Triplici autem ra
tione christus voluit natiuitatē suam ma-
gis per stellam manifestare et nō per aliaz
creaturam. vicz.pter cōgruentē attractio-
nem.propter p̄cedentem p̄nunciationē.et
propter cōuenientē demonstrationē. Pri-
mo propter cōgruentem attractionē. Nā
vt dicit sanct⁹ Tho.iij.parte.q.xxxvj.ar.
v. Respondendo ad questionē q conueni
ens fuit christi natiuitatē magis per stellā
manifestare.quia deus cōsueuit homines
vocare ad se per eis cōsueta eo q cōsuetis
facilius credimus. Sed magi erāt viri ex-
ercitati in philosophia et astrologia.et cō-
sueti fuerūt cursus stellarum inspicere. Ideo
deus cōuenienter eos ad se reduxit p stelle
apparitionē. Quia vt dicit Criso. Per con
sueta eos dñs vocare voluit eis cōdescen
dens. Pastores vero q2 iudei et rudes erāt
ac corporalibus dediti qui consueti erant
diuina respōsa p angelos recipe. p q̄s etiā
legē acceperāt. sm illud Act.vij. Accepi-
stis legē in dispositione angelorum. Ideo p
angelos eis reuelata ē xp̄i natiuitas. Si-
meon vero et anna q̄ fuerūt hoīes iusti q̄-
bus cōsuetū est et familiare edoceri p diui
nam inspirationē absq3 exteriorum signo-
rum demonstratione. ideo manifestata est
eis christi natiuitas per interiorē instinctū
spiritussancti. sm illud Luc.ij. Responsuz
accepit Simeon a spiritusancto non visu
rum etc. Secunda ratio pter p̄cedentē de-
signationem.quia sicut dicitur in libro q̄-
stionū noui et veteris testamēti. Magi illi

opprobrio nō solū imunis fuit. imo alio-
rum inuocantiū ipius patrocinium ne ibi
corruāt benignissima liberatrix. Propter
qd̄ ipa dic̄ Eccl̄i. xxiiij. In me oīs gr̄a vite

⁊ veritatis. in me oīs spes vite ⁊ virtutis.
C Exemplū habet̄ de Beatrice monia-
li ordinis Cistercien̄. q̄ beate marie virgi-
ni deuotissime seruiuit. Et tandē demone
instigante ꝑ clericū corrupta. xv. annis pu-
blica meretrix facta. cuius officiū vicꝫ cu-
stodie maria semper peregit. et sic nemine
sciente reduxit. Secūdo angelus ī saluta-
tione cōmēdat virginē a bonitatis pleni-
tudine cum dicit. gr̄a plena. Et vere plena
Quia vt ait Hiero. ad Paulā ⁊ Eustochi-
um. Ceteris ꝑ ptes ꝓstat̄. marie vero totaꝫ
se infudit gr̄e plenitudo. D Sꝫ h̄ sur-
git dubitatio quō maria fuit plena gr̄a cū
hoc sit ꝓprium xp̄i. de quo dr̄ Ioh. j. Vidi-
mus gloriā eiꝰ gloriā q̄si vnigeniti a patre
plenū gr̄a ⁊ veritati̅s. Ad qd̄ rn̄det Alber-
tus sup̱ missus est. ꝙ hec plenitudo gr̄e pt
tripliciter intelligi. Vel qꝛ summā et oēm
gratiā habuit. vel qꝛ maior gr̄a nō fuit. vl̄
qꝛ maioris gr̄e capax nō fuit. Cōstat autē
ꝙ nō summā et oēm habuit qꝛ gratiā vni-
onis non habuit. que ē summa in numero
gr̄aꝝ. Non eni ipa sed eius filius fuit dei-
tati vnitus. Similiter maior gr̄a fuit ī fi-
lio inquantū homo q̄ꝫ in ea vn̄ dici nō pōt
ꝙ maior gr̄a q̄ꝫ sua nō fuit. Restat ergo vt
intelligat̄ tertio mō scꝫ qꝛ maioris gr̄e ca-
pax nō fuit pura creatura ⁊ ī statu illo via-
toris. Nā si aucta est gratia in assumptio-
ne. quia dicit̄ gratia cōsummata tunc effe-
cta est in comprehensoꝝ numero. preterea
priuilegia principū sunt latissime īterpre-
tanda. vt in. c. olim. de ver. sig. ff. de cōstit.
princi. l. vlti. Cū ergo dn̄s in ꝓuilegio suo
qd̄ ei mittit ꝑ angelū dicat gr̄a plenā nul-
lam specificādo erit ꝓ omnibꝰ interpretan-
dum. Preterea deus infundit suā bonita-
tem vnicuiq̄ꝫ ẜm suā virtutē et capacitatē.
vt ptꝫ Mat. xxv. de dn̄o q̇ tradidit seruis
suis bona sua vnicuiq̄ꝫ ẜm ꝓpriam virtutē
ergo quecūq̄ꝫ creatura est capax om̄is gra-
tie cuiꝰ est capax pura creatura illa erit ple-
na omni gratia. Talis autem creatura fu-
it beatissima virgo maria. ergo ipa est ple-
na om̄i gratia cuius particeps potest esse
omnis pura creatura. E Sciendum
tamen ꝙ in ipsa virgine fuit triplex perfe-
ctio gratie. Prima quidem quasi disposi-
tiua per quam reddebat̄ idonea ad hoc ꝙ
esset mr̄ xp̄i. ⁊ hec fuit ꝑfectio sc̄tificatiōis

Secunda pfectio gratie fuit ex psentia filij dei in eius vtero incarnati, et hec fuit pfectio oceptiois. Tertia aut e perfectio finis quā habet in gloria. qr autem scda pfectio sit potior qz pma z tertia qz secūda: patet qdē Uno modo p liberationē a malo. nam primo in sua sanctificatiōe fuit liberata a culpa originali. Secūdo in oceptiōe filij dei fuit totaliter mūdata a fomite Tertio i sui glorificatiōe fuit liberata ab omi miseria. Alio mō p ordinē ad bonū. Nam primo in sua sanctificatiōe adepta est gratiam inclinantē eam ad bonū. In oceptione aūt filij dei collata est ei gra ofirmās eā in bono. In sui vo glorificatiōe osummata est eius gra pficiens eā in fruitione ois boni. F Sz hic cadit dubiū an beata virgo habuerit oēm grāz etiam gratis datam, puta sapiētie z virtutū z miraculorū ex eo q nō legit docuisse qd spectat ad sapientiā aut miracula fecisse. Ad euidētiaz hui9 est sciendū q triplex est genus gratiarū. scz gratū faciēs. grat data. z gratia priuilegioz. Est eni pmo gra gratū faciēs pter sue sanctitatē q solū repit in bonis. dicit apls ad Heb. vltī. Optimū est gra stabilire cor. Ideo aūt optimū qr nihil meli9 in vita. Est enim qd ita pciosum qd ea pcipitur bonuz infinitū. Uñ. j. Pe. j. Maria et pciosa nobis donauit deus vt sim9 diuine nature osortes z dij per participationē Sed z ista gra est triplex. scz gra sacramētalis. gra virtualis. et gratia muneralis.

G Gratia sacramētalis est q ofert in susceptiōe sacramētoz. Et ideo si dicim9 virginē plenā hac gra oportet etiaz dicere q sacramēta suscepit. Qd ofirmat Albert9 super missus est. Omnia vicz sacramēta sum psisse ordine excepto. Sed z ipsos p equipollētiā accepit. Sed qr eis nō eguit qm nullū peccatum actuale cōmisit. originale nō incurrit. Ideo dicēdū q vgo maria nō accepit sacramēta ex necessitate vt alij. sed ex triplici causa. H Prima ob sui maiorē humiliationez. Sicut eni legalia obseruauit instituta p pctorib tāq pctō subdita foret q tn omni carebat. vt ptz i sacrificio purificatiōis z filij redēptiōe. Ita etiā sacramēta q sūt medicine pncipaliter peccatoz ex hūilitate suscipe voluit. Scdo sacramēta suscepit pter alioz instructionez vt pfectos doceret sui exēplo fuare leges superiorū etiaz si nō tenerent. Promulgatum fuerat a dño per apl'os oib edictum. Euntes docete omnes gētes baptisantes eos in noie patris zc. docentes eos seruare quecūq mandaui vobis. Mat. vlt. vt de penitentia. de eucharistia z hmōi alijs. Uoluit ergo maria obseruare et hec mandata filij vt inuitaret nos exemplo ad obedientiā. Peccatores etiā instruit vt nō erubescant assumere remedia humilia ad delendū peccata instituta. qr ipa cum esset sine peccato tn sacramenta cōtra peccata in remediū instituta suscepit acsi esset peccatrix. Tertio pter bonoz superogatiōez vt dicit Apoc. vlt. Qui iustus est iustificetur adhuc. Perfecti eni osiderātes q stat9 gratie z virtutū est quasi infinit9. quia nunq potest tantū in gratia pficere quin valeat multomagi crescere. pt qd Prouerb. iiij. dicit. Iustoz semita: q est via arta virtutū quasi lux splendēs pficit et crescit vsq ad pfectum diē scz visionē clarā patrie. Ideo virgo maria z si in sanctificatiōe sua fuerit ex vtero matris plena gra et in cōceptu filij multomagis repleta tāta scz quāta erat capax pura creatura. nō adeo q nō potuerit in ea crescere dum erat viatrix. hoc eni fuit priuilegiū soli xpi qui gratiaz accepit ab initio suo infinitā. ita scz vt nō posset in ea crescere. et ideo quotidie magis ac magis beata maria in illis exercebat vn posset magis meritū augere et deo placere. et ideo sacramēta sumebat. Et si eis non egeret vt magis in ea gra cresceret p effectum sacramentorū.

I Gratia vero virtualis sunt ipe virtutes que oēs pcedūt a gratia gratum faciente distincte ab ea realiter Et ipa qdem gratia vt in subiecto est i anima. virtutes vero in potentijs anime expediendo eas ad bene operāduz. virtutes vero oēs vel sunt theologice vt fides spes et charitas. Uel cardinales qttuor. scz iusticia. temperātia. fortitudo. prudētia. vel eis annexe vt sūt virtutes morales. quas oēs btā virgo habuit pfectissime. Uñ ipsa ait Eccī. xxiiij. In me ois spes vite et vtutis. z ideo trāsite ad me oēs scz p eis virtutib quia ex me. id est mei suffragio et exemplo potestis sperare omnem virtutē. Ideo bñ dicitur hac gra virtuali plena. Gratia vero

muneralis est gratia donorū spūssancti q̄ sunt septē. ⁊ ideo grā septiformis. ꝺm illud qđ canit ecclesia. Tu septiformis munere ⁊c. De q̄bus Esa. xj. dr̄. Requiescet sup̄ eum spūs dn̄i. spūs sapiētie ⁊ ītellect⁹. spūs cōsilij ⁊ fortitudinis. spūs sciētie et pietatis. et replebit euz spūs timoris dn̄i. Que oīa abundantissime fuerūt in beata maria. Et ideo. Aue gratia plena septiformi ⁊c. K Nunc dicenduz de grā gratis a deo data ꝓpter alioꝝ vtilitatez que est cōmunis bonis et malis. Apl's. j. Coꝛ. xij. ostendit nouem genera gratiarū gratis datarū dicēs Diuisiones gratiarum sunt idem vero deus. scz qui dat eas. Alij datur per spirituz sermo sapientie. alij sermo scientie. alij fides. alij ꝓphetia. alij discretio spirituū. alij operatio virtutū. alij grā sanitatuz. alij genera linguarū. alij interpretatio sermonū. an etiā illis gratijs beata maria plena fuerit. Rn̄det sanct⁹ Tho. dicēs. Nō est dubitandū q̄n beata virgo acceperit excellēter donū sapiētie et gratiā virtutū et grāz prophetie ⁊c. nō tn̄ accepit vt haberet omnes vsus harū et similiū gratiarū sicut habuit xp̄s. sed ꝺm q̄ cōueniebat cōditioni ip̄ius Habuit nāq̄ vsum sapiētie in ꝯtemplādo ꝺm illud Luc. ij. Maria aūt conseruabat oīa verba hec ꝯferens in corde suo. nō autem habuit vsum sapiētie q̄ntū ad docēdū eo q̄ nō cōueniebat sexui muliebri. Nam vt dicit apl's. Mulieri docere ī eccl'ia nō ꝑmitto. Miraculoꝝ vero vsus sibi nō cōpetebat dū viueret. q2 tūc tp̄is doctrina cōfirmāda erat miraculis xp̄i. ⁊ ido soli xp̄o et ei⁹ discipulis q̄ erāt baiuli doctrine xp̄i conueniebat miracula facere. Propter qđ etiam de Johāne baptista dr̄ Joh. x. q̄ signum nullū fecit. vt scz oēs in xp̄m intēderent. Usum vero ꝓphetie habuit virgo vt patet in cantico qđ fecit. Magnificat aīa mea dn̄m ⁊c. Tertia grā dr̄ gratia priuilegioꝝ a deo collata ad singularem sublimitatem Illis gratijs singularib⁹ seu priuilegijs q̄ nō reperiūt in aliq̄ sctōꝝ beata maria etiā plena fuit. L Sunt aūt duodecim gratie singulares seu p̄uilegia ꝓp2ia beate ꝟgini cōmunicata. q̄ designātur per duodecim stellas corone mulieris. de qua dr̄ Apoca. xij. Mulier amicta sole et luna sub pedib⁹ ei⁹. et in capite eius corona stellarum duodecim. ꝺm Bern̄. in sermone. et diuersi diuersimode assignāt ista. xij. Sed Albertus vbi supra ista sic describit. Primum priuilegiū. q2 nūq̄ peccato maculat̄ Scđm q2 nec peccare potuisse assignatur Tertium q̄ in q̄libet op̄e meruisse mōstratur. Quartū q̄ summa puritas ī ea expressat̄. Quintū q̄ virgo virginuz esse dicitur. Sextū q̄ mater dei vere nūcupat̄. Septimum q̄ mater oīm p̄dicat̄. Octauū q̄ mater simul ⁊ virgo decantat̄. Nonū q̄ porta celi declarat̄. Decimū q̄ passio xp̄i ei soli cōmunicat̄. Undecimū q̄ sup̄ oēs creaturas exaltat̄. Duodecimū q̄ regina misericordie laudat̄. Hec oīa p̄uilegia ꝓsequit̄ p̄ ordinē Albert⁹ vbi supra. M Tertio angelus cōmēdat mariā a dignitatis altitudine cū dicit. Dn̄s tecū. scz de⁹ erit cito de te incarnādus. Dn̄s eni vt inq̄t Athanasius est pater. dn̄s filius. dn̄s spūssctūs Tecū dn̄s pater. q2 tu es spōsa patris. tecū dn̄s fili⁹. q2 tu es mater filij. tecū dn̄s spiritussanct⁹. q2 camera spūssācti cōprobaris. Tota eni trinitas scz pater ⁊ fili⁹ ⁊ spiritus sanct⁹ op̄ata ē mysteriū incarnatiōis. s. formādo illud corp⁹ ex ꝟgine aīaz xp̄i subito creādo ex nihilo ⁊ vnionē illā hūanitatis sue cū deitate efficiēdo ⁊ grām ⁊ sapiētiaz q̄si infinitā ei infundēdo. Insep̄abilia eni sūt op̄a trinitatis scz ab extra. de ꝯse. di. iiij. oēs. lz sol⁹ fili⁹ nō pater nō spūssanct⁹ vnit⁹ sit nr̄e substātie in vna p̄sona. q2 verbū caro factum est. Et ponit Ans. exempluz de vna veste quā facerēt in scindēdo vl' suēdo tres p̄sone et tn̄ vna sola ex illis illaz vestē induit a qua ipsa sola denominat̄ vestita. N Ad euidentiā huius sciendū q̄ angelus nūciat marie dicēs. Dn̄s tecū erit. ⁊ h̄ tripliciter. Primo dn̄s tecū ad carnē de te sumendū. Scđo dn̄s tecuz ad p̄lem de te exaltāduz. Tertio dn̄s tecū ad te magnificandū. Primo dicit dn̄s tecum erit cito d̄ te carnē sumēduz. Hoc exprimit angel⁹ cū dicit. Ecce ꝯcipies in vtero et paries filiū ⁊c. O Sz diceres. q̄re dicit cōcipies in vtero. videt̄ eni sup̄fluū ponere ī vtero quia cōceptus nō fit nisi in vtero. Ad hoc dicendū q̄uis vter⁹ sit locus cōceptionis tn̄ ista est differētia inter ꝯcip̄e in vtero et ꝯcip̄e in vterū. q2 oēs mulieres cōcipiunt in vterū recipientes a viro semen in vterū

Sola aūt Maria cōcepit in vtero nō homine sed spūsancto in ea ꝯceptū operante. Vñ angelꝰ docēs modū ait. Spūsanctꝰ supueniet in te. Qđ sm̄ sanctū Tho. in. iij. di. iij. multipliciter exponitur. ¶ Primo superueniet in te. id est super possibilitatē et cursum nature dando fecunditatē et seruando virginitatē. Secūdo superueniet in te. id ē sup id qđ habes de plenitudine eiꝰ. qꝛ sicut olim impleuit mentē nūc implebit ventrē. Tertio supueniet in te. i. sup de celis veniet. qꝛ om̄e datū optimū desursum est. Quarto supueniet in te. id est supra merita tua ꝛ sup merita oīm creaturarum. Quinto superueniet in te id est sup oēs qui ante te fueruut Et quia in ipo cōceptu beata Maria nō habuit delectationē cū libidine vt habent cōmuniter mulieres. Ideo angelꝰ subiūgit. Et virtus altissimi obumbrabit tibi. id est refrigeriū prestabit ī eo cōceptu vt calorem libidinis nō sentias. sicut vmbra refrigeriū prestat cōtra calorē. Vel sic. Virtus altissimi scꝫ dei filius q̇ est patris sapientia ꝛ virtus. vt dicit̄. j. ad Cor. j obumbrabit tibi. id ē sub vmbra carnis latebit. qꝛ sub vmbra carnis latuit virtus deitatis. Scđo dñs tecū: ad prolē de te exaltandū. quod declarat exprimēs qualis erat nasciturꝰ ex ea. vocabis inq̇t nomen eius iesus. Scđm Nico. de lyra nō dicit impones. quia hoc nomen nō fuit impositum a Maria vel ab angelo: sed a deo patre sm̄ ꝙ fuit p̄dictum ab Esa. ꝓpheta. lxij. ca. Vocabitur tibi nomen nouū qđ os dñi noīauit. Sed istud nomen fuit diuulgatū ꝑ angelum ipi Marie et Joseph et ꝑ eos alijs Quantū aūt incarnatū ex virgine dñs exaltauerit ostendit apl's ad Phil. ij. dicens. Deus exaltauit illū et dedit illi nomen qđ est sup omne nomen. Et hoc angelus Gabriel exposuit subdēs. postq̄ꝫ dixit virgini Vocabis nomen eius iesus. hic erit magnus. Semp em̄ fuit magnus deus: sꝫ futurus erat magnꝰ homo et magnꝰ ꝓpheta. sicut Luc. vij. dicit̄. Propheta magnꝰ surrexit in nobis ꝛc. ¶ Et sic erit magnꝰ tribꝫ modis: quos angelus hic exprimit. Primo altissima nobilitate. Secūdo excellentissima dignitate. Tertio diffusiua famositate. Primo erit magnꝰ altissima nobilitate. Vñ angelus postq̄ꝫ magnus dixit subdidit. filius altissimi vocabit̄. id ē ipius dei q̇ solus est altissimꝰ. Ecce nobilitas altissima expressa. Quāuis autē dicat̄ Eccl. iiij. Eris filius altissimi obediēs scꝫ mandatis dei. aliter tñ q̄ꝫ iste. Nam sancti viri ꝛ obedientes diuinis mandatis sunt filij dei per adoptionē. sm̄ illud apl'i ad Gal. iiij. Misit deus filiū suū natum ex muliere ꝛc vt adoptionē filioꝝ dei reciperemus. Hic aūt est filius altissimi ꝑ eternā generationē Ista em̄ filiatio sm̄ Nico. de lyra. accipit̄ hic ꝑ naturā. In omnibꝫ aūt alijs q̄ꝫtumcūq̄ꝫ sanctis est tm̄ filiatio dei ꝑ adoptionē Secundo erit magnus excellentissima dignitate. ait ꝑ os Dauid. Ego ꝯstitutꝰ sum rex ab eo. Et Apoc. xx. dicit̄. ꝙ habet scriptum in femore suo: id est humanitate: rex regum et dñs dominantiū. Vñ ꝛ angelus subdit. Dabit illi dñs deus sedem Dauid patris eius. id est dignitatē regiam ¶

Sed hic dubitat̄. de quo regno loquat̄ an spūali an tēporali. De tpali nō videt̄ intelligendū: cū ipe dixerit Joh. xviij. Regnum meum nō est de hoc mundo sed nec de spūali q̇ scꝫ regnat ꝑ gratiā ī ecclesia. qꝛ inquantū homo nō cōfert gratiā. inquantum deus semꝑ habuit tale regnū spirituale. et sic ei nō fuit datū qđ habebat. Dicendum ꝙ xp̄s regnū tpale et spūale recepit in sua incarnatiōe. Nā etiā inquantū homo datū fuit ei dominiū totiꝰ mūdi: sm̄ ꝙ ipe dicit Mat. vl. Data est mihi oīs potestas in celo ꝛ in terra. sed nō ea est vsus pauperrime degens: vt nos suo exēplo induceret ad cōtemptū mūdi: Et isto modo regnum eius nō fuit de hoc mūdo. Regnū ṽo spirituale inquantū homo habuit. inq̄ꝫtū caput est ecclesie merito passionis nob̄ grām ꝓcurās et exemplo ecclesiā regēs et verbo Propter qđ ait pilato. Tu dicis: quia rex sū ego. et in hoc natus sum vt testimoniuꝫ perhibeā veritati. Nico. de lyra dicit ꝙ angelus hic loquit̄ de regno spirituali et celesti. quod figuratum fuit per regnuꝫ dauid tpale. sicut et celestis hierusalē ꝑ temporalem. Tertio magnus erit diffusiua famositate. Vñ prius dicebat̄ a ps̄. In israel magnum nomen eius scꝫ veri dei. sed post verbi incarnationē impletum est illud Malach. j. A solis ortu vsq̄ꝫ ad occasum magnū nomē meū in gentibꝫ. id est magna fa-

ma vbiq3 diffusa de magnitudine veri dei
incarnati. Magnus ergo dñs et laudabi-
lis nimis: et magnitudinis ei⁹ sc3 fame nõ
est finis. Et de hoc intelligit qd ait angel⁹.
Et regnabit in domo Jacob in eternũ. sc3
sup electos. De domo etiã abraam et isaac
aliqui fuerunt reprobati sicut ismael ꝛ esau
De domo aũt Jacob oẽs eius filij a san-
ctis doctoribꝫ inter electos sunt cõputati.
quia ꝛ si aliqui peccauerũt: egerunt postea
penitentiã vt dicit Nico. de lyra. Et regni
eius nõ erit finis: quia xp̃s nõ solũ inquã-
tum deus: sed etiã inq̃ntũ homo regnabit i
eternũ sup oẽs electos. etiã super angelos.
Christus em̃ nõ solu3 hoĩm sed ꝛ rex est et
dñs angelorũ. Vñ Matth. iiij. dicit. Ac-
cesserunt angeli et ministrabãt ei vt sc3 do
mino suo. Et ad Heb. j. Cũ introducit pri
mogenitũ sc3 xp̃m orbem terrarum dicit.
Adorẽt eum omnes angeli ei⁹. Regni igi
tur xp̃i q̃ regnat in ecclesia triumphãte sup
oẽs sanctos ꝛ angelos non erit finis. Re-
gni vero q̃ regnat in eccl'ia militãte erit fi-
nis: qñ sc3 finiet mund⁹: tũc nõ erit ampli⁹
ecclesia militãs. Tertio dñs tecũ: ad te vir
ginẽ matrẽ magnificandũ. Et hoc ipa ex-
pressit in cantico suo dicẽs. Fecit mihi ma
gna q̃ potẽs est S Triplici aũt mõ di-
citur magnum. Primo magnum dicit id ẽ
preciosum. Magnu3 quasi virtuosum. et
magnum id est famosum. Magnũ precio
sum: q2 incõmunicatũ mira includẽs sicut
nomen adonay nõ indicatũ patribꝫ. vel no-
men thetragrãmathon: immensa sacramẽ-
ta ꝛ diuinas ꝑfectiones includẽs. hoc mõ
dicit magnũ nomen Marie. id est p̃ciosu3
nomen: qd patet ex ipius interp̃tatiõe. vic3
q̃nq3 lr̃az: q̃ signãt M. qd est mater vni-
uersoꝝ. A. arca thesauroꝝ. R. regina celo-
rum. J. iaculum inimicoꝝ. vltimũ A. ad-
uocata pctõꝝ. Prosecutionẽ hoꝝ ꝑtrãseo.
Q etiã nomen marie sit virtuosum ꝯtra ꝑi-
cula ꝛ mala: et famosum ꝑ oĩa p3 ex supdi
ctis. et potes hic adaptare exẽpla. Quarto
et vltimo angel⁹ cõmendat Mariã a lau-
dis magnitudine cum dicit. Benedicta tu
in mulieribꝫ. vbi dicit Nico. de lyra. id est
pre omnibꝫ mulieribus vel sup oẽs mulie-
res. Bonauen. id est plus q̃ omnes mulie
res. Ideo sup oẽs mulieres benedicta. vir
gines. viduas. ꝛ ꝯiugatas. T Primo
sup oẽs virgines in tribꝫ. Primo q̃tu3 ad
votum virginitatis. q2 ipa primo virgini-
tatẽ vouit ꝛ seruauit. Secũdo in puritate
quã post xp̃m maiorẽ habuit inter omnes
homĩes. q2 ipa castitatẽ transfudit ĩ alios
homines in eam intuentes. Scribit em̃ de
ea q quis fuit pulcerrima mulierũ. tamẽ a
nullo potuit cõcupisci. Et illius assignan-
tur tres rõnes. Prima quia se taliter habu-
it in omnibꝫ verbis ꝛ factis q nulli dabat
occasionẽ peccandi: sed mouebatur cor cu
iuslibet ipam intuentis ad deuotionẽ ꝓpter
eius laudabilem vitam et bonũ exemplũ
et mores ꝛ ꝯuersationes bonas. ita adhuc
omnes virgines se regere deberẽt exẽplo
Marie: nõ statim assurgere ad amplexus
viroꝝ: eis arridere ꝛ cõfabulari. Scda ꝓ-
pter luminis claritatẽ q̃ de ei⁹ facie exibat:
ita q oẽs in admiratiõe3 ducebat et ad lau
dandũ deũ ex tam nobili et pulcra creatu-
ra. Tertia ratio. quia deus occultabat i ea
omnia que poterant esse incitamenta ad li
bidinem: et dedit gratiã illi vt oẽs eam in-
tuentes nõ inordinate mouerent: sed ad bo
num. q2 eius puritas alioꝝ corda medulli-
tus penetrabat: et in eis oẽs motus illici-
tos extinguebat. Istam puritatẽ non ha-
buit beata Agnes. nec Katherina. Barba
ra vel Margaretha ꝛc̃. q2 q̃uis nõ cõcu-
pierũt alios: tamen ab alijs sunt cõcupite.
vt patet in earũ legendis. Tertio est bñdi-
cta sup oẽs virgines in fecũditate: q2 vir-
go ꝛ mater extitit: q̃ nec primã similẽ visa ẽ
nec habere sequentẽ. Secũdo est bñdicta
sup oẽs viduas in tribꝫ que in viduis repe-
riunt. Primũ est libertas cõtemplationis.
Vñ de Anna vidua dicit Luc. ij. q tem-
plum frequentabat deo seruiẽs in orationi
bus die ac nocte. Secundũ bonũ est car-
nis maceratio. Nã dicit apl's. j. ad Thim.
iiij. Vidua in delitijs viuens mortua est.
Unde Judith vidua sancta ieiunijs insi-
stebat cõtinuis. Tertiũ est exercitiũ in ope-
ribus pietatis et misericordie: vt ostendit
apl's in dicto capi. Et vidua illa sareptana
Heliam de cibo necessario pauit. Hec oĩa
sine cõparatione fuerunt in beata Maria.
Nam ieiunia nõ solũ in lege mandata ser
uabat. sed ꝛm Ambro. alia addebat. tota
erat dedita orationi ꝛ cõtemplationi: xp̃m
pauperẽ de sua paupertate nutriuit. Ter-

tio est benedicta super omnes cõiugatas.
et hoc q̃tum ad triplex bonũ matrimonij
scz fidẽ. prolem. et sacramentũ. Primo q̃-
tum ad fidẽ. vt scz alter alteri seruet fideli-
tatẽ: nõ cõmiscendo se alteri. Beata maria
nõ soluz cum altero se nõ cõmiscuit. sz nec
cum sponso suo Joseph. quia ambo votũ
castitatis pfessi sunt. vt dicit Aug᷒. xxvij. q
ij. c. sufficiat. §. beata maria. Scḋo q̃tum
ad bonũ prolis qḋ sequit̃ ex cõiugio. ꝓpter
quod principaliter matrimoniũ est institu
tum. Nã proles aliarũ cõiugatarũ est pu-
ra creatura ⁊ peccator: sed ꝓles virginis ẽ
deus et homo sanctissim᷒. Tertio q̃tũ ad
bonũ sacramenti vicz q̃tum ad vnionẽ ⁊
indiuisibilitatẽ. Nã vt apl's dicit. Hoc au
tem dico magnũ sacramentũ ĩ christo ⁊ ec-
clesia. quod sacramentũ impletũ est in vte-
ro virginali in quo facta est vnio deitatis
cum nostra humanitate: que postea nunq̃
fuerũt separata ab inuicẽ: et sic permaxime
bonũ istud cõiugatoꝝ reperitur in virgine
Maria. Ideo benedicta super omnes mu
lieres cõiugatas. In fine angelice saluta-
tionis apposuit ecclesia. Et benedictus fru
ctus ventris tui. que fuerunt verba Eliza-
beth qñ Maria eam visitauit. Ideo autẽ
angelus non dixit illud scz benedict᷒ fruct᷒
ventris tui. quia nondũ fruct᷒ ventris fue
rat qñ eam salutauit. Eccl'ia aũt vt iam ex
hibitũ ⁊ maxime beate virginis cõmenda-
tiuũ hoc apposuit. Ponit̃ aũt cõiunctio co
pulatiua ⁊ vt notet inter benedictionẽ filij
et matris aliquã distinctionẽ. Ipa em̃ be-
nedicta est ꝓpter benedictionẽ fructus. vñ
sua benedictio descẽdit a benedictiõe filij.
Et hoc est qḋ Berñ. ait. Nõ ideo benedi-
ctus fruct᷒ ventris tui: q̃ tu benedicta. Sz
ideo tu bñdicta: q̃ benedictus fruct᷒ ven-
tris tui: qui est iesus christus filius dei. qm̃
ille in omnibus benedictionib᷒ te excellit.
nec in hoc laus matris diminuit̃: sed exal-
tatur in eo q̃ nõ tm̃ filiũ sibi genuit equalẽ
sed in infinitũ meliorẽ. qḋ etiam ex hac pte
quandã infinitã insinuat matris bonitatẽ.

V Nota tñ q̃ fructus ventris Ma
rie est benedictus ꝓpter triplicẽ benedictio
nẽ gratie q̃ fuit in xp̃o. Prima est gr̃a vnio
nis. de qua Joh. j. Verbũ caro factũ est et
habitauit in nobis et vidimus gloriã ⁊c. q̃
vnio statim facta est in vtero virginis qñ
dixit. Ecce ancilla domini: fiat mihi f̃m ⁊c.
vbi illa miracula facta sunt q̃ nũq̃ visa si-
ue audita prius aut posterius fuerunt nec
erũt. Primo instantanee spũssanctus con-
gregauit guttulas purissimi sanguis ma-
rie: et ex eis formauit perfectũ corpus pue
rile: et oĩa mẽbra corpis pfecte organisauit
vicz manus. caput. pedes ⁊c. licet vald ex-
ua vt vix visu discerni potuissent. vt dicit
magister in tertio. dist. iij. Secundo in eo-
dem instanti aĩa creabatur rõnalis ⁊ cor-
pori infundebat̃. et omnib᷒ gratijs et virtu
tibus ac donis perfectissime dotabat̃: sicut
et nũc in celis est dotata. Tertio in eodem
instanti secũda psona in diuinis scz dei fi-
lius corpori et aĩe vniebatur: et hoc p gra
tiam vnionis. Scḋa bñdictio gr̃e q̃ fuit in
christo dicit̃ gratia capitis. per quã in cor-
pus ecclesie influit sensum fidei rationẽ et
motũ operatiõis bone. De q̃ dicit̃ Joh. j.
De plenitudine eius oẽs accepimus gratiã
p gratia. de q̃ etiã dicit̃ in ps̃. Impinguas-
ti in oleo caput meũ. Tertia gratia est ple
nitudinis singularis. Ceteri em̃ sancti ha-
bent gratiã ad mensurã: christus autẽ sine
mẽsura. Vñ dixit Johes baptista de xp̃o
Joh. iij. Nõ em̃ ad mensurã dat deus spi-
ritũ. Et ps̃. Vnxit te de᷒ deus tuus oleo le
ticie pre cõsortib᷒ tuis ⁊c. Patet ergo quia
benedictus fructus ventris Marie. Cui
gratias agamus dicentes. Gloria tibi do-
mine.

De annunciatiõe btẽ Marie virginis.
de euangelio. Sermo XXXVIII.

Ngressus an-
i
gelus ad eam dixit. Aue gratia
plena dñs tecũ ⁊c. Luc. j. Ex q̃
f̃m iura matrimoniũ nõ ꝯtrahi
tur nisi ꝯsensu vtriusq̃ cõtrahentiũ interue
niente. vt in. c. cum locũ. et in. c. cum apud.
et in. c. si inter. de sponsa. et. xxvij. q. ij. suffi-
ciat. ideo nec lex nec ius habet vt sponsam
quis accipiat q̃tumcũq̃ magne auctorita
tis existat nisi prius sup hoc virginis quã
in sponsam desiderat cõsensum acquirat.
et hic mos est apud omnes. Volens itaq̃
deus pater habere sponsaz in hoc mundo
ex q̃ filiũ haberet in carne humana: nequa
q̃ hoc sine cõsensu virginis quam ab eter-
no preelegerat perficere voluit: sed legatio-

nem ad eam misit vt eius cõsensum exquireret: quo habito ipa mater filij sui vnigeniti fieret. Angelus igit Gabriel missus ad hanc legationē exequendam: ingressus ad sponsam virginē Mariam eā salutando dixit. Aue gratia plena dñs tecum benedicta tu in mulierib⁹. vbi thema. In verbis pmissis duo tanguntur. Primo apparitio angelice claritatis. ibi. Ingressus angelus. Secundo salutatio virginee dignitatis. ibi. Aue gratia plena. Circa primū quattuor sunt videnda. Primo q̄s sit ingressus. secundo qñ sit ingressus. tertio in q̄ loco. quarto quomodo ꝛ qualiter sit ingressus. A Circa primū q̄s angelus sit ingressus: soluit euangeliū. q2 angelus Gabriel. Sed quare p angelū facta est ista annunciatio et nō p hoīem. Rñdet Symon de Cassia. Primo q2 q̄libet homo fuit peccator: sed opus incarnatiōis debebat hominem soluere a peccatis. ideo magis cōgruum fuit mittere angelum q̄3 hominem Secūdo quia missio ista fuit ꝑpter reuocationem ad regnum celoꝝ. Idcirco celestis ciuis mitti debebat. Tertio quia per incarnationem dñi etiam angelica ruina reparanda erat: vt de cetero pax esset inter angelos et homies. In huius ergo figurā tempore natiuitat̄ gaudētes angeli cantabāt. Gloria in excelsis deo, et in terra pax hoībus ꝛc. B Sed diceres. quare gabriel ꝛ nō alius. Respōdet Berñ. sup missus est: q̄ propter duas rationes. Prima ratio q2 annūciabat fortem: id est christū. et op⁹ quod annūciabat requirebat virtutē fortis: q2 potentiā diuinam. Sed Gabrel ꝫm Berñ. fortitudo interpretat. Nā per opus incarnatiōis virt⁹ altissimi manifestat. ergo merito p fortitudinē annunciat. Nā p hoc opus fortissima vicit. Primo diabolū. Jo. xij. Nūc pnceps mūdi ejiciet foras Scđo mundū. Joh. xvj. Cōfidite ego vici mundū. Tertio oēm intellectū creatum angeloꝝ ꝛ hoīm. Aug. ser. de annunciatōe dicit. Est stupēdū miraculū excellēs omnē intellectū q̄ in cherubin est terribilis ꝛ oībus angelis est incōprehensibilis conceptus est in aluo ꝟginis. Unde virginē cōcipere et parere superat omnē legem nature. merito ergo Gabriel id est dei fortitudo mittitur. Secunda ratio quia mittebatur ad fortem. De qua puerb. vlt. Mulierem fortē quis inueniet. et postea sequit. Et de vltimis finib⁹ precium eius. quod ꝓprie nō nisi de beata virgine verificat q̄ deū ꝛ hominem in infinitū distantes in se cōplexa ē ps. A summo celo egressio ei⁹. C Circa secundū quo ad tempus qñ sit ingressus aut missus quinq3 sunt consideranda. videlicet quo anno. quo mense. qua bebdomada. qua die. qua hora angelus sit ingressus ad Mariam. Quo ad primū: hoc est q̄ anno. dicunt doctores q̄ fluxis a pncipio mūdi annis q̄nq3 milib⁹. cxcix. Isto igitur vltimo anno facta est hec legatio. Sed q̄ ad secundū sc3 quo ad mensem: dicunt q̄ in mense marcio. et allegant illius plures rationes. Prima ratio: q2 mensis iste dictus est mensis nouoꝝ. Exo. xxij. Et ꝑpter hoc in ipo mense debuit illud nouum fieri sup terram. de quo Hiere. xxxj. Nouum faciet dñs super terrā: femina circūdabit virum sc3 gremio vteri sui. Secūda ratio. quia in mense isto incipit terra renouari interre nascentibus. ipe eñ debebat oīa renouare. Apoc. xxj. Ecce noua facio omnia. Tertia ratio: quia in mense isto incipiunt arbores florere ꝛ apparere flores. et ꝑpter h̄ flos nō debuit cōueniēti⁹ ꝯcipi nisi tpe floris. Cañ. ij. Ego flos campi ꝛ liliū cōualliū. Quarta ratio est ꝫm Bedā. q2 in hoc mense est equinoctiū vernale: et tunc dies incipiūt fieri longiores noctib⁹. In ꝯceptiōe aūt christi nox recessit: dies aūt appropinquauit. et sic iste mensis qñ angelus ingressus est fuit sextus post cōceptionē Johannis baptiste: q̄ fuit cōceptus ī fine septembris. Saluator vero in marcio. Sed q̄ ad tertiū sc3. bebdomadā colligit ex dictis btī Augustini in. iiij. de trini. q̄ vltima bebdomada pnominati mensis. Cuius rō est ꝫm eundē. ad designandū q̄ in vltimo tpe christ⁹ incarnari voluit sc3 in tpe gratie. De q̄ Abacuc. ij. Apparebit in fine si morā fecerit expecta eum: q2 veniēs veniet. Quo ad quartum dicunt q̄ feria sexta. que est. xxv. marcij. quia illo die creatus est pmus homo. ꝛ sic merito hac die concipi et nasci debuit. qua die regenerandus erat homo per eius passionem. Ea etiam die reuolutis. xxxiij. annis etatis sue crucifixus et mortuus est p nobis ꝫm Aug⁹. Et ideo pre ceteris in

maxima deuotiōe habenda est, et vbiqꝫ ꝓpter reuerentiā eius abstinet a carniū esu. de ꝯsē. dist. iij. de esu. Antiquit⁹ em̄ ieiunabatur ita vt xp̄m crucifigere putaret q̄ sanus nō ieiunasset. de cōse. dist. iij. ieiunia. Sed q̄ ad quintū hoc est q̄ ad horam diei dicūt cōiter doctores et maxime Franciscus maronis ꝙ hora cōpletorij fuit ista annunciatio incepta. Sed hora matutinali fuit incarnatio celebrata. Sic scribit Sapien. xviij. Dum mediū silentiū teneret oīa et nox in suo ⁊c. Et hoc repñtat ecclesia i campana quā mane ⁊ vespe pulsare ordinauit ad huius rei memoriā. Et dicūt aliq̄ doctores ꝙ locutio angeli cū virgine durauit ab hora cōpletorij vsqꝫ ad mediū noctis. Et sufficit beati Luce verboꝝ scribere substantiā. Sicut in multis exēplis scp̄ture habem⁹ ꝙ illa que longissimo tempore sunt peracta breui pagina sunt descripta.

Circa tertiū in quo loco sit ingressus. Soluit euangeliū: q2 i ciuitate galilee cui nomen Nazareth. Ideo aūt ista annūciatio ⁊ ꝯceptio xp̄i fieri debuit in ꝓuincia galilee ⁊ nō in iudea. quia in galilea cohabitabāt gentiles cum iudeis in signū ꝙ vtrūqꝫ populum vellet redimere. ad Ephes. ij. Ipse est qui facit vtraqꝫ vnum. Et facta sūt in ciuitate Nazareth quod interpretatur flos. ad significandū ꝙ verus flos id ē christus cōciperet in flore id est nazareth. et de flore id est de beata virgine. et cum floribꝰ id est tempore florū. Quantū aūt ad locū habitatiōis dicēdū ꝙ fuit ingressus ad domum vbi habitabat beata Maria. Dicit em̄ euangeliū. Ingressus angelus ad eā scꝫ ꝑ ostium domus sue. ¶ Circa q̄rtum quomodo ⁊ qualiter et in qua forma ingressus sit ad eam. dicit sanct⁹ Tho. iij. parte. q. xxx. ꝙ in specie corporali apparuit virgini marie. Et hoc ꝯueniēs fuit. primo q̄ntum ad id qđ nunciabatur. Venerat em̄ angelus nunciare incarnationē inuisibilis dei vnde etiam cōueniens fuit vt ad huius rei declarationē inuisibilis creatura scilicꝫ angelus in sua substātia inuisibilis oculis nr̄is corporeis: formā assumeret in q̄ visibiliter appareret. cū etiam oēs apparitiōes veteris testamenti ad hāc apparitionē ordinētur q̄ filius dei in carne apparuit. Secūdo hoc cōgruum fuit dignitati matris dei q̄ non solū mente sed in corporeo ventre erat dei filiū receptura. Et ideo nō solū mens eius sed etiam sensus corporei erāt visione angelica refouendi. Tertio cōgruit certitudini eius qđ nunciabat. Ea em̄ q̄ sunt oculis subiecta certius apprehendimus q̄ꝫ ea que imaginamur. Vn̄ Chrys. sup Mat. Ex angel⁹ nō in somnis imo visibiliter virgini astitit. Nam q2 magnā valde relationem ab angelo accipiebat: egebat tante rei euentus visione solenni scꝫ corporali. Apparens aūt angel⁹ in specie corporali quā ipe assumpsit ex aere densato se obtulit virgini in forma humana magis q̄ꝫ in alia forma corporea. Quia debebat eam locutiōe de mysterio incarnationis informare. sed nullum sensitiuū est locutiuum nisi homo. Sic ergo voce humana locutus est vt patet ex euangelio. Licet em̄ angelus nō haberet dentes naturales vt homo nec palatum nec guttur vel pulmonē: ex q̄bus formatur vox humana. tn̄ et sine illis potuit formare vocem humanā id est similē ei. sicut et cum facta est vox de celo q̄ audita est Matth. iij. Hic est filius meus dilect⁹ ⁊c. in aere: vbi illa instrumenta vocis humane nō erant. Decuit em̄ vt sicut illuminatione inuisibili mens eius illustrabatur et inflammabat a deo: ita etiam ⁊ visioue clara ⁊ locutiōe sensibili oculi ei⁹ ⁊ audit⁹ ei⁹ ⁊ oēs sensus ei⁹ reficerent in dn̄o. Et hec forma humana fuit in sexu virili s̄m Albertum. quod patet ex eo ꝙ in omnibus alijs apparitionibꝰ angelorum figuratiuis hui⁹ annunciationis angeli apparuerūt in forma virorum. vt quando apparuerūt tres viri id est angeli Abrae Gen̄. xviij. Et rō est s̄m Albertū. quia sexus femineus nō est illuminatiuus: sed magis illuminabilis s̄m apostolum dicentem. Mulieres in ecclesia taceant: sed domi viros suos interrogent. Similiter. j. ad Thimo. ij. Mulieri docere nō permitto. Unde cum illuminās inquantū huiusmodi dignior sit illuminato: fieri debuit beate marie in sexu digniori scilicet virili. Missus autem angelus apparuit in forma humana virili: non quidem in etate puerili nec senili: sed iuuenili. Cuius ratio est s̄m Albertum. Quia senex inquantū hmōi: dicit effectum et similiter puer. Sed iuuenis dicit nouitatē cū per-

fectione. Hic aũt annunciabat ille qui fuit nouus sm humanitatẽ: pfectus sm diuinitatẽ. Ergo in specie iuuenili debuit nũciare Ingressus etiã credendũ est apparuisse indutus: quia in scripturis sic leguntur apparuisse. Nam in resurrectiõe viderũt mulieres in monumento duos angelos in vestibus albis sedentes. Et post ascensionẽ christi immediate apparuerũt duo viri in vestibus albis. Act. j. Et dicit Albert⁹. q appa ruit angelus iste in veste clara nõ alba nec nigra vel rubea. Quid aũt ãgelus repperit virginẽ agentem in ipa hora sui ingressus: dicit Franciscus maronis. Virgo a iuuẽtute litteras didicit ꝛ legebat illud Esa. vij Ecce virgo cõcipiet: cepit desiderare si fieri posset q esset illius virginis ancilla. ꝛ occupauit se cum defectib9 humani generis: et deinde dedit se in orationẽ vt cito omnipotens pater vellet ostẽdere ineffabilẽ misericordiã suã generi humano: et per filium suum vnigenitũ illud redimere: et per orationẽ venit in cõtemplationẽ. Sola ergo deo dedita flexis genib9: eleuatis oculis: maxillis lachrymis perfusis. Sic ergo spiritualiter deo vnita ingressus est angel⁹ ad eã. Et vt dicit Berñ. ianuis clausis. vt mõstraret se angelũ nõ hominẽ. et hoc potuit pter nature sue subtilitatẽ et assumpti ethe rei corporis qualitatẽ. Suspicandũ igitur nõ est dicit Berñ. q apertũ ostium angel⁹ inuenerit virginis: cum nimirũ in pposito erat frequẽtias hominũ fugere. vitare colloquia et accessus virorũ. Et dicit Berñ. q hec apparitio angelica fuerit nimis insolita: quia in forma hominis cum ingẽti lumine. Unde credendũ est q maria multotiens vidit angelos sed nũq̃ in tanta claritate. E Quantũ ad secundũ in quo tangit salutatio virginee dignitatis. Nota q angelus in hac salutatione virginẽ gloriosam ex quattuor principaliter cõmendauit. Primo a vite innocentia. et hoc tangit cum dicit. Aue id est sine ve. et hoc tripliciter. Primo fuit sine ve triplici cui subiacet totuz femineũ genus. scz ve pudoris. laboris. et doloris. Fuit enim sine ve pudoris in ꝯceptione. sine ve laboris in gestatione. sine ve doloris in parturitione. Nam teste Berñ. Fuit sine corruptione fecunda. sine grauamine grauida. et sine dolore puerpera. Ratio autem quare fuit sine ve pudoris: quia eius cõceptus fuit sine corruptione nõ humano semine sed mystico spiramine. Ideo dicitur in euãgelio. Spiritussanctus supueniet in te. Ratio secundi. q2 virtus altissimi obumbrabit eam. et ideo gestatio sine grauamine quã sustentat virtus altissimi. Ratio tertij. quia quod nascet ex te sanctũ. Ideo partus sine lesione quia soli principi seruata est illa porta quã nõ violauit egrediẽs: sicut nec ingrediẽs. Ezech. xliiij. Hac triplici maledictione nulla mulier immunis natura fuit nisi sola virgo benedicta. Vñ Eue Geñ. iij. dictũ est. Multiplicabo erumnas tuas et cõceptus tuos paries in dolore filios tuos. Secũdo fuit beata virgo imunis a generali ve. cui subiacet totum genus humanũ. scz ꝯcupiscentie culpe et pene. De q̃ Apoc. xviij. Aquila clamabat ve ve ve habitantib9 in terra. Fuit ergo beata Maria sine primo ve. q2 sine cõcupiscentia originalis peccati. quia sine eo concepta est. Cañ. iiij. Tota pulcra es amica mea et macula ꝛc. et sic nullã habuit inclinationẽ ad peccatum. Secundo fuit sine ve culpe et venial' ꝛ mortalis. Vñ Aug⁹. in libro de natura et gratia. Cũ de peccatis agitur nullam de matre domini volo fieri questionẽ. Excepta ea si omnes sancti cõgregarentur ꝛ quererent ꝛc. Tertio fuit sine ve pene que est in separatione anime a corpore que est incineratio ꝛ corporis dissolutio. Nam sicut dominus nõ dedit sanctum suum videre corruptionẽ: id est christũ. sic nec sanctam suam de qua natus est sanctus: sed corpore et anima in celum assumpta est. Tertio insuper modo beata virgo imunis est ab alio triplici ve cõmuni. De quo. j. Jo. ij. dicitur. Omne qd est in mundo aut est cõcupiscentia carnis aut ꝯcupiscẽtia oculorum. aut supbia vite. Auariciã nãq3 exclusit p paupertatẽ. Luxuriã p virginitatẽ. Diabolũ vero scz supbiã p humilitatẽ. q2 has virtutes in se pfectissime habuit. Bene ergo dixit angelus. aue. q2 fuit sine oĩ ve. sicut p oppositũ Eua fuit plena omni ve. Ideo dicit Aug⁹. q cõuenienter in Eua reuersatum est Aue. q2 vertendo eua sonat aue. F Secundo cõmendauit eã angel⁹ a gratie excellentia: cũ dixit. Gratia plena. Ubi nota duplex est

gratia. Prima est gratia gratū faciēs q̄ di-
citur charitas infusa: sine q̄ nemo est acce-
ptus deo ⁊ q̄ inter oīa dona a deo creata
est excellentissimū donū, vt dicit Aug. De
illa principaliter loquit̄ angel⁹. Berñ. Ita
copiose est ei collata gr̄a q̄ oēm vitā suam
custodiuit: et ab oī culpa veniali ⁊ mortali
Ideo Aug⁹ dicit. Quid dignius hac vir-
gine q̄ trāscendit merita oīm mortaliū etiā
angeloꝝ. Alie sunt gratie gratis date: que
licet oībus hominibꝫ a deo gratis dantur:
nō tñ hominē ſm se gratificant oēs simul
nec aliq̄ earum: sed ad multa alia. sic hmōi
gratie possunt dici omnes virtutes alie a
charitate. Maria ḡ nō solū habuit donū
gratie principalis gratū facientis. sed etiā
plenitudinē gratiarū gratis datarū. De q̄
Hiero. in sermone de assumptiōe sic inq̄t.
Si diligenter attendis nil est virtutis qd̄
nō resplendeat in virgine Maria. vñ ipsa
fuit humillima. Berñ. Si maria humilis
nō fuisset spūsctūs sup̄ eam nō quieuisset
nec eam impregnasset. Esa. vlti. Sup̄ quē
requiescet spiritus meus nisi super quietū
et humilē. Itē fuit castissima. Berñ. Tan-
te fuit puritatis ꝙ nec angelica puritas au
sa est ei se cōparare. Idem. Nec astra mū-
da sunt in ꝯspectu eius. Tanta mundicia o
maria deus carnē tuā mundauit vt etiā sue
diuine pietati eā cōglutinare nō despexit.
Item fuit mitissima. Berñ. Nil austerum:
nihil terribile in ea: tota suauis et mit. Itē
fuit misericordissima. Igna. Maria oīm
operum pietatis vnicuiqꝫ aliq̄d ministrat
miseris et afflictis est coafflicta. Et hec mi-
sericordia non est in beatitudine diminuta
sed perfecta Sic ergo merito a gratie excel
lentia cōmendat̄ et dicit̄ plena gr̄a. G

Circa hoc cadit dubiū. Legit̄ ei ꝙ chri-
stus fuit plenus gratia Joh. j. Similiter
maria ⁊ discipuli ī die penthecostes. Act.
ij. Et beat⁹ stephan⁹ Act. vj. Que est ergo
differētia isti⁹ plenitudinis. Rñdet ꝙ qua
druplex est plenitudo gratie. Prima supef-
fluentie. scd̄a excellētie. tertia abundantie.
quarta sufficiētie. Prima plenitudo gratie
dicit̄ supeffluentie: illa fuit in xp̄o ſm ꝙ ca-
put est eccl'ie: et exuperāter redundat in ali
os vt fons scaturiēs. de q̄ Joh. j. Vidim⁹
eū plenū gr̄a ⁊ veritate. et de plenitudīe ei⁹
oēs accepim⁹. Illa plenitudo gr̄e excludit
potentiā peccandi: q: pctm̄ est defect⁹ gra-
tie. De q̄ dr̄ ad Col. j. In christo cōplacuit
omnē plenitudinē diuinitatis inhabitare.
q: habuit omnimode omnē pfectionē. Jo.
iij. Nō ad mensurā datus est spūssanctus.
et sic nullo modo potuit peccare. q: pecca-
tum est recessus a deo: et per se fuit deus. ⁊
sic ip̄e a seipo recedere nō potuit: et sic nec
peccare. Unde. j. Pe. ij. Peccatū nō fecit:
nec inuentus est dolus in ore eius. et talis
plenitudo gratie nō fuit in beata virgine.
Secunda est plenitudo excellentie. scꝫ spe
cialis p̄rogatiue gratie: qñ aliqua creatu-
ra ex speciali dono ⁊ dei gratia priuilegiat̄:
ꝙ sibi ꝯferunt̄ oēs virtutes q̄ ipam nō so-
lum custodiūt a peccato mortali sed etiam
veniali. Illa erat ī maria vt hic ī themate.
Berñ. in sermone. Cogitis me ⁊c̄. Ceteris
sanctis gratia p̄ partes prestat̄. Marie se si
mul infudit tota gratie plenitudo. Et ideo
bñ circundabāt eā flores rosarū et lilia cō-
ualliū vt virtutibꝫ ꝟtutes fulciant̄. Tertia
est plenitudo abundātie. Illa fuit in aplis
Act. ij. Repleti sunt oēs spūsctō: ⁊ ceperūt
loqui magnalia ⁊ ei varijs linguis ⁊c̄. ita vt
mirarentur iudei. Illa gratia ꝯsistit in hoc
ꝙ q̄s nullū peccatum mortale cōmittit: ⁊
magnū hꝫ ardorē ad bona opa virtuosa et
ad oīa deo placita ita ꝙ etiā talis raro pec
cet venialiter. Istam etiā habuit btūs ste-
phanus Act. vij. Judei nō poterāt resiste-
re spiritui et sapientie q̄ loquebat̄ in eo ⁊c̄.
Quarta est plenitudo sufficiētie quā vnus-
quisqꝫ habet electoꝝ intantū ꝙ sibi ip̄i suf-
ficit ad salutē. Et sic Elisabeth repleta est
spiritusancto. Sic ⁊ Zacharias Luc̄. j. Et
sic Symeō Luc̄. ij. Tertio cōmendauit eā
angelus in salutatiōe sua a diuina assisten
tia cum dixit. dominus tecū. H Ubi
nota ſm magistrum in primo. deus dici-
tur esse in omnibus rebus creatis triplici-
ter. scilicet per essentiam. presentiā. ⁊ poten
tiam. ⁊ ī sanctis suis quarto modo scꝫ p̄ in
habitantem gratiā: vel hic inchoatā: vel in
futuro cōsummatā. De quo dicitur Joh.
xiiij. capi. Si quis diligit me ⁊c̄. et ad eum
veniemus et mansionem apud eum facie
mus. Omnibus his modis erat dominus
in beata maria pfectius q̄ꝫ in ceteris omni-
bus. Dicitur em̄ deus esse in creaturis per
essentiam inquantū p̄ suū cōtinuū influxū

cõseruat creata in esse. Unde Gre. Omnia in nihilum redirent nisi ea manus omnipotentis sustentaret. Quanto autẽ aliq̃ creatura habet perfectius esse: tanto magis põt dici deus ibi inesse per essentiã. Unde magis ĩ homine q̃ȝ in brutis. Et qr btẽ Marie dedit nobilissimũ esse: qr optime formata et cõplexionata super omnes. ideo super oĩa creata dñs tecum. Per p̃sentiã dicit deus in oĩbus esse: quia nouit oĩa intima creature. Oĩa eñ nuda et apta sũt oculis eius. Heb. iiij. Sed in btã virgine fuit p̃ p̃sentiã non solum qr vidit oĩa secreta eius affectus et cogitatus oculo cognitiõis: sed oculo approbatiõis oẽs actus eius interiores et exteriores vt sctissimos approbauit. Per potentiã dicit esse in reb9: qr omnib9 dat vitutem operãdi. Unde Joh. xv. Sine me nihil potestis facere. Et qr virtutem dedit operãdi btẽ Marie p̃fectius q̃ȝ alteri pure creature ideo ꝛ perfectius q̃ȝ in alijs dominus tecuȝ. Per gratiã est in sctis. j. Joh. iiij. Qui manet in charitate ĩ deo manet ꝛ deus ĩ eo. Sȝ certe nullus põt eq̃ri btẽ Marie in charitate. Cañ. j. Introduxit me rex in cellã vinariã. scȝ gratie sue abundantissime: et ordinauit in me charitatẽ. Sed vltra dictos modos essendi fuit dñs cuȝ maria mõ inaudito a seculis stupendissimo. scȝ per p̃sentiam corporalẽ qñ verbũ caro factũ est. Et de qua nisi de virgine maria ait Berñ. Et ſm hoc exponit: dñs tecum. scȝ cito erit incarnandus. Berñ. Licet cũ oĩb9 sanctis sit dñs: tñ singulariter et singulari p̃rogatiua est cum Maria. Singulariter. i. singulari modo. scȝ per cognitionẽ nature qñ scȝ nature virginis in vtero eius vnita est natura diuina. Hiero. Jã cũ virgine erat q̃ ad virginẽ mittebat. dñs vbiq̃ȝ p̃ essentiã. i celis per apparentiã. in angelis p̃ p̃sidentiã. ĩ sanctis per gratiã. in assumpta humanitate per vnionẽ. sed in virgine p̃ totius deitatis p̃sentiã ꝛ corpalẽ existentiã. Merito potuit dicere: dñs tecum. ¶ Quarto eã cõmendauit a feminea refulgentia. i. celebri fama. ibi. Benedicta tu in mulierib9. id est sup̃ omnes mulieres. Et hoc q̃ntum ad triplicem gradũ benedictiõis ĩ genere mulierum: ad quorũ tertiũ gradum nulla alia mulier attingere potest. Primus gradus est q̃ mulier est fecunda sed nõ virgo. Secundus q̃ virgo sed nõ fecunda. Tertius q̃ virgo simul et fecunda. Duo primi cõueniunt ceteris mulierib9. tertius est solius marie priuilegiũ. Et p̃pter hoc dicitur Luc. x. Maria optimaȝ partẽ elegit. Bona pars q̃ fecunda: melior q̃ ṽgo. optima q̃ simul virgo et fecunda. Ideo Ansel. O benedicta ꝛ sup̃benedicta p̃ te benedicitur omnis creatura. Alique mulieres sunt benedicte: quia virgines sed nõ fecunde. Alique vero sunt fecunde sed non virgines. Tu vero es sup̃ oẽs bñdicta: qr simul ṽgo et fecũda. Secũdo dicitur benedicta sup̃ oẽs mulieres. qr ipa exempta fuit a triplici cõmuni maledictione mulierũ parientiũ. scȝ amissionis virginitatis in cõceptione. laboris in gestatione. et doloris in parturitione vt dictũ fuit in verbo Aue. Reuera nõ solum super omnes mulieres: sed et sup̃ omnes viros post christũ. Nec solum sup̃ omnes viros sȝ et sup̃ omnes angelos et vniuersaliẽ super omnẽ creaturã aliam a christi hũanitate: eo q̃ a verbo assumpta est. Aliter potest exponi. Benedicta tu in mulierib9. idẽ inter mulieres vel a mulierib9. Et hoc p̃pt triplicem benedictionẽ quam habent mulieres per ipam cõtra tria mala a quibus liberate sunt mulieres p̃pter beatam virginẽ. Primũ fuit verecundie. que eñ mulier ausa fuisset apparere: cum per mulierẽ perditum fuerit totum genus humanũ. Unde ĩ signũ huius datur eis velũ in capite. Sed ab hac verecundia Maria mulieres liberauit: dum per ipam saluatũ est totum genus humanuȝ. Secundũ malũ fuit legis maledictũ ſm quã maledicta erat oĩs mulier q̃ nõ p̃duceret semen in israel. Qd̃ maledictum aboleuit virgo dum primo obtulit deo suã virginitatẽ. ps. Adducent regi virgines post eam. id est virginẽ: q̃ prima regi virginitatẽ dedicauit. et proxime eius. id ẽ vidue et cõtinentes: q̃ sũt p̃xime virginib9 offerent tibi christe. Tertiũ maluȝ est deiectio nature siue cõditionis. Est eñ naturaliter deiecta et infirma cõditio mulier. Unde prouerb. vlt. Mulierẽ fortẽ q̃s inueniet q̃si diceret. Nullus vnq̃ȝ vllã. sed certe post illud prouerb. dr. Inuenta est vna mulier fortis cuius p̃cium p̃cul et de vltimis finib9: quia de ipso sinu patris et limo terre precium redemptionis cõcepit in suo vtero. Et

hec sua fortitudine supplantauit diabolū. Unde Gen. iij. Ipa cōteret caput tuum ⁊ cessauit abiectio mulierū. Propter hec tria dicit ei in ꝑsona Judith. xv. Tu gloria hierusalē. ⁊ hoc est ꝯtra verecundiā Eue. Tu leticia israel: ꝯtra maledictū legis. Tu honorificētia populi nostri cōtra abiectionē obprobrij. Merito ergo debet benedici a mulieribꝫ: et plus cōtinuare angelicā salutationē q̃ȝ viri. k Circa hanc salutationē nota ꝙ nūq̃ȝ pōt homo dulcius: gratius ⁊ excellentius beatā virginē salutare seu laudare q̃ȝ hac salutatiōe quā ipe deus pater dictauit ⁊ ꝑ angelū ei destinauit. Et sunt q̄nqꝫ q̄ nos debēt inducere ad frequēter dicendū hāc salutationē. Primo ꝓpter debitū. Salutatio em̄ debet̄ p̄cipue amicis et bn̄factoribꝫ. et sic ex debito tenemur eam salutare. qꝛ multa beneficia dilectiōis ⁊ signa nobis exhibuit et hodie exhibet in salutē. Exemplifica de magnis laboribꝫ filij In ipa hꝫ locū illud ad Ro. vi. Salutate mariā que multū laborauit in vobis id est in oīm vestrū salutē. Scd̄o ꝓpter eiꝰ bn̄placitū. et hoc maxime cū illa salutatiōe angeli in q̄ magnā hꝫ cōplacentiā tanq̃ȝ in ep̄la celesti i qua recolit̄ exordiū nr̄e redemptionis: redēptio captiuoꝝ: victoria hostium. Exemplū de quadā moniali cui apparuit beata virgo in lecto quiescenti ⁊c̄. Tertio ꝓpter salutationis fructū. vn̄ sicut hec salutatio virgini Marie summe placet: sic ipa ei dicētibꝫ valde remunerat sic̄ legit̄ in plurimis exemplis. Unuȝ de muliere militis depauperati qui deum negauit. Alterum de milite facto monacho de cuius tumba post mortem suam lilium ex eius ore creuit. Quarto propter cauere ingratitudinis vicium. summa em̄ ingratitudo est multa bona suscipe et nō cognoscere ⁊ regratiari. Quinto ꝓpter diaboli suppliciū. qꝛ ipse inuidus turbatur cum videt et audit ꝑ quid homo salutē est cōsecutus quā ipe amisit. Bern̄. Celum ridet. angelus gaudet. mundus exultat. infernꝰ cōtremiscit. demones fugiunt cū dico. Aue maria. Exempluȝ de quadā reclusa cui demō aliquoties in forma boni angeli apparuit. Nō solū diabolo displicet illa vocalis orō sed singula ỽba q̄ in ea ꝯtinent̄. Prosequere vt i the. no. de sctis. sermone. lxix. in fine.

De cena dn̄i vel corꝑe xp̄i. de euangelio et epistola. Sermo XXXIX

Ecipite et co-

a meditte: hoc est corpꝰ meū. Uerba sunt saluatoris nostri Mat. xxvi. ca. trāssumptiue. i. Cor. xi. et legit̄ hodierna die i ep̄lari officio. Ostēdit nobis dn̄s nr̄ iesus xp̄us ardentissimā charitatē suā nō solū in cruce ⁊ in passione verū etiā in multis alijs diuersisq̃ȝ modis. et potissimū cū instituit sanctissimū sacramentū p̄ciosissimi corꝑis ⁊ sanguinis sui. Transiturꝰ em̄ saluator nr̄ de h̄ mūdo ad p̄rēȝ: nouit discipl'oꝝ fragilitatē ⁊ oīm seq̄ntiū: more pij p̄ris filijs suis puidit de viatico sui p̄ciosissimi corꝑis ⁊ sanguīs mediāte q̄ roborati possint potēter ꝑ iter huiꝰ mūdi venire ad eternā beatitudinē. q̄re illō eis sumendū cōmisit dicēs. Accipite ⁊ comedite. A In ỽbis p̄missis duo innuūtur. Prīo gratiosa donatio saluatoris. ibi. Accipite. Scd̄o subiūgit̄ miraculosa refectio pctōris. ibi. et comedite hoc est corpꝰ meū. De p̄mo dicit. accipite. O q̃ȝ gratiosa ⁊ amorosa donatio. Nā cōparādo gradus diuine largitatis q̃ȝtū ad donū: tūc iste est summꝰ graduū. Primus gradus amoris ⁊ donatiōis est ꝙ largitꝰ ē homini celū et terrā et oēs irrōnales creaturas ad obediendū. ps̄. viij. Oīa subiecisti sub pedibꝫ eius. Eccl. xvij. Deꝰ creauit hoīeȝ de terra et dedit ei potestatē eoꝝ q̄ sunt suꝑ terram: et dixit Gen̄. j. Dominamini piscibꝫ maris et volatilibꝫ celi. Cuius donationis recolit Aug. dicēs. O aīa mea dilige deū q̄ dedit tibi celū cū syderibꝫ. aerē cū volatilibꝫ. aquā cū piscibꝫ. terrā cū germinibꝫ. totū mundū cū oībꝫ q̄ in eo sunt. Scd̄s gradꝰ amorose donatiōis ē ꝙ dedit hoī nobilissimas creaturas aīe rōnali celestes. i. angelos ad ministrandū. ad Heb. j. Oēs sunt administratorij spūs ⁊ in ministeriū missi ꝓpter eos q̄ hereditatē capiunt salutis. Hiero. Magna dignitas aīaꝝ ꝙ vnaqueq̃ȝ aīa habet vnum angelū ad custodē sibi deputatū: De q̄ dixit saluator Matth. xviij. Angeli eoꝝ sꝑ vidēt faciē p̄ris mei qui est in celis. Ubi dicit Augꝰ. Dicunt̄ angeli nr̄i qꝛ nobis seruiūt ⁊ nos cōciues suos hr̄e cupiūt. Tertius gradus amorose donatiōis est ꝙ

Ostende nobis patrē ꝛ sufficit nobis. Joh. xiiij. ca. Hec verba dixit b. Philipp⁹ apl's loquēdo ad xp̄m post vltimā cenā iesu factā cū discipulis suis. Postq̄ȝ em̄ Jesus fecit discipulis suis facta cena ꝛ porrecto corpore ꝛ sanguine suo dn̄ico. lotisq̄ȝ pedibꝫ. recedēte Juda traditore suo vnum longū sermonē inter cetera sic h̄r Jo. xiiij. et in euāge. hodierno loquebat̄ eis v̄ba cōsolatoria dicēs se eis velle parare locū apud patrē suū celestē. qz in domo p̄ris sui multe essent māsiones. quō etiā null⁹ venire posset ad patrē celestē nisi p eū. In q̄ ōn̄dit suis discipul' eternā btitudinē quā habituri erāt i clara visione dei p̄ris filij ꝛ spiritusscti: eo ꝙ dixit eis. Si cognouissetis me ꝛ patrē meū cognouissetꝫ ꝛ ammō scꝫ in eterna vita cogscetꝫ eū. Cū aūt hec philippus audisset cepit ardere i desiderio celestis p̄ris ꝛ cognitiōe dei p̄ris ꝛ ceterꝫ apl'is tacentibꝫ ꝛ p̄rem sibi ōn̄di petere nō audentibꝫ singulari fiducia petijt visionē dei patris tāq̄ȝ sufficientē sibi ꝛ alijs cōdiscipul' suis ad et'nā btitudinē. ꝛ iō n̄ solū p se ſꝫ p oībꝫ alijs discipul' petebat di. Dn̄e ostende nobis patrē ꝛ sufficit nobis vbi supra. Pro gr̄a. Aue ma. ꝛc. Dn̄e ōn̄de nobis pa. ꝛc. vbi s. In v̄bis thematis p̄missis p̄ncipaliter nobis duo insinuant̄. Primo salubris ꝛ fructuosa Philippi petitio q̄ nob oībus a xp̄o postulauit eternā felicitatē siue beatitudinē in clara visione dei p̄ris cū dixit. Dn̄e ōn̄de nob pa. ꝛc. Scd̄o tangitur ip̄i⁹ felicitatis siue beatitudinis oīe desiderīū n̄r̄m replentis sūma quies ꝛ satietas cū subiūxit. et sufficit nobis. Circa primū est notandū ꝙ an̄q̄ȝ xp̄s dn̄s ostēdit celestē patrē mō p̄dicto multa nobis sūt attendēda q̄ xp̄s nobis ostēdit siue ꝓponit i hac vita: q̄bus cognitꝫ ꝛ pfectis pater celestis nobis ostendit. L Ubi nota. christ⁹ ostēdit plura in hoc mūdo fidelibꝫ incipientibus pctā vt doleāt. misericordiā ne desperent. pficientibꝫ insidias hostiū q̄ cauēde sunt. tribulatiōes mūdi q̄ sustinende sunt. exempla que imitāda sunt. pseuerantibꝫ siue pfectis horrorē gehenne vt gr̄as agāt. gloriā regni vt gaudeāt. seipm cū p̄re ꝛ spiritusctō vt summe quiescāt. Primo ḡ xp̄s ostēdit incipientibꝫ pctā vt doleāt. iuxta illud Job. xiij. Quantas hēo iniquitates ꝛ pctā: scelera mea ꝛ delicta mea ōn̄de mihi. O q̄ȝ vtile est vt hō hic cognoscat peccata sua ita vt sciat q̄nta sint q̄ȝ turpia ꝛ q̄ȝ dāmnosa. Iō ait ꝓpheta. Delicta quis intelligit ab occultis mūda me ꝛ ab alienis pce seruo tuo. vbi dicit glo. Pctā occulta sunt originalia ꝛ etiā q̄ secreta voluntate oriunt̄ q̄ a multis ignorant̄. Aliena sūt q̄ suadētibus hoībꝫ mal' vel diabolo fiūt. Ab vtrisq̄ȝ ꝓpheta petiuit se liberari. iō p̄misit. Delicta q̄s intelligit. q̄si diceret. null⁹ intelligit oīa pctā sua. qz sicut tenebre oculos inuoluūt: ita delicta mentē nō sinūt videre. vel lucem vl' se. ꝛ sic est sensus. Dn̄e mūda me a ꝓprijs pctīs ꝛ custodi me ab alienis ne maculer illis. Vn̄ dicit glo. ibidē. Nō capit̄ ab alienis q̄ mund⁹ est a suis. Et iō q̄libet homo dꝫ petere a deo vt hic sibi ostēdat ꝛ det intelligere pctā sua q̄bus deū offendit. Nā q̄bꝫ dn̄s nō ostēdit hic pctā sua vt qz forte nō petūt deuote cū ꝓposito abstinēdi certe illis ōn̄det ea ī futuro iudicio ad ꝯfusionē eoꝝ. ꝼm illud Naū. iij. Reuelabo pudēda tua in faciem tuā et ostendā gentibꝫ nuditatem tuā. Scd̄o de⁹ ōn̄dit incipientibꝫ mi-

sericordiã suã ne desperent, q2 si nõ adesset dei misc͞dia q̃ peccatorẽ p spem venie eleuaret timor et dolor de damnatiõe eũ facerẽt desp̱are, hãc aũt misc͞diam de⁹ multipliciter pctõri oñdit, q2 sic̃ dicit Berñ, nõ statim damnat peccatorẽ vlciscẽdo sed expectat eũ ad pniam, immo adeo misericors ẽ deus vt etiã hoĩe cõtinue peccãte nõ obliuiscat̃ sui in miseratiõib;: sed adhuc eũ nutrit, sanitatẽ cõseruat, a p̱iculis custodit. et tp̱alia largit̃ vt moueat̃ ad pniam. Sed videant illi q̃bus sic de⁹ ap̱it sinũ misc͞die sue et nõ penitent: certe talib; in futuro iudicio deus nõ miserebit̃: sed reddet vnicuiq; f̃m op̱a sua iustus iudex dicẽdo, Ite maledicti in ignẽ eternũ ꝛc̃, Mat, xxv, ca, Sc͞do de⁹ ostẽdit p̱ficientib; insidias hostiũ q̃ cauende sunt. f̃m illud ps̃, Deus ostẽdit mihi sup̱ inimicos meos, Habet autẽ hõ p̃ncipaliter tres hostes, vicz mundũ: carnẽ: ꝛ diabolum, Multe aũt innumerabiles sunt insidie siue laquei diaboli q̃b; ip̃e capit peccatores, Sicut bñ vidit b. Antoni⁹ de q̃ legitur ꝙ totũ mundũ vidit plenũ laqueis q̃ laquei significãt temptatiões ꝛ fraudes diaboli, Est tñ verũ ꝛ bñ nobis ꝯsolatoriũ ꝙ diabol⁹ suis laqueis nullũ cap̱e p̃t nisi volentẽ et cõsentientẽ, M Et si diceres, quõ possum⁹ temptationib; carnis resistere q̃ valde trahũt ꝛ alliciũt hoiem, suo mõ temptatiões mũdi, Ad hoc breuit̃ dat q̃dã deuot⁹ pater cõsiliũ vt legit̃ in vitaspatrũ, ꝙ volẽs resistere talib; temptatiõib; deb; se hr̃e sic̃ nutrix q̃ volẽs ablactare puerũ sup̱ponit vberib; rẽ amarã: quã puer sentiẽs refugit, Sic volẽs resistere temptationib; p̃dictis recogitet amaritudinẽ penarũ inferni, horrorẽ futuri iudicij ꝛ sil'ia tũc resiliet a temptatiõe ꝛ temptatorẽ repellet Sc͞do deus ostẽdit p̱ficientib; tribulatiões mũdi q̃ sustinende sunt, ait em̃ saluator Mat, xvj, Qui vult venire p⁹ me abneget semetip̃m ꝛ tollat crucẽ suã et sequat̃ me, Et alibi, In patiẽtia vr̃a possidebitis aĩas vestras, Luc̃, xxj, Ita debem⁹ rogare deũ vt in tribulatiõib; hui⁹ mũdi nobis donet patientiã ne vincamur, De hoc plura dixi alibi, Tertio de⁹ ostẽdit p̱ficientib; exempla suip̃ius ꝛ sctõꝝ suorũ q̃ imitãda sunt, Ait em̃ saluator Joh̃, xiij. Exemplũ dedi vob̃ vt quẽadmodũ ego feci ita ꝛ vos faciatis,

Ostendit em̃ nobis dñs exemplũ hũilitatis in lotione pedũ, charitatis ĩ oblatione corp̱is ꝛ sanguinis sui in cibũ ꝛ ĩ potũ, ꝛ patientie in tolerãtia mortꝪ ꝛ passionũ, Ideo dicũt doc. ꝙ vtile ꝛ salubre est sepe legere siue audire vitã sanctoꝝ, q2 p hoc hõ valde edificat̃ in ꝯsciã sua ꝛ vita ꝛc̃, Tertio p̃ncipaliter dñs oñdit p̱seuerãtib; siue p̱fectis p̃mo horrorẽ gehenne vt deo gr̃as agant de illi⁹ liberatiõe hic in spe ꝛ tandẽ in re, ita locut⁹ est angel⁹ btõ Johi Apoc̃, xvij, di, Ueni ꝛ ostendã tibi damnationẽ meretricis magne q̃ sedet sup̱ aq̃s multas cũ q̃ fornicati sunt reges terre, Sc͞do ostendit eis gloriã regni vt gaudeãt, f̃m illud Sap̃, v, Justũ deduxit dñs p vias rectas ꝛ ostẽdit illi regnũ ꝛc̃, Tertio seip̃m cũ p̃re ꝛ sp̃ũsctõ vt sũme quiescãt, Jõ ait Aug. Fecisti nos dñe ad te et inquietũ est cor nostrũ donec quiescat in te. Et hoc est qd̃ d̃r in themate Dñe oñde nobis patrẽ, Et Dauid in ps̃, Ostẽde nobis dñe faciẽ tuã ꝛ salui erim⁹, Et alibi, Lõgitudine dierũ adiplebo eũ et ostendã illi salutare meũ ꝛc̃, Ex his g̃ patꝫ q̃ nobis dñs ostẽdit in hac vita p̃us q̃ nobis ĩ futura vita oñdat celestẽ patrẽ suum, ĩmo se cũ p̃re ꝛ sp̃ũsctõ vt audistis q̃ hic nõ vult videre pctã sua q̃ dñs sibi oñdit p cõscientiã suã remordentẽ ille dãnabiliter coget̃ videre ĩ futuro, Ita q̃ nõ vult aduertere misc͞diam dei in p̃nti a pctis dimittẽdo nullã sentiet misc͞diam in futuro, Et q̃ nõ vult sollicite ꝯsiderare insidias diaboli tẽptationes carnis ꝛ mũdi capiet̃ h laqueis diaboli ꝛ p̱ijciet̃ in p̱fundũ inferni, qui nõ vult hic patienter sustinere tribulatiões et aduersitates mũdi coget̃ eternalit̃ sustinere vexationes diaboli ꝛ horrorẽ inferni, Et q̃ nõ vult sequi exẽpla sctõꝝ tandẽ alien⁹ erit a ꝯsortio eoꝝ, Hec g̃ oĩa cõsiderem⁹ vt tandem p̃rem cũ filio ꝛ sp̃ũsctõ eternalit̃ videre possim⁹ gr̃as sibi agendo de nr̃a liberatione a miseria inferni ꝛ collatiõe glorie regni sui ꝛc̃, Hec de primo, Sc͞do dixi ꝙ in v̱bis thematis tangit̃ ip̃i⁹ sũme felicitatꝭ ꝛ btĩtudinis sũma q̃es ꝛ satietas oẽ desiderium nr̃m replẽtis cũ d̃r, sufficit nob̃, A Pro q̃ notãdũ ꝙ p̃rna visio ẽ sup̱ma iocũditas, plena satietas, ꝛ et̃na felicitas, Q' sit sup̱ma iocũditas oñdit p̱pheta dicẽs, Adimplebis me leticia cũ vultu tuo, Q' ãt sit

summa satietas oñdit cū dicit. Satiabor
cū apparuerit gloria tua. Q̄ autē sit eterna
felicitas ptz Joh.xvij. Hec est vita eterna
vt cognoscāt te verū deū ⁊ quē misisti Je-
sum xp̄m. Ex q̄bꝫ ptz ꝙ in pr̄e est oīm bo-
norū abundātia ⁊ plena ꝑfectio. Hoc autē
bñ sciuit b. Philipp⁹ apl's ⁊ iō postq̄ꝫ dixit.
Dñe oñde nob̄ pa. statim subiūxit. et suffi-
cit nob̄. Uere sufficit sctīs videre patrē. qꝛ
in paterna visione oīa bona habent. Uñ
cū moises petisset a dño sibi oñdi gloriam
suā di. Ostēde mihi gloriā tuā. Rñdit dñs
Ego ostedā oē bonū tibi. Exo.xxxiij. H̄ est
qd̄ dr̄ Sap.vij. Uenerūt mihi oīa bona
pariter cū illa. s. sapīa icreata. Q̄ aūt suffi-
ciētia oīm bonoꝝ ⁊ ꝑfecta quies ⁊ satietas
sit ī clara dei pr̄is visione bñ oñdit Aug⁹.
xxij. de ciui. dei di. Quid est ꝙ dñs ꝑ ꝓphe
tā dixit. Ero illoꝝ d̄s: ⁊ ipi erūt mihi plebs
nisi ego ero vñ satient. ego ero q̄cūqꝫ ab ho
minibꝫ honeste desiderāt. ⁊ vita et sal⁹ ⁊ me
tus ⁊ copia ⁊ glīa ⁊ honor ⁊ pax ⁊ oīa bo-
na. ⁊ qd̄ ait apl's. Ut sit de⁹ oīa ī oībꝫ ipe fi
nis erit desiderioꝝ nr̄oꝝ q̄ sine fine videbit
sine fastidio amabit. sine fatigatiōe lauda-
bitur. H̄ est qd̄ petiuit Philipp⁹ di. Dñe oñ
de nob̄ pa. et suf. no. Hāc sufficientiā oēs
hic petere debem⁹ ⁊ tpalia tāq̄ꝫ vilia ꝯtem
nere ī ꝯparatiōe tāte glīe. Jō dic̄ Aug. ī li.
de vtilitate agēde pnīe. Illuc festinate vbi
sꝑ viuatis. Si em̄ sic amatis istā miseram
fluidā vitā vbi cū tāto labore viuitis ⁊ ibi
vix currēdo. satagēdo. sudādo. suspirando
necessarijs corꝑis satisfacitꝭ. q̄ꝫto magꝭ a-
mare debetꝭ vitā eternā vbi nullū laborē su
stinebitꝭ. vbi sꝑ summa securitas. sūma feli
citas. felix libertas. felix btītudo. vbi imple
bitur illud qd̄ dñs dicit in euāge. Erūt ho
mines siles angelis. Et illud. Fulgebunt
iusti sic̄ sol ī regno pa. eoꝝ. hec Aug. Ecce
iā ptz sufficiētia eterne beatitudinis. q̄s em̄
nō diceret. Sufficit mihi si tantā felicitatē
cōsequerer. Pro hac felicitate siue visione
dei pr̄is ꝯsequēda btī apl'i Philipp⁹ ⁊ Ja
cobꝫ ī mortē tradiderūt corꝑa sua. Uñ sic̄
legit de b. philippo ipe ad instar sui magi-
stri crucifix⁹ ē. De isto philippo dicit Isid.
de ortu ⁊ obitu sctōꝝ. Philipp⁹ gallis p̄di-
cat xp̄m. barbarasqꝫ gētes vicinasqꝫ tene-
bras ⁊ tumēti occeano ꝯiūctas lumīe fidei
qd̄ ad portū ducit illustrat. In hierapoli

frigie prouincie vrbe crucifixus lapidatus
obijt. simulqꝫ cū filiabꝫ suis ibi requiescit.
De philippo aūt q̄ fuit de septē diaconibꝫ
dic̄ Hiero. ī martirilogio. ꝙ. viij. id⁹ Julij
signis ⁊ pdigijs inclytis apud cesareā re-
quieuit. Juxta quē tres filie eius tumulate
sūt. nā q̄rta apud ephesum req̄escit. Prim⁹
ꝰ philipp⁹ ab illo differt. qꝛ ille fuit apl'us:
iste diaconus. Ille req̄escit apud hierapo
lim: iste apud cesareā. Ille habuit duas fi-
lias ꝓphetissas: sed in h̄ magꝭ Hieronymo
est credendū. Sꝫ de sctō Jacobo est dicē-
dum ꝙ iste fuit Jacobꝫ minor filius Al-
phei q̄ ⁊ frater dñi dict⁹ est: qꝛ dño simillī
mus. Pōt etiā dici frater dñi ꝓpt excellen-
tiā sanctitatꝭ sue. ob quā sanctitatē p̄ ceterꝭ
apl'is hierosolymis est ordinat⁹ ep̄s. Dicit
aūt Jacobꝫ iust⁹ ꝓpt meritū excellentissime
sanctitatꝭ sue. Nā ꝰm Hiero. tāte reueren-
tie ⁊ sctītatꝭ in ꝑpl'o extitit vt fimbriā vesti-
mēti certatim tāgere cuperēt. Primus etiā
inter apl'os p̄mā missam hierosolymis ce
lebrasse legit. vel forte p̄mus in pontificali
bus. Perpetuā etiā virginitatē seruauit sic̄
testat Hiero. in li. ꝯ̄ Jouinianū. Etiā sicut
dicit Hiero. ī li. de viris illu. Jacobꝫ votū
vouit ī parasceue mortuo dño se nō come
sturū donec videret dñm a mortuis resur-
rexisse. In ipa aūt die resurrectiōis cū vsqꝫ
ad diē illā Jacobꝫ cibū nō gustasset: eidem
dñs apparuit ac eis q̄ cū eo erāt dixit. Po-
nite mēsam. deinde panē accipiēs bñdixit
et dedit Jacobo iusto di. Surge frater mi
et comede: qꝛ fili⁹ hoīs a morte surrexit.
Septiō āno ep̄atus sui cū septē diebꝫ Ja-
cobꝫ cū alijs apl'is ī tēplo p̄dicasset coram
caypha ⁊ aliq̄bꝫ iudeis: et iā ꝓpe esset vt ba-
ptisari vellēt: repēte q̄dā tēplū īgrediēs cla
mare cepit. O viri israelite q̄d facitꝭ cur ab
istis magꝭ vos decipi ꝑmittitꝭ. Intantū āt
ꝑpl'm cōcitauit vt apl'os lapidare vellent.
Ascēdit aūt hō ille suꝑ gradū vbi Jacobꝫ
p̄dicauit ⁊ ipm p̄cipitauit deorsum: ⁊ ex tūc
plurimū claudicanit. H̄ āt Jacobꝫ passus
est septimo anno post ascensionē dñi. An-
no aūt ep̄atus sui tricesimo vidētes iudei ꝙ
Paulū nō possent occidere eo ꝙ ad cesarē
appellasset ⁊ romā missus fuissꝫ ꝑsecutiōis
sui tyrannidē ī Jacobū ꝯuerterūt ꝯ̄ eū oc-
casionē q̄rētes sic̄ refert Egesipp⁹ aploꝝ cō
temporane⁹. et ꝰm ꝙ in ecclesiastica histo.

inuenit. Judei ad eũ ↄuenerũt dicẽtes. Ora
mus te vt reuoces ꝑplm. qꝛ ipe errat in Je
su putãs ꝙ ipe sit xp̃s. deprecamur ḡ te vt
suadeas oĩbꝫ in die pasce vicꝫ ꝙ nõ sit xp̃s.
tibi eñ obtemperabim⁹ oẽs. qꝛ iust⁹ es et
nulli⁹ ꝑsonã accipis. Statuerũt ḡ illũ sup̃
pinnaculũ tẽpli ꝛ voce magna clamantes
dixerũt. Viroꝝ iustissime cui nos obtẽpe-
rare debem⁹: qm̃ ꝑpl's errat post iesum qui
crucifixus est: enuncia nobis q̇d tibi videt̃
Tũc Jacobꝫ cũ ingenti voce r̃ndit. Quid
me interrogatꝭ de filio hoĩs. ecce ipe sedet
in celis a dextris sũme ꝟtutis vẽtur⁹ iudi-
care viuos ꝛ mortuos. Hoc audiẽtes chri
stiani valde gauisi sũt ꝛ libẽter eũ audierũt
Tũc pharisei ꝛ scribe ascẽderũt ꝛ p̃cipita-
uerũt eũ ꝛ lapidauerũt eũ. Sed adhuc Ja
cobꝫ mori nõ potuit: sed ↄuersus ꝛ sup ge-
nua ꝓcidẽs dicebat. Rogo dñe dimitte eis
qꝛ nesciũt q̇d faciũt. Tũc vn⁹ ex sacerdoti-
bus de filijs Rechab exclamauit. Parcite
q̃so q̇d facitꝭ ꝓ nob̃ hic orat iustus quẽ la-
pidatis. Tũc vn⁹ ex ipis perticã fullonis
arripiẽs valido ictu caput ei⁹ impetijt ꝛ ce
rebrũ excussit. Hec ꝛ alia oĩa habent̃ in le-
gẽda sua vide ḡ. ꝛ sic martyrio ad dñm mi
grauit sepult⁹ ꝓpe templũ. ¶ Dubita
tur circa dicta. ex q̇ in dei patris visione est
sufficiẽtia oĩm bonoꝝ q̇ tñ clari⁹ intuent̃ di
uinã essentiã siue ꝓpinquiores sunt cũ deo.
Ad h̃ r̃ndent doc. circa dis. xlix. q̃rti sniaꝝ.
ꝙ loquẽdo de p̃mio essentiali ille simplici
ter in celo habebit ꝓpinquiorẽ mansionem
cũ deo ꝛ clari⁹ deũ intuebit̃ q̇ hic plus ha
buit de charitate. Cuius rõ est s̃m s. Tho.
ibidẽ. ꝙ tota rõ merendi siue forma in actu
aliq̇. imo ꝛ principiũ merendi est ipa chari
tas. vbi eñ nõ est charitas ibi nullũ est vi
te eterne meritũ. q̃tumcũq3 etiã act⁹ sit bo
nus. et iõ s̃m charitatis diuersitatẽ hic ĩ ter
ris distinguunt̃ p̃mia in celis. Vñ q̇ h̃ pl⁹
habuit de charitate: illi cor aĩe ꝛ oculi aĩe
in patria erũt aptiores ad recipiendũ maio
rem habitũ luminis glorie. et q̇ clari⁹ deũ
videt plus diligit. q̇ plus diligit pl⁹ gau-
debit ꝛ deo ꝓpinq̇or erit. Ex his infert cor
relarie ꝙ maritata ꝓpinqui⁹ deo in patria
cõiunget̃ ꝛ simpl'r mai⁹ gaudiũ habebit q̃3
ꝟgo minoris charitatis. Difficile tñ ẽ ma-
ritatã maiorẽ charitatẽ habere q̃3 ꝟginẽ. qꝛ
s̃3 aplm. j. Cor. vij. mlier inupta ꝛ ꝟgo co
gitat q̃ dñi sũt vt sit sctã corpe ꝛ spũ. q̃ aũt
nupta ẽ cogitat q̃ mũdi ꝛ quõ placeat vi-
ro. ꝓpterea ibidẽ dic apl's. De ꝟginibꝫ p̃ce-
ptũ nõ hẽo: ↄsiliũ aũt do tanq3 misdiam a
dño ↄsecut⁹. Scdo pꝫ ꝙ ĩ domo celi empi
rei ĩ q̇ est mãsio btõꝝ corpalit' vn⁹ plus ap
propinq̃t hũanitati xp̃i q̃3 alter s̃m ꝙ vn⁹
hic plus meruit q̃3 alter. Et si ꝓpinquitati
ad deũ correspõdet ꝓpinquitas ad xp̃i hũa
nitatẽ: tũc maritata etiã sic plus põt appro
pinq̃re hũanitati xp̃i q̃3 tepida ꝟgo. patꝫ il-
lud. qꝛ xp̃us marie magdalene familiarior
fuit q̃3 multꝭ ꝟginibꝫ. immo familiarior q̃3
Marthe ꝟgini sorori sue. Est tñ verũ ꝙ ĩ
aliq̇ alio respectu ꝟgĩes sit ꝓpinq̇ssime q̇ ad
accidẽtale p̃miũ. vicꝫ Aureolã. qꝛ Apoca.
xiiij. dr ꝙ ꝟgines sequũt̃ agnũ q̇cunq3 ierit
ceterꝭ paribꝫ. Deinde vidue. postea cõiuga
te. demũ alie ↄtinentes. ꝛ postremo pueri.
Pro illo videt̃ facere ꝙ xp̃s in cena Joh̃ez
ꝓpinq̇orẽ ꝛ familiariorẽ sibi oñdit ĩ sessione
q̃3 Petrũ suũ vicariũ. Ex illo ptꝫ ꝙ si ꝟgo
vidua maritata ꝛ alie ↄtinẽtes haberẽt eq
lẽ charitatẽ h̃ in t'ris tũc ꝟgo esset deo ꝓpin
quissima. deinde vidua. deinde maritata.
demũ alie ↄtinẽtes q̃ amiserũt ꝟginitatem
extra m̃rimoniũ. ꝛ tandẽ pueri. Hortemur
ḡ hodie ꝛ ĩplorem⁹ btĩssimos aplos Phi
lippũ ꝛ Jacobũ vt suis p̃cibꝫ nob̃ obtineãt
q̃ten⁹ h̃ deũ diligam⁹ ꝑ charitatẽ vt sic me
reamur ĩ celis cũ eis ipm ↄtẽplari ĩ eterna
claritate ꝑ iesum xp̃m dñm nostrũ. Amen.

De inuentione sancte crucis.

Sermo LIIII. wann. ix.

Ostendit ei li-
gnũ qd̃ cũ misisset ĩ aq̃s in dul
cedinẽ ↄuerse sũt. Exo. xv. Hi
storia hr̃ vbi s̃. Exo. xv. ꝙ cũ
filij isrl' egressi essent de egypto ꝑtransierũt
mare rubrũ. ꝛ venerũt in desertũ ibiq3 ꝑpls
sitiẽs cũ p̃ nimia amaritudine aq̃s bibere
nõ possent: dñs moisi oñdit lignũ. qd̃ cũ in
aq̃s amaras misisset ĩ dulcedinẽ sunt verse
Jllud aũt lignũ ẽ figura crucꝭ xp̃i. h̃ lignũ
bñ missum dr in aq̃s qñ xp̃i corpus cruci
cõclauatũ aqua ꝛ sanguine ipm madida-
uit. tũc eñ cõuersa est amaritudo toti⁹ ge-
neris humani in dulcedinẽ. qꝛ ꝑus adiudi-
catũ erat eterne morti. et ꝑ hoc lignũ vitã
inuenit. Jta spũaliter hec verba thematis

exponi possunt de inuentiōe sancte cruc̄. tunc eñ dñs lignū ostendit qñ Constantino crucem in celo monstrauit. vel quādo eā in visceribꝰ terre absconsam Helene regine patefecit. et tunc aque tribulationum verse sunt in dulcedinē ꝯsolationū. qꝛ dñs ostēdit ei lignū. qđ cū misisset in aquas ꝯuse sunt in dulcedinē vbi supra. Pro grā Aue maria ⁊c. A In verbis ꝓpositis duo notantur. Primo sancte cruc̄ miraculosa ostensio cum dicit̄. Ostendit ei lignū. Secundo crucis ostense mirabilis ⁊ fructuosa operatio cum subiungit̄. qđ cū misisset ī aquas ⁊c. Circa primū est notandum ꝙ lignum sancte crucis multis signis et indicĳs est ostensum. quorū signoꝝ quedā fuerunt ante eius inuentionē. quedā post inuentionē eiusdē. Ante inuentionē sicut habetur ī euāgelio Nicodemi. Primo lignū crucis angelus ostēdit ipi Seth filio adā dans sibi lignū de ligno de quo Adā peccauit. vt sic plantaret̄ et plantatū creuit in arborē. de q̄ arbore facta est crux. Sed qꝛ illud auctoritate caret. idō nō curo de hoc amplius immorari. Secūdo ipa crux añ inuentionē eius fuit ostensa in celo Cōstantino imperatori claritate mirabili circūfulsa. lris aureis insignita in signuꝫ victorie. Uñ sicut dicit̄ in Ecclesiastica historia. cū Maxentius romanum imperiū inuasisset Cōstantimus imperator romanorū iuxta pōtem in albino cum Maxentio cōflicturus aduenit. Cum igitur anxius multū esset et pro sibi mittendo auxilio ad celū crebro oculos leuasset vidit ꝑ soporē ad oriētis partem in celo signū crucis fulgore igneo rutilare angelosq̄ꝫ astare et sibi dicere. Constantine in hoc signo crucis vinces. Unde tunc Cōstantinus letus de victoria iam securus lignū crucis qđ in celo viderat in suo fronte designauit et vexilla militaria in signacula crucis transformauit. et in manu dextera aureā crucē portauit. ⁊ sic suos aduersarios vicit orans dominuꝫ vt sine effusione sanguinis victoriam de tyrāno sibi prestaret. Maxentius autem iussit nauibꝰ ad decipulā cōpositis ad fluuium sterni et suprapositis pontibꝰ equari. Cum autem iam Cōstantinus ad fluuiū appropinquasset Maxentius cum paucis in occursum eius velocius pergit iubens vt ceteri eum sequant̄ suiq̄ꝫ oblitus opis pontem cum paucis ascēdit et decipula q̄ Cōstantinum decipere voluit est deceptus et in fluuĳ ꝓfundū est dimersus. Cōstantinꝰ vero ab oībus vnanimiter est susceptꝰ. Et sicut legitur in quadam cronica autentica Cōstantinus tūc adhuc nō ꝑfecte credidit: necdum sacrum baptisma suscepit. sed aliquanto tꝑis interuallo visionē illā Petri et Pauli vidit et sacro baptismate ꝑ Siluestrum papā renatus. et a lepra mundatꝰ in christū deinceps credidit. Et sic matrem suam Helenā hierosolymā misit vt crucē domini requireret. Attamen in alia historia legitur Cōstantinum vidisse aureis litteris hūc titulū scriptū circa crucē. in hoc signo vinces. Et tunc Cōstantinus iuxta fluuium Danubiū hoc signo animatꝰ hostes deuicit. Tñ ea q̄ dicta sunt vident̄ veritati magis cōformia ꝓm ꝙ recitat̄ in historia tripartita et ecclesiastica. Secundo fuerunt quedam signa ostensa in inuentione sancte crucis ꝑ q̄ crux xp̄i fuit manifestata. sic fuit deuota orō Jude. et ꝑ odorē q̄ ō terra exalauit. qꝛ post orationē terra cōmota fuit ⁊ post cōmotionē terre suauissimus odor sentit̄ ꝑ ꝓfundā fossionē. qꝛ post hec Judas. xx. passus fodit in terrā ⁊ crucē inuenit. Uñ legit̄ ꝙ Cōstantinus memor victorie quā secutus fuit virtute crucis matrē suā helenā misit hierosolymā ꝓ ipa cruce inueniēda. q̄ cū ibi venisset oēs iudeos ꝑ totā terrā ad se vocari fecit. Judei auteꝫ formidātes dixerūt ad inuicē qꝛ eos regina vocasset ⁊ causam nesciret. sed vnꝰ Judas noīe dixit. Scio qꝛ a nobis vult scire vbi sit lignū crucis in q̄ xp̄s fuit crucifixꝰ: videte ḡ ne aliquis sibi dicat qꝛ lex nr̄a ꝑ h̄ destrueret̄. antecessores mei mihi h̄ indicauerūt vbi absconsa sit. Tūc iudei eū ꝓhibuerūt ne eā māifestaret. Cū ḡ añ reginā vēissent ⁊ nollēt ei indicare locū nec crucē iussit eos oēs igne cremari. At illi timentes: tradiderūt Judā. Cui ait regina. Mors ⁊ vita est ante te elige qđ vis. At ille. quō crucem scire possum cū iā plus q̄ꝫ ducēti anni sint ꝙ xp̄s passus crucifixꝰ sit et ego nōdū natꝰ fui. Tūc ipa iussit eū fame cruciari in carcere sex diebꝰ. tādē extractꝰ septīa die ad locū cruc̄ cū regina ꝑrexit. ⁊ cū orasset locꝰ subito cōmouet̄ et mirabilis odor sentitur

Tunc Judas fodiēs in terram .xx. passus tres cruces repperit ꝛ sic crux īuēta fuit. Et Judas miratꝰ ambabꝫ manibꝫ plausit dicēs. In veritate xp̄e tu es saluatoꝛ mundi. Tertio fuerūt q̄dā signa ostēsa post inuentionē. et h̄ q̄druplicit̄. Primo ꝑ infirmi sanationē. qꝛ cū tres cruces fuissent inuente et q̄ esset crux xp̄i ꝑ certo nesciret̄: appositis duabꝫ crucibꝫ sup̱ q̄ndā mulierē primariā ciuitatis semiuiuā. vt dꝛ in Ecclesiasticꝭ historijs: remediū nullū sensit. Apposita autē tertia ꝓtinus sanata surrexit. Scđo ꝑ mortui suscitationē. Cū em̄ iuuenis deferretur mortuus ad maioꝛē certitudinē sup̱ corpus defuncti duas cruces ꝑmas posuerūt ꝛ nihil ꝑfecerūt. tūc tertia appon̄it̄ ꝛ ille ꝓtinus suscitat̄. Tertiū signū ostensum post inuentionē vt dic̄ Amb. erat ꝑ tituli inscriptionē. Ad oēm em̄ ambiguitatē remouendā titulum quē posuerat pilatꝰ inuenerūt ꝛ legerūt. Quarto ꝑ diaboli lamentabilē vociferationē clamantē in aere ꝛ dicentē. O Juda q̄d fecisti. iude meo opatus es cōtraria. Nā ille me suadente fecit ꝓditionē: ꝛ tu me renuēte Jesu inuenisti crucē. Per illū multoꝝ lucratus sum aīas. ꝑ te ꝑdere videoꝛ iam lucratas. ꝑ illum regnabā in ꝑp̄lo. ꝑ te iā expellar a regno. Hec audiēs Judas fortificabat̄ in fide ꝛ sacrū baptisma suscepit: et hierosolymis defuncto ep̄o ibidē ī ep̄m ordinat̄. Scđo dixi in ꝟbis thematis tangit crucis virtuosaꝫ operationē cū dꝛ. Q̄ꝺ cū misisset in aq̄s in dulcedinē ꝯuerse sunt.

B Pro q̄ notandū ꝙ multiplex ē vtilitas siue virtꝰ crucꝭ ostēsa. Primo qꝛ ip̄m mundū illuminauit. prius em̄ fere totꝰ mūdus erat in tenebris infidelitatꝭ. qꝛ alij adorabant solē. alij lunā. alij stellas. alij ligna. alij lapides. Sed cum xp̄s passus ē ip̄e dedit nobis crucē ꝑ lucerna q̄ totū mundū illuminauit. vt iam q̄libet videre posset q̄d sit creatoꝛ aut creatura. q̄d bonū. q̄d malū. q̄d virtus. q̄d viciū. Hoc em̄ totū habemꝰ de beneficio crucis. Ideo de laude crucis dicit Augꝰ. in q̄dā sermone de parasceue. Crux xp̄i nob̄ causa est totiꝰ beatitudinis. hec nos a cecitate liberauit erroꝛis. Hec a tenebris reddidit luci. hec debellatos reddidit quietos. hec alienas deo ꝯiūxit. longe cōstitutos ꝓximos ꝑ̄ntauit. hec ꝑegrināteꝭ ciues ostēdit. hec discoꝛdie amputatio est. hec pacis firmamentū. hec donoꝝ oīm abunda largitio. Scđa virtꝰ crucis. qꝛ infernū fregit et genꝰ humanū q̄ꝺ ibi captum erat eduxit. Zach. ix. Tu q̄ꝫ in sanguine testamēti eduxisti vinctos de lacu in q̄ nō erat aq̄ scꝫ miscđie dei. Tertia virtus qꝛ celos reserat: et angeloꝝ ruinā reparat. Cuius signū erat ꝙ Constantinꝰ vidit signuꝫ crucis in celo ꝛ angelū sibi loquentē. Ideo post xp̄i passionē Stephanus vidit celos apertos. Act. vij. q̄ꝺ añ h̄ nūq̄ꝫ legit̄ fuisse factum. Et Paulꝰ raptus erat post xp̄i passionē vsq̄ꝫ in tertiū celū. ij. ad Coꝛ. xij. De restauratiōe aūt angelice ruine dicit ap̄lus ad Col. j. Pacificās ꝑ sanguinē crucis eiꝰ siue q̄ in terris siue q̄ in celis. Et in h̄ fallit regula illa q̄ dicit ꝙ positꝭ duobꝫ extremis ponit̄ mediū. ecce eī ꝙ xp̄s pacificauit celū angloꝝ cū t̄ra hoīm ꝛ t̄n̄ nō pacificauit aerē demonū: qꝛ sūt in sua malitia obstinati. Quarta ꝟtus crucis ē. qꝛ de carne: de mūdo et diabolo victoꝛiā fecit. q̄ꝺ significat̄ ꝑ hoc ꝙ Cōstantinꝰ ꝟtute crucis oēs hostes deuicit. Hec triplex victoria ostendit̄ Jo. xij. cū dꝛ. et sūt ꝟba xp̄i. Nūc iudiciū ē mūdi. et sic q̄ꝫtū ad primū scꝫ victoꝛiā de mundo. sequit̄. Nūc ꝑnceps mundi eijciet̄ foras. q̄ꝫtum ad secundū scꝫ victoꝛiā diaboli. Et ego cū exaltatꝰ fuero a terra oīa trahaꝫ ad meip̄m. et hoc q̄ꝫtū ad tertiū scꝫ victoꝛiā de cruce. Virtute em̄ crucis xp̄s oīa ad se traxit q̄ sunt in hoīe vicꝫ aīam ad se diligēdum. ꝛ carnē ad sibi seruiendū. Q̄ aūt figura crucꝭ deuote formata demones fugat ꝛ deuincit oñdit Augꝰ. sup̱ Job. dicēs. Signū crucis a nobis expellit exterminatoꝛē id est diabolū. si t̄n̄ coꝛ nostrū xp̄m habeat inhabitatoꝛē. C Cuius exemplū habemus de q̄dā iuuene q̄ cū vellet ditari venit ad quendā nigromanticū q̄ demones cōuocauit. q̄ cum venissent vnꝰ eoꝝ ꝑ̄ibat interrogās quare vocati essent. Cui nigromanticus. Juuenis ille qui mecū stat vult seruire vobis vt eum diuitem faciatis. Cui demones. Vis chꝛistū abnegare. At iuuenis r̄ndit. Certe nolo abnegare xp̄m ꝓpter diuitias. et mox signo crucis se signauit et oīs turba demonū signū crucis ferre nō valēs disparuit. Tunc iuuenis ecclesiā intrauit ꝛ imago crucifixi ī medio eccl̄ie stās sibi inclinauit. q̄ꝺ cū primarius loci illius

quesiuit si aliq̄ bonā fecisset. q̄ r̄ndit qđ gestum erat. q2 xp̄m illo die abnegare noluit et sic primarius dans sibi filiā suā ip̄m ditauit. Plura imo inumerabilia exēpla habem⁹ de ꝟtute scte crucis. q̄ nūc breuitatis gr̄a trāseo tāq̄ alibi repetita. sicut Greg. refert in. iij. dial. de iudeo q̄ nocte rome ī tēplo idoloꝝ ꝑnoctauit. et aduenientibꝫ demonibꝫ ⁊ mala ipoꝝ narrantibꝫ signo crucis se signauit ⁊ demōes sibi nocere nō potuerūt. ⁊ sic de alijs multꝫ. Itē de religioso refert Cluniaceñ. q̄ castitatē resignare voluit ⁊ ecclesiā exire cui sub ianua xp̄s crucifixus apparuit. Dubitat̄ circa dicta. ex q̄ tā venerabilit̄ debem⁹ honorare signū sancte crucꝫ ⁊ nos eo signare ꝓpt̄ varios effectus p̄dictos sunt ne certa p̄mia q̄ ꝯsequunt̄ fideles q̄ deuote se signāt signo crucꝫ ⁊ illud venerant̄. D Ad h̄ r̄ndet̄ q̄ fruct⁹ siue p̄miū btē crucꝫ ī eterna p̄ria q̄druplicit̄ inuenit̄. Primo nāq̄ crux ꝯfert dignitatē admirabilē. scđo iocūditatē inestimabilē. tertio claritatē delectabilē. et q̄rto securitatē imꝑturbabilē. Et ista q̄ttuor tangit Ber. in vna auctoritate dicēs. In illa eterna felicitate erit sup̄ma dignitas q̄ ad primū. sūma iocūditas q̄ ad secundū. ꝑfecta claritas quo ad tertiū. et eterna securitas q̄ ad q̄rtū. Et q2 p̄miū dꝫ ꝓportionabiliter correspondere ipi merito. iō dici pōt q̄ ista q̄ttuor q̄ gloriosa crux nob̄ ꝯfert in p̄mio correspōdent q̄ttuor virtutibꝫ q̄ in ipa cruce relucebant in merito. Et sūt ille pauꝑtatis vilitas. pn̄ie austeritas. cōtinentie puritas. et miscđie pietas. Hec em̄ q̄ttuor relucebant in cruce xp̄i. Nā ibi fuit omnimoda paupertas: q2 pendebat totus nud⁹. Itē relucebat pn̄ie austeritas. q2 null⁹ hō vnq̄ passus est tā austerā pn̄iam ꝑ pctīs suis qualē xp̄s fuit passus in cruce penitēdo ꝑ pctīs n̄ris. Si ergo tāta passus ē xp̄s ꝑ peccatꝫ alienis q̄d patient̄ damnati ꝑ pctīs ꝓprijs certe incōparabiliter magꝫ crucient̄ q̄ xp̄s. Item tertio in cruce xp̄i relucebat ꝯtinētie puritas. q2 ille virginis filius in oībꝫ suis membris dolores amarissimos habuit et sustinuit ꝓpt̄ voluptatē incōtinentie mēbrorū n̄roꝝ. Quarto ī cruce xp̄i relucebat misericordie pietas: q2 ipe q̄ ibi pēdebat totum qđ habuit misericorditer distribuit: nā vestimēta sua dedit crucifixoribꝫ. totū corp⁹ suū ꝑ n̄ra redemptiōe exposuit doloribꝫ. iniurias sibi illatas donauit suis tortoribus illatas dicēs. Pater dimitte illis q2 nesciunt q̄d faciūt. Luc. xxiij. Paradisum obtulit latroni. apl'is reliq̄t ꝑsecutionē. discipulo Johāni cōmendauit matrē suam. Et q2 nihil amplius habuit p̄ter spiritū ⁊ hūc cōmendauit deo p̄ri dicēs. In man⁹ tuas domine cōmendo spi. me. De hoc Amb. in q̄dam sermōe de passione dn̄i sic ait. Auctor pietatis ī cruce pendēs testamentū ꝯdidit pietatꝫ opa distribuēs. apl'is ꝑsecutionē. iudeis corp⁹. patri sp̄m. ꝟgini paranimphū. latroni paradysum. pctōri infernū. et christianis vere penitentibꝫ crucē cōmendauit. His itaq̄ p̄claris ꝟtutibꝫ q̄ in cruce relucebāt ī merito correspondet q̄druplex fruct⁹ q̄ nob̄ ꝯfert̄ in p̄mio. Primo nāq̄ vilitati pauꝑtatis correspōdet admirabilis dignitas. qđ ptꝫ. Nā volūtarie paupes q̄ nunc ꝓpter xp̄m sunt abiecti erunt in iudicio suꝑ alios mirabiliter exaltati. Et h̄ xp̄s ꝓmisit discipulis suis Mat. xix. di. Vos q̄ secuti estis me ⁊ reliq̄stis oīa. s. ꝑ terrenoꝝ ꝯtemptū ⁊ secuti estis me. s. ꝑ viā vere hūilitatis et volūtarie pauꝑtatis. sedebitꝫ suꝑ sedes iudicātes duodecim tribꝫ isrl'. vbi dic̄ Augus. Quia q̄ nūc ꝓpt̄ xp̄m ꝯtēpti sūt tūc cū ipo iudices apparebūt. De q̄rū nūero cupiens esse Hiero. dicebat. Reuerendā crucem nud⁹ sequar. Scđo austeritati penitētie correspōdet in p̄mio delectabilis iocunditas. Nā q̄ in p̄n̄ti lugēt volūtarie vtentes austeritate pn̄ie in futuro eternalit̄ gaudebūt iocūditate leticie. Et h̄ ipe dn̄s ꝓmisit discipulis suis Luc. vj. dicens. Beati q̄ nūc fletꝫ q̄m ridebitꝫ. De q̄ dic̄ b. Ber. Tūc nempe btūs ī bonitate gaudebit q̄n habebit deū ad voluntatē ⁊ eo fruet̄ ad iocunditatē. Ista em̄ summa felicitas est videre deum ⁊ viuere cū eo et esse in eo qui est oīa ī oībus. vt ptꝫ in sermone p̄cedenti de apostolis. Tertio in cruce puritati continentie ineffabilis p̄claritas. Cū em̄ cōtinentia castitatis in p̄senti sit tante puritatis q̄ pulcritudinē candoris ei⁹ admirabitur oculus nō est mirū si aīe virginali castitate p̄dite in celesti regno clariores ceteris apparebūt nā si iusti ibi cōiter fulgebūt sic sol ī regno patris eoꝝ vt dicit saluator Mat. xiij. necessariū est castos ⁊ incōtaminatos mēte ⁊

corpe fulgerē p̄ ceteris inestimabili clarita-
te. Vñ dicit Berñ. Tūc scti in veritate ful
gebūt qñ intelligent̄ in suo esse puro since-
ra diuinitas. ꝛ q̄si cōprehensibilis incircū
scripta trinitas q̄ ex h̄ dr̄ q̄dammō cōpre-
hendi. qꝛ cognoscit̄ a beatꝭ cū oībꝫ ꝑfectiōi
bus suis essentialibꝫ. et etiā in ꝓprietatibꝫ ꝑ-
sonalibꝫ. licet nō oī mō q̄ cognoscibilis est
Quarto pietati miscḋie correspōdet impꝰ-
turbabilis securitas. Nā ſm Aug. iō mise
ricordes beati dicunt̄. qꝛ ita eis in beata et
eterna beatitudīe rependit̄ ꝙ de oī miseria
liberāt̄ eo ꝙ hic alioꝝ miserias libēter ad-
iuuerūt. Et de h̄ gaudio dicit Aug. in lib.
solliloquioꝝ. O gaudiū sup gaudiū vicēs
omne gaudiū extra qḋ nō est gaudiuꝫ. qñ
intrabo in te vt videā deū meuꝫ q̄ habitat
in te. hec est sūma felicitas ꝛ eterna securi-
tas ꝛ secura trāquillitas et tranquilla iocū
ditas ꝛ iocūda suauitas. hāc eternalit̄ pos
sidere est intrare gaudiuꝫ dñi nr̄i Jesu xp̄i.
Hos aūt ꝛ nōnullos alios fructus tangit
Damasce. li. iiij. sic dicēs. Crux xp̄i clauis ē
bñdicti paradisi. hec infirmoꝝ bacul⁹. pa-
storū virga. cōuertentiū manuductio. ꝑfi-
cientiū ꝑfectio. sal⁹ aīe ꝛ corpis. oīm ma-
lorū auersio et oīm bonoꝝ datrix ꝛ ꝓuisio.
Ideo bñ de hac cruce dñi est thema ꝙ cō-
uertit aq̄s amaras ī dulcedinē. E Sꝫ
diceret q̄s. q̄re specialiter de⁹ voluit sic ve
nerari signū crucis a fideli ꝑp̄lo. Respon-
detur breuiter ꝙ iō. qꝛ xp̄s dñs ī ligno cru
cis operat⁹ est salutē totius generis hūani
Pro q̄ notandū ꝙ xp̄s q̄tuor modis ele-
git crucē. Primo sicut faber malleū ad bo-
nū opus faciendū. Scḋo sicut miles scalā
ad castrū expugnandū. Tertio sicut fatiga
tus locū ad quiescenduꝫ. Quarto sicut rex
thronū ad iudicandū. Primo xp̄us elegit
crucē sicut faber malleū ad operandū. et si
dicis. Est ergo dñs faber. certe respondet̄
tibi qꝛ est. nonne filiꝰ fabro videt̄ cui⁹ opa
firmiora oī ferro. O q̄ꝫ nobilis faber q̄ taꝫ
durabile celū fecit ꝛ fabricauit. q̄ tā pulcrā
lunam ꝛ alia luminaria formauit: Jō de eo
cantam⁹. Dū fabricator mūdi mortis sup-
pliciū pateret̄ ī cruce clamās voce magna
tradidit spiritū ꝛc. Ipe em̄ teste ꝓpheta fa-
bricat⁹ est aurorā solē ꝛ lunā. et cū oīa fecis
set erant valde bona. Gen. ij. Sꝫ heu vnū
de suis opibꝫ est rubigine pctī deformatū

vicꝫ nobilis aīa quā fecit ad imaginē suā.
ideo ip̄m oportuit facere ad modū fabri. q̄
cum vult aliquid fabricare de nouo vel ru-
biginosū renouare deponit vestes melio-
res ꝛ induit viliores et assumit sibi malleū
pro tali opere. Sic fecit filius dei patris q̄
induit ignobilē vestē. i. carnē q̄ terra est ꝛ as
sumpsit ꝛ elegit sibi crucē ꝓ malleo et fecit
nouū opus. qꝛ deū hominē: et hoīem deuꝫ
qḋ nunq̄ꝫ prius factū est. et cū malleo cru-
cis renouauit ꝛ purgauit ea q̄ erāt rubigi-
nosa. Juxta illud Apoc̄. xxj. Ecce noua fa
cio oīa. Scḋo xp̄s elegit sibi crucē tāq̄ꝫ mi
les scalā ad castrū expugnandū. Deus em̄
qñ mundū creauerat fecit ꝓ sua inhabita-
tione castrū speciale scꝫ hominē Adā. cui⁹
antemurale erat Eua. et fecit ī eo q̄nq̄ꝫ tur-
res. i. q̄nq̄ꝫ sensus. et muro forti circūdedit.
vicꝫ angeloꝝ custodia. iuxta illud Esa. lxij
Sup muros tuos hierusalē cōstitui custo
des tota die et tota nocte ꝑpetuo nō tace-
bunt. Illud castrū locauit de⁹ ī altiori mō
te. i. in paradiso q̄ locus est ita alt⁹ ꝙ eū di-
luuiū nō attigit. Ecce q̄lis dignitas hoīs.
Sed heu castrū dei traditū fuit ꝑ ꝯsilium
diaboli q̄ p̄mo impugnauit antemurale. i.
Euā cū dixit. Eritis sicut dij sciētes bo. et
ma. et illa ꝯsentiente antemurale diabolus
acq̄siuit. Cū aūt Adā pomū gustauit tunc
castrū oīno traditū fuit diabolo. h̄ castrū
diabolus intm̄ dilexit ꝛ hodie diligit ꝙ in
vno hoīe ꝓ custodia ponit q̄nq̄ꝫ septē dia-
bolos. i. septē mortalia pctā. Sꝫ filius dei
volēs castrū illud eripe de manu diaboli:
armauit se carne de ꝟgine ꝛ accessit ad ca-
strū qḋ diabol⁹ septē murꝭ. i. septē mortali
bus pctīs muniuerat ꝛ erexit scalā. i. crucē
ꝛ tātū pugnauit ꝙ grauissima vulnera ptu
lit. Ista est scala quā Jacob vidit ī somnis
ꝛc. Gen. xxviij. Tertio xp̄s elegit crucē tā-
q̄ꝫ fatigat⁹ locū ad quiescēdū. ſm illḋ Jo.
iiij. Jesus fatigat⁹ ex itinere sedit sup fontē.
ita ꝙ xp̄s postq̄ꝫ diu fatigat⁹ ē in h̄ mūdo
hñ. xxxiij. annis. ip̄e q̄euit ī cruce ꝛ ibi vitā
finiuit hora nona Hic locus erat xp̄o val-
de angustus ita ꝙ oportuit eum ponere pe
dem supra pedē. ſm illud Esa. xlix. Angu-
stus est loc⁹ mihi. Quarto xp̄s elegit sibi
crucē sicut thronū ad iudicandū. qꝛ ī gene-
rali iudicio qñ dñs iudicatur⁹ est viuos et
mortuos apparebit crux xp̄i cū clauis. lan-

cea ⁊ ceteris armis xp̄i tāq̄ȝ signis victorie
vt dicit Chryſ. ⁊ aliȷ̈ doc. ex illo saluatoris
Mat. xxiiȷ̈. Tūc apparebit signū filiȷ̈ ho-
minis in celo ⁊ plangēt oēs tribꝫ terre. id ē
de oībꝫ tribubꝫ aliqui. qꝛ signū crucis erit
electis gaudiosum. reprobis ꝟo future ⁊ ꝑ-
petue calamitatis signū. Inuocem⁹ ergo hodie
dn̄m nr̄m iesum xp̄m ꝓ nobis crucifixum
vt ꝟtute signaculi sctē crucis nos hic tuea
tur ab aduersis vt sp̄ secū possim⁹ cōgaude
re in celis. Amen.

De inuentione sancte crucis.

Sermo LIIII.

Mihi aūt absit gloriari nisi ī cruce dn̄i nr̄i ie-
su xp̄i. ad Gal. v. Apl's vidēs
q̄ multi gloriant̄ in diuersis rebꝫ mūdi q̄-
rū gloriatio est vana. ip̄e solū elegit gloria-
ri in cruce dn̄i nr̄i iesu xp̄i: cui⁹ hodie cele-
bram⁹ solennitatē. Nā ꝑ eā oīe bonū hu
mano generi aduenit. qꝛ redēptio nr̄a per
xp̄m in cruce facta est. Iō de h̄ cū apl'o glo
riari debem⁹ dicētes. Mihi aūt absit glo.
⁊c. In ꝟbis p̄missis apl's duo facit. P̄rio
excludit falsam gloriā. ibi. mihi autē absit
⁊c. Scd̄o includit veraȝ gloriā. ibi. nisi in
cruce dn̄i ⁊c. Et sic innuit duplicē gloriam
scȝ hoīs secularis ⁊ hoīs sp̄ūalis. P̄ria glo
ria mala ē ⁊ vitāda. ī his em̄ q̄ seculi ⁊ mū
di sūt nō est gloriandū. Scd̄a gl'ia bona ē
et sectāda. iō in p̄nti ser. de duobꝫ videndū
est. Primo de his in q̄bꝫ nō est gloriandū.
Scd̄o de his in q̄bꝫ gl'iari possum⁹. F
Ad euidētiā p̄mi nota q̄ sp̄āl'r sūt tria do-
na de q̄bꝫ mali gloriant̄. scȝ in alta potētia.
in ꝓfunda sapientia. ⁊ ī exteriori apparētia.
Primo quidā gloriant̄ in alta potētia. hi
subiȷ̈ciūt sibi incōꝑabiles thesauros hoīes
et iumēta: castra et villas. Sicut Arfaxat
rex iudeoꝝ. de q̄ dr̄ Judith. j. q̄ sibi multas
subiugauerat gētes ⁊ edificauit sibi ciuita-
tes potentissimas in potētia exercit⁹ sui et
in gloria q̄drigarū suarū. Sȝ reuera in po
tentia illa nullo mō est gloriandū: sed sp̄ de
casu est timendū. Nā de rege sup̄dicto ibi-
dem subdit̄ q̄ ī bello deuict⁹ gl'iam simul ꝑ
didit ⁊ regnū. Et de Holoferne p̄ncipe ex
ercit⁹ sui q̄ de potētia dn̄i sui gloriabat̄. ibi
dem hr̄ q̄ a Judith vidua occisus fuit. Iō
dr̄ Hiere. ix. Nō gloriet̄ fortis in fortitudi-
ne sua: nec diues in diuitiȷ̈s suis. Sicut il-
le Luc. xiȷ̈. q̄ cū gloriaret̄ se multa h̄re ī an-
nos plurimos: eadē nocte oībꝫ priuat⁹ fu-
it. aīa vicȝ ⁊ rebꝫ. Ubi ergo nūc est potētia ce-
saris q̄ p̄mus ⁊ sol⁹ imperiū obtinuit. a q̄
oēs imꝑatores noīati sūt cesares romani
quē stilis nō gladiȷ̈s occiderūt. Ubi nunc
est vana potētia Neronis q̄ fugatus a ro-
manis fustē dētibꝫ acuiēs q̄ seip̄m ꝑ vētrē
trāsfodit. Ubi nūc est illa ampla Alexan-
dri magni potētia q̄ sibi totū orbem subie
cit et vigintitribꝫ annis regnauit. ⁊ vltimo
a specialissimo amico intoxicatus veneno
interiȷ̈t. Ideo de hac potētia nō est glorian
dum. Scd̄o q̄dā gloriant̄ in sua scīa ⁊ pru
dentia q̄ tn̄ non est sua. qꝛ ab alio scȝ a deo
accepta. Eccl. j. Oīs sapīa a dn̄o est. q̄re fa
tuitas magna est et rationi cōtrariū gloria
ri de dono alterius dantis. Sicut q̄ glo-
riaret̄ de tunica ꝑ diem ꝓ p̄cio accōmoda-
ta. Un̄ apl'us. j. ad Coꝝ. iiȷ̈. Quid habes
qd̄ nō accepisti. si aūt accepisti: q̄d gloriaris
q̄si nō acceperis. Nā cogita vbi sit mō sa-
pientia oīm p̄decessoꝝ. Ubi est mō sapien
tia socratis q̄ p̄nceps phoꝝ fuit. nōne capt⁹
est ⁊ damnat⁹ veneno interiȷ̈t. Seneca ma
xim⁹ ph̄s ⁊ magister Neronis ab eo bal-
neo minut⁹ interiȷ̈t. Scīa Arestotel' ꝑ totū
orbē laudat̄ ⁊ de eo multa p̄dicant̄ cui⁹ tn̄
mors miserabilis fuit. Nā vt dic̄ Greg. na
zanzen⁹. cum Arestoteles ī grecia apud ni
gropontē staret ⁊ fluxū ⁊ refluxū maris q̄-
si in eodē loco ꝯsideraret. cui⁹ causam q̄rēs
nec inueniēs ex indignatiōe aq̄ dixit. quia
nō possum caꝑe te capias me. et sic se p̄cipi
tans submersus est. Ergo hec sapīa huius
mūdi q̄ tā malū finē adducit nō est curāda
Iō dr̄ Hiere. ix. Nō gloriet̄ sapiēs ī sapiē-
tia sua. Sed sapiētia vera q̄ est de eternis
⁊ cōsistit in deuotiōe cordis est amplecten
da. Tertio quidā gloriant̄ in exteriori ap-
parentia. vicȝ in generis nobilitate. in pul
critudine corporis. et vestiū p̄ciositate. De
primis dicit̄ Osee. ix. Gloria eoꝝ a partu ⁊
conceptu et ab vtero. A cōceptu paterno.
quia scȝ de nobili patre concepti sunt. Ab
vtero materno. quia scȝ in nobilis matris
vtero iacuerunt. et a partu glorioso. quia
scȝ in pompa seculi nati sunt. Sed hec glo
riatio est ignominiosa. quia etiam cogita-
re est ignominiosum q̄nto magis gloriari

qualis fuerit homo in cōceptu in vtero, et
in partu. nō eñ valeo exprimere q̃ de feda
materia patris i cōceptu ↄceptus sit, q̃ de
vili matris materia in vtero nutritus sit, et
in partu quāto dolore matris nat⁹ sit, et q̃
ignominiose egressus. Utinā tales recor-
darentur q̄ ab vno deo sumus, ab vno pr̃e
vno mō concipimur, vno mō in materno
vtero nutrimur, et cōsimili mō moriemur
et sepeliemur. q̄ nāq̧ testa mortuoꝝ glorio
sior, q̄ pulcrior, q̄ sapientior, omnes i vnū
simul diues et pauper. Que est ergo nobi-
litas nr̃a nihil aliud nisi quedā hoīs fama
nōne videm⁹ hoīes viles ditari et tandem
nobilitari. Saul boues, et Dauid oues cu
stodiebāt: ꝛ postea in reges electi sunt. Nā
fm phm nihil aliud q̃ virtus animi nobi-
litat hoīem. Ideo dr̃ in. c. nūq̃. lvj di. ꝛ ibi
glo. Uirtus nobilitat animā: ꝟtute remo-
ta migrat in exilium nobilitatis honor. nā
qui natus ex parentib⁹ prsus alienis a vir
tutib⁹ dū tñ ipse sit bonus melior est q̃ ille
qui natus est de bonis parentib⁹ dū tñ ipe
sit malus. Itē gloriari in corpis pulcritu-
dine est vanū, qꝛ sicut dicit̃ Esa. xl. Omnis
caro fenū et omnis gloria eius tāq̃ flos a-
gri. exiccatū est fenū ꝛ cecidit flos. Auri eñ
nobilitas si vestiat ollam luteā nō ideo seq̄
tur hāc min⁹ eē lutū. Item quidā gloriant̃
de vestib⁹ p̄ciosis, cōtra illud Ecci. xj. Ne
glorieris in vestitu vnq̃. qꝛ fm Bern. qui
gloriat̃ in veste similis est furi glorianti de
capistro. qꝛ ꝑpter peccatū ade introductus
est vestium vsus. Quis enim latronē non
exprobaret gloriantē de signo ꝑ latrocinio
in fronte infixo. Item etiā ex eo de hoc nō
est gloriandū. qꝛ vsus p̄ciosarū vestiū sicut
nō caret peccato faciliter: ita nec pena. Ex
emplum de diuite epulone Luc. xvj. G

Quantū ad secundū nota q̄ veri fideles
ꝛ sancti in septē p̄cipue gloriant̃. Primo in
puritate ↄscientie. ij. ad Cor. j. Gloria nr̃a
hec est testimoniū cōscientie nostre. Scdo
in profectu alioꝝ cum scꝫ alios in dei fide
ꝑficere cōspiciunt. j. ad Thes. ij. Que ē no-
stra spes et gaudiū et corona glorie, nonne
vos ante dn̄m nostrū iesum christum estis
in aduētu eius. vos eñ estis gloria nostra
et gaudium. et ad Phil. iiij. Itaq̧ fratres
mei charissimi et desiderantissimi gaudiū
meū et corona mea. Tertio in conuersione
peccatorum. sicut princeps in subiugatiōe
hostium. Esa. ix. Letabunt̃ coram te sicut
qui letantur in messe, sicut exultāt victores
capta preda quādo diuidūt spolia. Quar-
to in eoꝝ tribulatiōib⁹ et ꝑpria infirmitate
ad Ro. v. Gloriamur in tribulationibus
nr̃is. ꝛ. ij. Cor. xj. Libēter gloriabor i infir
mitatib⁹ meis vt inhabitet in me virt⁹ xp̄i.
Inde glo. sup Ioh. xv. ait. Felix illa iniu-
ria cuius deus causa est. Quinto gloriant̃
in peccatorum superatione. ps. Anima no-
stra sicut passer erepta est de laqueo venan
tium. laqueus cōtrit⁹ est ꝛ nos liberati su-
mus ꝛc̄. In cuius signum populus hebre-
us transacto mari: et a pharaonis seruitu-
te liberati ceperunt cantare. Cantem⁹ dn̄o
gloriose enim egit. Exod. xv. Similiter
Iudas machabeus habita victoria ꝛ mū
dato templo benedixit deum celi. j. Ma-
chab. iiij. Sexto in multarū gratiarū lar-
gitione ꝛ supernoꝝ reuelatione, et sic bn̄di
xit ꝛ laudauit dn̄m Anna ꝑ sublato sterili
tatis obprobrio. j. Re. ij. Tres pueri libe-
rati de camino ignis benedixerūt dominū
Dan. iij. Similiter et Paulus. ij. Cor. xij.
Pro huiusmodi scꝫ reuelatiōib⁹ gloriabor
Et. j. Thim. j. Gratias ei ago q̄ me cōfor-
tauit in christo iesu dn̄o nostro, quia fidelē
me existimauit ponens in ministerio qui
prius fui blasphemus ꝛ ꝑsecutor cōtume-
liosus ꝛc̄. Et virgo gloriosa magnifice de-
um laudauit de gratijs sibi collatis dicēs.
Magnificat anima mea dominū ꝛc̄. Lu.
j. Septimo ꝛ vltimo gloriantur sancti in
crucis Iesu saporatione. Unde apostol⁹
vbi thema. Mihi aūt absit gloriari ꝛc̄.

H Ubi nota fm Hugo. de sancto vi-
ctore q̄ triplex est crux. scꝫ christi. latronis
dextri. et latronis sinistri. In cruce christi ē
gloriatio. in cruce latronis dextri est cōso-
latio. in cruce latronis sinistri est confusio
In prima cruce scꝫ xp̄i est pena sine culpa.
In secunda cruce scilicet latronis dextri ē
pena pro culpa et post remissio. In tertia
scilicet latronis sinistri est pena ꝑ culpa et
post damnatio. I Sꝫ quare gloriā-
dum est i cruce dn̄i nostri Iesu christi. Ad
hoc dico q̄ propter ipius multiplices no-
bilitates. quarū septē hic adducā. Primo
nobilitatē sancte crucis ostendit alta ꝛ stu-
penda figuratio Prima eñ eius figura ab

ſpo initio naſcētis mūdi p̄ceſſit qn̄ forma
uit deus hoīem de limo terre. Quid eī ipā
ſtatura hūana expāſis manibꝫ et brachijs
oſtendebat niſi expſſe formā crucis vt per
eā vicꝫ formā intelligeret reformandꝰ in q̄
homo fuerat format. Secūdo figurat̄ per
arcam quā Noe trecentoꝝ cubitorū cōpo
ſuit in qua ſaluata eſt hūana natura. Gen.
vj. Quid em̄ iſte numerꝰ oſtēdit niſi ſignū
crucis, qꝛ eius p̄ma lr̄a thau eſt qđ fuit ſi
gnum crucis ꝛ ꝑ ip̄m ſaluati ſumꝰ. j. Pe. j.
Nō corruptibilibꝫ auro vel argēto redem
pti eſtis: ſed p̄cioſo ſanguine xp̄i ꝛc̄. Apoc.
v. Lauit nos a pc̄tis nr̄is in ſanguine ſuo.
Tertio figurat̄ ꝑ ſcalā Jacob per quā an=
gelos aſcendētes et deſcendētes cōſpexit.
et cuius cacumen celos tangere videbat̄.
Gen. xxviij. Per hanc anime a penis libe=
rate miniſterio angelorū deſcendentiū por
tantur ad celum. Per hanc glorioſus ſte=
phanus aſcendit videns celos aptos cum
ait. Dn̄e ieſu accipe ſpiritū meū. Act. vij.
Quarto figurat̄ in linitione quā faciebant
filij iſrael in exitu de egypto. Nam vtrūqꝫ
poſtem et ſuperliminare domus tingentes
ſanguine agni paſcalis formam crucis de
pingebāt ꝑ quā liberati ſunt ab extermina
tore. Exo. xij. Quinto figurat̄ in arbore iu=
niperi ſub cuiꝰ vmbra helias ſedit. iij. Re.
xix. Sic ꝛ in omnibꝫ tribulationibꝫ crucis
vmbra refrigerium preſtat. Cant. ij. Sub
vmbra illius quē deſiderauerā ſedi ꝛ fru=
ctus eius dulcis gutturi meo. Si tribula=
ris crucem hāc reſpice ꝛ pendentē in ea cō
ſidera an ip̄e ꝓ te magis an tu ꝓ ip̄o magꝭ
patiaris. cōputa dolores tuos cū ſuis. Si
onere peccatorū grauaris ſub vmbra hac
quieſce ꝛ ne deſperes. Ecce in ea pendens
nō vindictā ſed pacē clamat dicens. Pater
ignoſce ꝛc̄. Et vt breuiter figuras alias ꝑ=
ſtringā hec ſancta crux eſt lapis ille erectꝰ
in titulū ſuꝑ quē noſter Jacob. id eſt ieſus
oleuꝫ miſericordie fudit. Gen. xxviij. Hic
eſt locus vbi fratres Joſeph tinxerūt tuni
cam eiꝰ in ſanguine hedi. Gen. xxxviij. hoc
eſt lignū miſſum in aquas Marath ꝛ dul
corate ſunt. Exo. xv. Hec eſt virga qua ꝑ=
cuſſa petra dedit aquas in abundātia. Nu
me. xxj. Hic eſt palus in q̄ erecto ſerpente
eneo oēs qui in eum aſpiciebant a morſibꝫ
ſerpentū liberabant̄. Nūe. xxj. Hec eſt cy=
thara in quā noſter Dauid pulſans malo=
rum ſpirituum impetus refrenabat. j. Re.
xvj. et vlti. Hic eſt baculus cū q̄ noſter da
uid goliā malignū ſpiritū deſignantē vicit
j. Re. xvij. Hoc eſt lignū qđ Aman para=
uerat Mardocheo ꝛ ꝑ ſe in eo interijt. He
ſter. v. qꝛ diabolꝰ nobis parauit damnatio
nem in ligno tranſgreſſionis ſed victꝰ eſt ꝑ
lignū crucis. De q̄ Gre. in p̄fatione. Et q̄
ꝑ lignū vīcebat in ligno quoqꝫ vinceretur
ꝑ xp̄m ꝛc̄. Hec eſt arbor in medio terre cu=
ius longitudo ptingebat ad celū ꝛ latitu=
do ad terminos terre: et eſca vniuerſorū in
ea erat. Dan̄. iiij. et ſic de alijs figurꝭ q̄ oēs
nobilitatē ſc̄tē crucꝭ oſtendūt q̄re merito in
ea eſt gloriandū. K Sc̄da nobilitas
crucis ſiue gloriatio eiꝰ eſt in mirabili eius
formatiōe. Nā vt no. glo. in Cle. j. de ſum.
tri. et fide ca. ꝙ crux xp̄i de q̄ttuor generibꝫ
lignorū fuit cōſtructa. ſcꝫ de palma. cedro.
cypreſſo. oliua. Nec fuit hoc ſine myſterij
magni ſignificatōe. Trāſuerſale lignū cru
cis fuit de palma que eſt ſignum victorie
qua antiqui victores coronabant̄. Et vbi
eſt tanta victoria quāta eſt victoria crucis
in q̄ xp̄s vt dicit apl's ad Col. ij. debellauit
aereas poteſtates delēs qđ aduerſus nos
erat cyrographū decreti ſcꝫ mortis qđ erat
cōtrariū nobis et ip̄m tulit de medio affi=
gens illud cruci expolians p̄ncipatꝰ et po
teſtates ꝛc̄. Crux quo ad pedē dicit̄ de ce=
dro fuiſſe que eſt arbor imputreſcibilis. et
crux ſancta ab omni putrefactiōe nos pre=
ſeruat. Act. v. Fide mundās corda ip̄oꝝ. ꝛ
ip̄a incorruptibilis vſqꝫ ad diē iudicij ꝑſe=
uerabit. Mat. xxiiij. Tūc apparebit ſignuꝫ
filij hoīs in celo. Tabula tituli fuit de oli=
ua cuiꝰ liquor ceteris ſuꝑnatat. vt vbi me
lior liquor miſc̄dia dei quē ſamaritanꝰ in=
fudit vulneribus ſauciati. Luc̄. x. Stipes
crucis in q̄ dorſuꝫ xp̄i fuit de cypreſſo erat
q̄ arbor boni odoris ē. Et certe nō eſt odor
ſicut odor crucis. cuius odore multa cor=
pora ſc̄toꝝ q̄ dormierūt ſurrexerūt ꝛ vene=
rūt in ſanctā ciuitatē et apparuerūt multis.
Mat. xxvij. Tertia nobilitas crucis eſt in
ornata decoratiōe. nūqꝫ em̄ aurū ꝛ argētū
lapides p̄cioſi et quicq̄d in ornatū alicuiꝰ
rei accōmodati p̄t tātū aliq̄d ornare poſ=
ſunt ſicut ſanguis et membra chriſti cru=
cem ſanctā ornauerunt. Vn̄ canit eccleſia

Arbor decora et fulgida ornata regis purpura electa digno stipite taz sancta mēbra tangere. Purpura regis fuit sanguis christi nudo corpi xpi faciēs vestimentū. Purpura em̄ in quodā animalis sanguine tingitur. Quarta gloriatio sancte crucis est in mysterio nr̄e redemptōis. ad Phil. ij. Humiliauit semetipm̄ factus obediēs vsq3 ad mortē rc. De quo mysterio vide quinq3 rationes in legenda sancti Andree. et quattuor in glo. Cle. supra allegata. Ideo ecclesia eius inuentionē statuit celebrari. vt i. c. crucis. de cse. dis. iij. L Ubi q̄rit glo. q̄re festū sancte crucis celebraf cū in ea xps fuerit dehonestatus: r nō festū asine i qua fuit honoratus. Et dicit q laus q̄ in asina dn̄o impensa est fuit mundana laus de q̄ curandū nō est. Sed dehonestatio christi in cruce fuit nostra redemptio. Quinta nobilitas est in miraculoꝝ operatione. De q̄bus vide in legenda huius diei in p̄cedenti sermone. Nam per eam mortui sunt suscitati. ceci videntes facti. paralitici sanati. leprosi mundati. r demoniaci liberati rc. Sexta est in hostiū deiectiōe siue spiritualium siue corporaliū. De spiritualibꝫ inimicis Chrys. ait. Diabolus timet crucē in q̄ letale vulnus accepit. ps. Dedisti metuentibus se significationē vt fugiant a facie arcus id est crucis. Exemplū de iudeo qui se cruce signauerat: quē vexare nō est ausus. sed dixisse legif. Uas vacuum sed signatū. Uide etiā de hoc in legenda sancti Cristoferi. sancte Anastasie. et alioꝝ sanctoꝝ. De inimicis corporalibꝫ ptz q̄ū dictū est Constantino. In hoc signo vinces rc. M

Nā clerici oīm diuīo cultui dedicati magna cū honestate cū secularibus cōuersari debēt. Et infra scriptas honestates hr̄e et obseruare tenent̄. Prima honestas est cum mulieribꝫ. qm̄ mulier sagitta diaboli ē. oīa fere scādala q̄ in clericis accidūt a sceleratissimis mulieribꝫ hn̄t ortū. dn̄t igit̄ ꝯuersationē mulierū ꝓ posse fugere ⁊ earū cohabitationē declinare. Audi Hiero. xxxij di. hospitiolū. vbi dr̄. Hospitiolū tuū aut raro aut nūq̄ꝫ mulieres terant. q2 nō pt toto corde habitare cū deo: q̄ feminarū accessibus copulat̄ ⁊c̄. vide totū textū. q2 pulcer est. et in. c. legit̄. lxxxj. di. dr̄. Legit̄ in regula Augustini q̄ b. Aug⁹. nec cū sorore habitare ꝯsensit di. Que cū sorore mea sūt sorores mee nō sunt. glo. q2 soci⁹ socij mei socius meus nō est. nā cohabitatio q̄nq̄ꝫ est adulterij occasio. vt i. c. diffinim⁹. xviij. q. ij. Excipiunt̄ oēs iste vt mater. soror. amita. matertera. et generalit̄ ꝑ lineā trāsuersalem oēs ꝯsanguinee q̄ sunt infra secundū gradum. vt in. c. cū oībꝫ. lxxxj. di. Cū oībꝫ inq̄t clericis extranee femine nō cohabitent sed sole matres. auie. matertere. amite. sorores. et filie fratrū ⁊ sororū. et q̄cunq̄ꝫ ex familia domestica necessitate. i. cōsanguinitate vel affinitate. Hec ibi. Sed ꝑ lineā ascendentiū ⁊ descendentiū vsq̄ꝫ ad quartū gradum ar. d. c. cū oībꝫ. et. c. nō debet. de ꝯsang. ⁊ affini. et. xxxij. di. inter oīa. vbi dr̄. Inter oīa dix̄it. i. statuit synodus sancta nō ep̄o. non diacono. nō subdiacono. nō alicui oīno q̄ in clero est licere subintroductā habere mulierē nisi forte aut m̄rē. aut sororē. aut amitam. aut etiā idoneas ꝑsonas q̄ fugiūt suspitiones. sed certe si q̄s posset oēs generaliter declinare deberet. q2 mund⁹ tot⁹ i maligno posit⁹ est. Inuehe ꝯ cohabitātes ⁊ illos q̄ cōiter ꝯducūt hospitia inter eas ⁊ laicos cū tn̄ hospitari possint int̄ clericos qđ fieri nō deberet. Rationē ponit Eusebius in. c. laicos. ij. q. vij. q2 laici opido clericis infesti sunt. et iō vita eoꝝ ⁊ ꝯuersatio debet esse secreta ⁊ a laicoꝝ actibꝫ remota. Inuehe etiā cōtra eos qui se t̄pe serotino puellis et mulieribus cōmiscent publice in platels ⁊c̄. Scđa eoꝝ honestas est in capitulis. xxiij. dist. c. p̄hibete. dr̄. Prohibete fr̄es ꝑ vniuersas regionū vestrarū ecclesias vt clerici iuxta populū comā nō nutriant sed desuꝑ caput in modū spere radāt. i. coronā portēt. et in. c. clerici. ea. di. et de vi. ⁊ hone. cle. in. c. clericus. et. c. clerici. et. c. clericis. dr̄ q̄ clerici q̄ comā nutriūt ⁊ barbā etiā inuiti a suis archidiaconis tondeant̄. debēt eni aures habere patētes. Inuehe ꝯ habētes lōgos pilos ⁊ ꝑuas coronas. H Sz q̄ est rō q̄ institutū est q̄ ista tōsura capitis portet̄. Solutio f̄m mentē s. Tho. in. iiij. di. xix. et canonistarū. tres sūt rōnes q̄re sacerdotes ⁊ in sacris ꝯstituti tōsurā deferre debēt. Prima rō est in signū regie dignitatis. Nā sacerdotes ad diuīa mysteria ⁊ regis eterni sacra ministrāda electi ac ordinati deputati sunt. iō signū regis eterni deferre debēt: qđ est capit̄ corona. Hāc rōnem tangit be. Hiero. et hr̄ in. c. duo. xij. q. j. vbi inq̄t. Duo sūt genera x̄p̄ianoꝝ. Est autem vnū gen⁹ qđ mancipatū diuīo officio ⁊ deditū ꝯtēplationi ⁊ orōni ab oī strepitu t̄paliū cessare ꝯuenit. vt sūt clerici ⁊ deo deuoti. scꝫ cōuersi. Cleros eni grece latine. sors dr̄. Inde hmōi hoīes vocant̄ clerici. i. sorte electi. oēs eni de⁹ in suos elegit. hi nāq̄ꝫ sūt reges. i. se aliosq̄ꝫ suis ꝟtutibꝫ regētes. ⁊ ita in deo. i. in eccl̄ia regnū hn̄t. ⁊ h̄ desiḡt corona i capite. Hāc coronā hn̄t ab institutiōe romane ecclesie. ⁊ in signū regni qđ in x̄p̄o expectāt. Scđo tonsurā deferre debēt i signū t̄palis vilitatis. Quid eni piloꝝ rasio circūcirca tēpora ⁊ suꝑ caput piloꝝ abrasio aliud significat q̄ꝫ q̄ diuinis dedicati in inferiꝰs radant̄ circa tēpora. i. inferioribꝫ negocijs nō implicent̄. ⁊ i vertice capitis capillū nullū deportēt vt toti ꝯtēplationi dedicent̄. ij. ad Thi. ij. Nemo militās deo implicet se negocijs secularibꝫ: q2 nēo pt duo. dn̄is ser. Audi Hiero. i d. c. duo. vbi cōsequēter dic̄. Rasio ꝓo capit̄ est t̄paliū oīm depositio. illi victu ⁊ vestitu ꝯtēti nullā inter se ꝓprietatē hn̄tes. s. in rebꝫ ecclesiasticis nō ei s̄t dn̄i eorūdē sꝫ dispēsatores. ⁊ an vsurarij vel vsufructuarij ad p̄ns resoluere dimitto. Tertia rō dr̄ in signū approbate veritat̄. nā f̄m traditionē aliq̄rū corona clericoꝝ h̄ p̄mū sumpsit initiū. Dū eni petr⁹ Antiochie p̄dicaret i ꝯtumeliā nois chri-

stiani summitatē capitis ei⁹ abraserūt. Qđ
quidē postmodū toti clero tradit̃ in hono-
rē q̄ p xp̄o apl'oꝝ p̄ncipi cōtumelia fuerat
irrogata. Inuehe ꝯ eos q̄ verent̃ ⁊ occul-
tant. et dic de pena nō deferentiū coronas
Tertia honestas est in vestimētis. vt scʒ ve
stimenta honesta portent: silr ⁊ calciamēta
Hoc statuit̃ in d. c. clerici. xxiij. di. vbi dicit̃.
Vestimenta vel calciamenta nisi q̄ religio
nem deceāt vti aut habere nō liceat scʒ ad
vtendū. Idē hr̃ in. c. j. et. c. null⁹. xxj. q. iiij. ⁊
in. c. clerici. de vi. et hone. cle. vbi inter alia
dicit̃. Clerici clausa desup deferāt indumē-
ta nimia breuitate vel longitudine nō no-
tanda pannis rubeis aut viridib⁹ nō vtant̃
vide tex. q꞉ pulcer est. Inuehe cōtra eos q̄
habēt tunicas retro excisas. et pallia diffi-
bulata. ꝯ. c. clerici. in fi. de vi. ⁊ ho. cler̃. Dic
de honestate ecclesie. Itē ꝯtra eos q̄ defe-
runt vestes bipartitas. vt in curijs p̄ncipū
ꝯtra cle. ij. de vi. et ho. cle. vbi ponit̃ pena.
Quarta honestas est in exercitijs et nego-
cijs. debēt em̄ sacris eloquijs ⁊ v̄tuosis acti
bus inherere ⁊ diuinis officijs ⁊ deuotio-
nib⁹ insistere. Vn̄ i. c. oēs psallētes. xxxviij
di. dr̄. Oēs psallentes deo repromittimus
in iustificationib⁹ tuis meditabor nō obli-
uiscar sermones tuos q̄ sunt eloquia dn̄i.
qđ ⁊ si cunctis fidelib⁹ obseruare saluberri
mū sit: p̄cipue tn̄ his q̄ ecclesiasticā sunt cō
secuti dignitatē. Hec ibi. Quib⁹ aūt virtu-
tibus clerici debeāt eē decorati oñdit apl's
j. Coꝝ. iij. ⁊ ad Titū. j. dicēs. Oportet ep̄m
esse irreprehensibilē ⁊c̄. Que regula ꝯtinet
xiij. c. seu ꝯditiōes virtutū q̄ obseruari de-
bent ab oīb⁹ sacerdotib⁹. A secularib⁹ autē
negocijs clerici oīno debent abstinere ⁊ iō
ordinant̃ in sabbato qđ interpretat̃ quies.
quia quiescece debēt id est cessare a seculari
bus negocijs. q̄ aūt sint ista negocia secu-
laria q̄ clericis p̄hibent̃. vide. c. j. ne cle. vel
mo. vbi multa ponunt̃. Et Isido. de vita
cleri. Et hr̃ in. c. his igit̃. xxiij. di. quā vide.
Et p̄mo quidē negociatio est eis p̄hibita.
Audi Hiero. in. c. negociatorē. lxxxviij. di.
vbi dicit. Negociatorē clericū. ex inope di
uitē. ex ignobili gloriosum: tāq̄ȝ pestē fuge.
In q̄bus verbis tria genera hoīm fugien-
da describit. Primo clericus negociator.
scđo paup factus repente diues. et rustic⁹
in dn̄io ⁊ statu exaltatus. Itē nō debēt esse

aduocati siue p̄curatores in seculari iudi-
cio nisi pro miserabilib⁹ psonis. et in. c. j. de
postul'. vel nisi suā aut suoꝝ p̄sequent̃ iniu-
riam. iiij. q. vj. oīb⁹. Itē nō debent esse hi-
striones. goliandi. aut buffones. vt in. c. j.
de vi. et ho. cle. li. vj. Itē nō debēt esse mac
cellarij aut tabernarij publici. vt in cle. co-
ti. vbi ponit̃ pena. Itē nō debēt esse venato
res. venatiōe illa q̄ fit cū clamore scʒ cani-
bus ⁊ tumultu. vt i. c. j. et. ij. ne cle. vel mo.
et in. c. j. de cle. vena. Venatio aūt q̄ fit sine
clamore vt ponere laqueū vel rete ⁊ hmōi
bn̄ est licita clericis. de ꝯse. di. v. nūq̄ȝ. et de
plurib⁹ alijs q̄ p̄hibent̃ clericis. vide sum-
mistas. Exercitiū aūt honestū vt agricul-
ture seu artificiū honestū pōt cleric⁹ exerce
re si indiget p̄cipue et etiā sine hoc. vt in. c. j.
de cele. mis. ⁊ hr̃ in. c. presbyter. ⁊ trib⁹. c. se.
xcj. di. Inuehe ꝯtra plures excedētes ꝯtra
p̄dicta ⁊ p̄sertim cōtra ociosos. Scđo arti
culo iuxta diuisionē premissam in q̄ notat̃
xp̄i largitas ⁊c̄. dimisso qm̄ ex primo clare
habet̃ quō xp̄s liberaliter btō Petro mul
ta bona ꝯtulerit: aggrediaʒ tertiū articulū
in q̄ dr̄ de doni immensitate. O q̄le donuʒ
dedit btō Petro vel clauē nō thesauri vel
vnius cellarij ⁊c̄. sed claues regni celorū.

H Vbi nota s̄m Petrūm de palu. et
doc. in. iiij. di. xviij. q̄ est triplex clauis re-
gni celoꝝ. Prima est auctoritatis. et hāc ha-
bet solus de⁹. q꞉ cū clauis sit potestas ape
riendi celū ⁊ de⁹ solus p̄ncipaliter possit re
mittere pctā q̄b⁹ solis claudit̃ celū ⁊ gratiā
infundere q̄ aperit̃. iō hʒ hāc ipe sol⁹. Se-
cunda est excellētie. hāc hʒ sol⁹ xp̄s inquā-
tum hō. ipe em̄ merito passionis sue aperu
it celū tollēs impedimentū nature qđ nul-
lus tollere potuit. Et iō dr̄ Apoc. iij. Xp̄s
aperit ⁊ nemo claudit. claudit ⁊ nēo aperit
Tertia est clauis ministerialis. hāc xp̄s de
dit immediate b. petro. et mediāte eo alijs
sacerdotib⁹ qui ministerialiter ⁊ dispositiue
agūt ad amotionē obstaculi. id est peccati.
et apertionē id ē collationē grē ministrādo
sacra q̄ operant̃ in merito passionis xp̄i et
virtute. hec aūt clauis ministerialis est du
plex. vna dr̄ ordinis. alia iurisdictiōis. Et
clauē ordinis hʒ oīs sacerdos. sed clauē iu-
risdictiōis nō hʒ nisi habeat subditū. vn̄ et
curat⁹ nō sacerdos hʒ clauē iurisdictiōis ⁊
nō clauē ordis. Itē clauis ordis ē duplex.

scz ptãtis ⁊ scie, vna tñ essentialiter ꝺm sanctũ Tho. q̃uis Sco. teneat ꝙ inter se sint realiter distincte: ita ꝙ ꝓprie verbũ xp̃i verũ sit Tibi dabo claues. nã clauis scie est auctoritas cognoscẽdi i causa pctõris cui sit aperiendũ vel claudendũ. Sz clauis potestatis est ptãs sententiãdi ligãdo vel soluẽdo q̃ ecclesiasticus iudex dignos recipe et indignos excludere debet a regno dei. Et clauis scie ordinaꝛ ad auctoritatẽ sentẽtiandi. q2 qui habet auctoritatẽ diffinitiue sententiandi in aliq̃ causa hz etiã auctoritatez cognoscẽdi i eadẽ. Et sic ꝺm Scotũ q̃uis ille claues sint realiter distincte ⁊ de potentia dei absoluta possent ab inuicẽ separari: nõ tñ vnq̃ separanꝛ. q2 xp̃s Joh. xx. vno ⁊ eodẽ ṽbo cõtulit ambas claues. Sic etiaz ep̃s eodẽ signo sensibili ⁊ verbo ↄfert ambas. Unã q̃si excellẽtẽ ⁊ explicite scz clauẽ ptãtis. Aliã implicite cui⁹ vsus est antecedens ad vsum illius. ¶ Distinctius tñ ista ꝓpter laicos ꝓsequẽdo dico ꝙ xp̃s dedit btõ Petro ⁊ oĩb⁹ eius successorib⁹ q̃ttuor claues. Prima vocaꝛ remissionis. Nã ptãs clauiũ extendit se primo ad pctõꝝ remissionẽ ⁊ retentionẽ. de q̃ Joh. xx. Accipite spm̃sanctũ quoꝝ remiseritis pctã remittuntur eis. et quoꝝ retinueritis retẽta erũt. Diceres. Luc. v. dꝛ. Quis est q̃ pctã dimittit nisi sol⁹ deus. Rñdeꝛ ꝙ vtrũq3 verũ est ꝙ deus remittit ⁊ sacerdos: sed differenter. Ex pctõ em̃ mortali tria incõmoda in homine generanꝛ. Primuz est dei inimicicia. Sap. iiij. Odio habet dñs impios ⁊ impietatẽ eoꝝ. Aug. Scio deũ oĩ criminoso inimicũ. Secundũ est macula deformis. q2 in aĩa pctõris imago ⁊ similitudo dei deturpatur. Treñ. iiij. Denigrata est sup carbones facies eoꝝ. i. aĩe. Tertiũ est reatus. i. obligatio ad penã eternã. q2 peccat ↄ deũ eternũ. Nõ ista tria remittit sol⁹ de⁹ ṽtute ↄtritiõis. sol⁹ remittit offensam. sol⁹ lauat maculã. sol⁹ dissoluit obligationẽ. i. dimittit penam eternã. Sacerdos autẽ tria facit ex pte sui i absolutiõe pctõꝝ. Priõ ipm absolutũ eẽ diiudicat q̃tũcũq3 sit a deo absolut⁹ interi⁹. ꝓ absoluto tñ nõ recipiꝛ ab ecclesia militante nisi ad arbitriũ sacerdotis. Et figuraꝛ i veteri testa. Leuit. xiiij. Quãtumcũq3 leprosus esset mundatus tñ pro mundato nõ recipiebaꝛ nisi iudicio sacerdotis. idõ dixit dñs leproso mũdato Mat. viij. Uade ⁊ oñde te sacerdotib⁹. Scdõ ipsum a pena purgatorij absoluit ⁊ pñti pena satisfactoria ipm ligat ita ꝙ si sufficiẽs fuerit aliã penã purgatorij non sustinebit. Tertio de ipa pena satisfactoria iniuncta siue iniungẽda partẽ relaxat. ij. ad Coꝝ. ij. Nã ⁊ ego qd̃ donaui si q̃d donaui ꝓpt vos in ꝑsona xp̃i. et illa sunt signata i resuscitatione Lazari. Joh. xj. Sol⁹ nãq3 xp̃s resuscitauit eũ a mortuis. Discipulis ãt tria cõmisit. Priõ lapidẽ tollere. i. penã purgatorij i penã satisfactoriã cõmutare. Scdõ lazarũ soluere. i. pctõrẽ interi⁹ a deo absolutũ oñdere. Tertio eũ libere ꝑmittere abire. id est sufficiẽti pena iniũcta eũ a pena purgatorij absoluere. qm̃ si sufficienꝛ cõpleuerit illã. aliã penã purgatorij nõ sustinebit. Cõcludo igiꝛ. quõ intelligiꝛ ꝙ sol⁹ deus remittit pctm̃. et ꝙ etiã sacerdos remittit pctm̃: q2 vtrũq3 intelligiꝛ q̃tũ ad tria p̃dicta. q̃ repete ⁊c. Scdã clauis vocaꝛ ↄfectiõis. In vltima nãq3 cena xp̃s dedit b. petro ⁊ aliis apl'is ptãtẽ ↄficiẽdi ⁊ ↄsecrãdi corpus suũ verũ in missa qñ dixit. Hoc facite in meaz cõmemorationẽ. Luc. xxij. q̃si di. potestatẽ h̃ faciẽdi. i. ↄficiẽdi accipite. tũc em̃ eos fecit sacerdotes. nã ꝺz doc. i. iiij. di. xviij. In ordĩe sacerdotali duplex ↄferꝛ ptãs q̃tum ad duos p̃ncipales actus ordinis sacerdotalis. Una est ptãs verũ corp⁹ xp̃i ↄficiendi quã voco clauẽ ↄfectiõis. Alia ptãs est q̃tũ ad corp⁹ xp̃i misticũ vicz ptãs ligãdi ⁊ soluẽdi. quã vocaui clauẽ remissiõis. q̃ potestas p̃supponit sciaz discernẽdi inꝛ leprã ⁊ leprã qd̃ dꝛ clauis scie. Hac igiꝛ claue ↄficiẽdi nõ creduntꝛ apl'i vsi añ pẽthecostes. ⁊ tũc i vltima cena est etiã eis data ptãs ligãdi ⁊ soluẽdi oĩb⁹ in foro pñie nõ antea. naz ꝙ antea dixerit discipulis. Quecũq3 ligaueritis i terra erũt li. ⁊ i ce. et q̃cũq3 solue. super. ⁊c. Mat. xviij. fuit ṽbũ ꝓmissiõis non collatiõis talis ptãtꝭ. Sicut ⁊ qñ dixit petro. Tibi dabo cla. ⁊c. s. Tho. in. iiij. vbi s. dicit ꝙ ptãtẽ sacerdotalẽ q̃tũ ad secundariũ actũ q̃ est soluere ⁊ ligare xp̃s dedit p⁹ resurrectionẽ cũ sufflauit i eos di. Accipite spiritumsanctũ ⁊c. qd̃ videꝛ magis cõsonum dictis sanctorum. De hac potestate conficiendi dicit Anteros papa in. c. absit. xj. q. iij. Absit vt quicũq3 sinistrum de his

arbitremur q̄ apostolico gradui succedentes xp̄i corpus sacro ore ꝯficiũt, ꝑ q̄s nos christiani sumus, q̄ claues regni celoꝝ habentes añ diē iudicij iudicãt. Tertia clauis quã dedit btõ petro dr̄ ep̄alis ꝯfirmandi ⁊ ordinãdi. Extendit̃ aũt ista potestas ep̄alis ꝑ se ad crismandũ, ordinandũ, ꝯsecrandum oē dignũ ꝯsecratiõe, vt eccl'ias, virgines, calices ⁊ hmõi, et etiã ad ligandũ ⁊ soluendũ ĩ foro exteriori ꝑ excõicationē, vñ excõicatio dr̄ mucro ep̄alis, xxiiij. q. iij. corripiant̃. In hac ptãte scʒ ordinis ep̄alis oēs ap'li fuert̃ eq̄les siue fuerint facti ep̄i a xp̄o in vltima cena aut post resurrectionē vt tenet Aug. in li. de q̄stionibꝫ noui ⁊ ve. testa. ꝙ xp̄s oēs ap'los fecit ep̄os, siue sint ordinati postea a b. petro ep̄i, vt tenet Petrꝰ de palu. ĩ tractatu ꝺ pape ptãte, vbi dic̃ ꝙ solꝰ petrꝰ factꝰ est a xp̄o ĩmediate ep̄s et papa cũ dixit, Pasce agnos ⁊ oues meas, Joh. vlt̃. Postmodũ ꝓo petrꝰ cõsecratus a xp̄o in ep̄m ꝯsecrauit post penthecostes iohannem euangelistã vt principaliorē post eum et postea Jacobũ maiorē et fratrē eius, et exinde isti tres ꝯsecrauerũt Jacobũ minorē in ep̄m ⁊ patriarchã hierosolymoꝝ dantes in h̄ formã eccl'ie de nũero trinario episcopoꝝ ꝯsecrãtiũ eos. Et ita intelligenduʒ est qꝺ dicit̃ ĩ. c. porro. cũ glo. lxvj dis. de ornatiõe Jacobi minoris. Fuit aũt hoc cõgruũ vt sicut in creatiõe humani generꝭ vt esset maior vnitas deus creauit vnũ hoīeʒ a q̄ oēs alij descenderũt, scʒ ab Adã, sic ad seruandã ecclesie vnitatē non fecit christus duos vel tres ep̄os seu oēs ap'los a q̄bus alij fierent vt essent plura capita, sed decuit vnũ tm̄ facere ep̄m a q̄ ceteri fierēt ⁊ hic fuit b. petrꝰ. Ideo dictũ sibi fuit, Tibi dabo claues ⁊c̄. scʒ ecclesie militantis. Ad id aũt qꝺ dicit b. Aug. facile r̄ndet̃. Prĩo ꝙ christus fecit oēs ap'los episcopos sed differēter, quia petrũ ꝑ se fecit ep̄m: alios autē per petrũ. Secũdo ꝙ fecit oēs ep̄os id ē p̄sbyteros, vicʒ in vltima cena. Sepe em̄ ep̄us ponit̃ ꝓ simplici sacerdote, vt ꝓbat Hiero. in. c. legimus. xciij. di. Act. xx. Apostolꝰ loquēs ad seniores ephesij ciuitatꝭ dicit. Posuit vos sp̄ũssanctus episcopos. i. p̄sbyteros. In vna em̄ ciuitate nõ debet esse nisi vnus ep̄s, sicut dicit Clemens petrũ instituisse in. c. in illis. lxxx. di. Sic etiã pōt intelligi illud qꝺ dicit ps̄. de iuda. Ep̄atũ eiꝰ accipiat alter, id est presbyteratũ vel apostolatũ. Idē etiã est de oībus episcopis cõsecratis ꝙ ptãs illiꝰ clauis in oībꝫ est equalis q̄ auferri nõ pōt ab hoīe nec deleri, q2 a deo ꝯfert̃, et si mediãte ep̄o vt instrumētali causa. Et sic intelligit̃ illud qꝺ dicit Anacletus papa in. c. nouo. xxj. di. ꝙ ceteri ap'li cũ eodē petro pari ꝯsortio honorē ⁊ potestatē acceperũt, scʒ q̄tũ ad potestatē ꝯsecrationis anio q̄tũ ad ministrationē seu iurisdictionē vt ĩfra dicet̃. Quarta clauis dr̄ iurisdictiõis iudicãdi ⁊ sententiãdi ĩ foro penitētie ⁊ cõtentioso. Hãc aũt et si oēs ap'li habuerũt a xp̄o: tñ vt essent sub petro. Ipse aũt petrus immediate a xp̄o accepit omnē plenitudinē iurisdictiõis, et sic oīs eiꝰ successor. i. papa plenitudinē potestatis habet a christo, alij aũt ep̄i ⁊ p̄lati in ꝑte habēt et oēs a papa. Vñ Gre. in. c. decreto. ⁊ se. ij. q vj. inquit. Romana ecclesia vices suas ita alijs impartiuit ecclesijs vt in partē sint vocate sollicitudinis nõ in plenitudinē potestatis. Ad qꝺ designandũ papa sꝑ ⁊ vbiq̄ vtit̃ pallio. Alij ꝓo p̄lati ceteris diebꝫ ⁊ locis, vt in. c. ad honorē de vsu pal. Hãc potestatē xp̄s btõ Petro ꝯtulit cũ dixit. Pasce oues meas. q̄ ptãs extendit̃ ad oīa iuris diuini vel naturalis dubia declarãdo, oīa iura positiua statuēdo ⁊ abrogãdo, oīa priuilegia cõdonando. De oībꝫ in vtroq̄ foro q̄ sũt in ecclesijs dei sententiãdo, penas oēs tꝑales debitas ꝓ peccatꝭ ꝑ indulgētias relaxãdo. Et multa alia q̄ nullꝰ aliꝰ pōt et iõ ipi soli dictũ est. Tibi dabo cla. ⁊c̄. Et ad hoc sunt plures auctoritates q̄s ꝓpt̃ breuitatē decreui obmittere, vide aliq̄s in summa Antonini. tertia ꝑte ti. xxij. c. iiij. §. j. circa finem.

De sctīs Petro ⁊ Paulo ap'lis. Sermo LVIII.

b Eatus es simõ bariona: q2 caro ⁊ sanguis nõ reuelauit tibi sed pr̄ meus q̄ in celis est. Mat. xvj. Quãuis oīm ap'loꝝ festa singulari reuerētia ⁊ deuotiõe celebramꝰ ꝑ q̄s saluator nr̄ plãtauit ⁊ illuminauit ecclesiam, tñ illos singularit̃ venerari debemus petrũ tanq̄ȝ principē et caput oīm ap'loꝝ, paulũ tãq̄ȝ doctorē gentium. De q̄bus scīã

decantat ecclesia. Gloriosi principes terre quō in vita sua dilexerunt se ita ⁊ in morte nō sunt separati. q₂ in vno loco: et vno die rome sunt occisi. Quos etiā xp̄us p̄ ceteris apl'is cōmēdauit. Beatū paulū apō Ananiam dicēs Act. ix. Uade qm̄ vas electionis est mihi iste vt portet nomen meū corā gentib₉ ⁊ regib₉ ⁊ filijs israel. Beatū vero petrū cōmendauit in verbis thematis dicens. Beatus es symon bariona, qđ interpretat̄ filius colūbe, q₂ caro ⁊ sanguis, i. hō mortalis non reuelauit tibi, sc₃ ꝙ ego sum xp̄s filius dei viui: sed pater meus ⁊c̄. In p̄nti sermone erūt duo articuli. In primo dicet̄ de cōmendatione ⁊ dignitate sctī Petri. In scđo de dignitate ⁊ cōmēdatiōe sancti Pauli. Ad euidentiā primi nota ꝙ dignitas sancti petri vltra alios apl'os pbatur ex trib₉. Primū dicit̄ plationis. secundum sanctitatis. tertiū cōparationis, psequere illa vt habes in p̄cedenti sermone. In secūdo articulo dicendū est de cōmendatione et dignitate sancti Pauli. R

Ad cuius euidentiā nota ꝙ cōmendatio et dignitas beati Pauli pbatur ex tribus. Primū dicit̄ electionis. secundum assumptionis. tertiū thesaurisationis. Primo b. paulus ex h̄ cōmendat̄ et apparet ei₉ dignitas vltra alios sctōs. q₂ ipe inter oēs sctōs cuiuscūq₃ status aut cōditionis fuerint sol₉ a xp̄o dr̄ vas electiōis. Act. ix. vt sic in eo intelligat̄ impletum illud Esa. xlij. Ecce seruus meus suscipiā eum elect₉ meus cōplacuit sibi in illo aīa mea. Fuit autē b. paulus vas electū a xp̄o ad capescenduʒ multa genera gratiarū q̄ ad p̄ns possūt reduci ad tria. Prio fuit illud venerabile vas electū ad dei sapientiā. Ideo recte dici potuit vas sapientie. Fuit eñ paulus p̄ditus triplici sapientia. vic₃ mosaica. euāgelica. et diuia. quā in trib₉ scolis didicit. In paruis scolis iudeorū secus pedes Gamaliel is eruditus vbi didicit legē mosaicā. Act. xxij. In magnis scol' christianoꝝ. vbi xp̄s dn̄s magister est didicit legē euangelicā a xp̄o. ad Gal'. j. Neq₃ eñ ab hoīe ego accepi illud. sed p reuelationē dn̄i nr̄i Jesu xp̄i. Tertio in maximis scolis angeloꝝ didicit legē diuinā et supnaturalē. Secundo fuit vas electuʒ ad laborū instantiā. q₂ vt dicit Chrys. tam laboriosus fuit ꝙ noctē p maiori parte cōsumpsit in labore manuū. diē vero in exercitio p̄dicationis. Unde dicit Haymo ꝙ a galloꝝ cantu vsq₃ ad quintā horam manib₉ laborauit. deinde p̄dicationi plerūq₃ vacabat et vsq₃ ad noctē sermonem ptraxit. residuū vero tp̄s in refectione somno ⁊ orōnib₉ cōsumpsit. Uñ ipe dicit j. ad Coꝝ. xv. Abundantius oībus illis laboraui. et ne videret̄ gloriando hoc dixisse subiūxit. Nō aūt ego sed grā dei mecum

Tertio vas illud benedictū fuit electuʒ ad passionis tolerantiā. Qđ ptʒ in triplici genere passionū quas patientissime tolerauit. Primū genus cōsistit in corporali afflictione. secundū in mentali affectiōe. tertiū i penali tormentatiōe. Primū ptʒ. nā licet in corpore multas afflictiones sustinuerit: oēs tn̄ ille ad tres reduci p̄nt. primā ptulit a seipo. scđam ab aduersario. tertiā ab amico domestico. Nā a seipo ptulit voluntariā corpis castigationē q̄ causabat̄ a laboribus plurimis. a ieiunijs multis. a fame ⁊ siti. a frigore ⁊ nuditate. vt ipemet testat̄. ij. Coꝝ. xj. Ab aduersario ptulit multa varia picula q̄ machinati sunt i mortē ei₉ inimici sui. Nā in ciuitate a falsis fratrib₉ sustinuit periculū p̄ditionis. in solitudine ab eisdeʒ sustinuit tāq₃ a latronib₉ periculū occisionis. sed in flumine ab ipis sustinuit periculum submersionis. q₂ illi q̄ nō poterāt ipm in ciuitate p p̄ditionē perdere. nec in solitudine interficere conati sunt ipm in flumine submergere. xp̄o tn̄ ptegente cunctoꝝ manus euasit. Ab ipis p̄o domesticis. i. iudeis ptulit variā penarū illationē. q₂ vt ipe testat̄ ibidē a iudeis q̄nq₃ vicib₉ accepit q̄dragintā plagas min₉ vna. nā vt dicit glo. ne viderent̄ immisericordes vnū ictū remittebāt de numero q̄dragenario quē nō debuerūt excedere ex lege in his q̄ talē penā meruerūt. Ab ipis etiā iudeis in Liconia semel lapidat₉ extitit. et cū ipoꝝ seuiciā declinaret ⁊ v̄bum dei gentib₉ p̄dicaret ter naufragiū passus fuit. Uñ de oīb₉ illis vbi s. dic. In laborib₉ plurimis. i carcerib₉ abūdanti₉. in plagis sup̄ modū. ⁊ i mortib₉ frequēter. i. piculis mortis. Scōm gen₉ passionis. q₂ passus est in mentali affectione. ⁊ h̄ tripl'r. Prio p dilatatiōe eccl'ie⁊ pfectu fideliū habuit maximā sollicitudinē. Ideo dicit vbi sup̄. Preter ea q̄ extrinsec₉ sunt q̄

patior ab exteriori mea instantia q̃tidiana sollicitudo oīm ecclesiarū. Secūdo ꝑ debilium ⁊ infirmoꝝ releuatione habuit maximam cōpassionē. Vñ subdit ibidē. Quis infirmatur ⁊ ego nō infirmor. Quis scandalisat̃ et ego nō vror. id ē mentaliter affligor. Et ideo dicit Chrys. Nullus tāto affectu deflet mala ꝓpria q̃nto Paulꝰ flebat aliena. Tertio ꝑ alioꝝ tribulatiōe habuit maximā tristiciā. Vñ ad Ro. ix. Tristicia magna est mihi ⁊ cōtinuꝰ dolor cordi meo Et. ij. ad Coꝛ. j. Siue aūt tribulamur pro vestra exhortatiōe et salute tribulamur sciētes q̄m sicut socij passionū estis: ita ⁊ ꝯsolationis eritis. Tertiū genus passionis scꝫ in penali tormentatione habuit eo ꝙ maximam cōstantiā mentis habuit in tolerātia aduersoꝝ. Quod patet per illud qđ sequitur vbi sup̄. Nō em̄ volumꝰ vos ignorare fratres de tribulatiōe nr̄a q̄ facta est ī Asia: q̄m supra modū grauati sumꝰ et sup̄ virtutem. ita vt tederet etiā nos viuere ⁊c. Vñ ꝓpter inuictā sue mētꝭ cōstantiā Chrysosto. dicit ꝙ ip̄e fuit omni saxo durior. oī columna immobilior. et omni adamante fortior ⁊c. Secundū ex q̄ ꝓbatur dignitas beati Pauli dr̄ assumptiōis siue raptꝰ. nā ip̄e solus inter oēs sanctos raptus est vsq; ad tertiū celū. vbi dicit se audiuisse ⁊ vidisse archana dei q̄ nō licet homini loqui. ij. ad Coꝛ. xij. Qđ vtiq; maximū est videre diuinam essentiā ⁊ esse ī terris. nō tn̄ ꝓpterea vt dicūt docto. tunc fuit cōprehensor ⁊ beatꝰ. q2 nō habuit claram visionē in actu ꝑmanenti sed transeunte ⁊ sic ad tempus. q̄re n̄ fuit ibi firma tentio q̄ est de rōne beatitudinis. ¶ Tertiū dicit̃ thesaurisationis Est nāq; btūs Paulus thesaurarius oīpotentis dei. Habet em̄ deus triplicē thesaurum. scꝫ potētie. sapiētie. ⁊ miscđie. Thesaurus potentie appropriat̃ patri. thesaurꝰ sapientie filio. et thesaurus miscđie spūisancto. Super hos autē tres thesauros voluit deus hr̄e triplices thesaurarios. Sup̄ thesaurū patris scꝫ potentie cōstituit Petrum qñ christꝰ dixit petro. Tibi dabo claues regni celoꝝ. et quodcūq; ligauerꝭ sup̄ terram ⁊c. nō ꝙ alij ap̄li hāc nō haberēt potestatē. sed q2 Petro tāq; capiti principaliter eā dedit q̇ erat papa ⁊ caput oīm. Nam xp̄s omnibꝫ ap̄lis ⁊ suis sequentibꝫ dixit in plurali Mat. xviij. Quecūq; alligaueritis sup̄ terrā ⁊c. Scđo super thesaurū filij scꝫ sapientie cōstituit Paulū. De q̄ ad Gal. j. Notū facio vobis euangeliū qđ euangelizatum est a me: q2 nō est ſm hoīem ⁊c. vt supra. Tertio thesaurū spūsancti scꝫ misericordie cōmisit virgini Marie. de q̄ Luc. j. Spūssanctus supueniet in te. Propter h̄ em̄ dr̄ mater misericordie. Ex his ꝑꝫ ꝙ q̇cūq; ad aliquē dictoꝝ thesauroꝝ vult intrare vel aliquid ab eo ꝑcipere cōgruū est vt inuocet ꝓpꝛium thesaurariū vt sibi aperiat. Petrū ꝑ remissione peccatoꝝ. Paulū ꝑ intellectu ⁊ sapientia vt sibi hanc impetret ad cognoscendū statum sue ꝓprie fragilitatis. vicꝫ defectus ⁊ pctā. virginē mariam in omni necessitate tribulatiōe ⁊ aduersitate ꝑ auxilio ⁊ misericordia. Post cōmendationē amboꝝ ap̄loꝝ Petri ⁊ Pauli est dubiū q̇s inter eos alteri ꝓponat̃. Ad h̄ rn̄det Ambro. et habet̃ in. c. beati. ij. q. vij. dicēs. Beati petrus et paulꝰ eminent inter vniuersos ap̄los. verū q̇s inter ipos alteri ꝓponatur incertū est. puto ergo illos equales esse meritis q̇ equales sunt passione. et subdit. Nō em̄ sine causa factū putamꝰ ꝙ vna die: vno in loco: sub vno ꝑsecutore passi sint. vna die vt ad xp̄m pariter ambularēt vno in loco ne alteri rōma deesset. sub vno persecutore: vt equalis crudelitas vtrunq; cōstringeret. Dies ergo ꝑ merito. locus ꝑ gloria. persecutor pro virtute decretus est. Idem vult Pelagius papa. xvj. dist. sacrosancta. Idem tenēt Augꝰ. et maximꝰ in sermonibꝫ de vtroq; ap̄lo. ¶ Sed qualiter sint passi dicit Hiero. de viris illu. Petrus scđo Claudij anno ad expugnandū Symonē magū pergit vbiq; vigintiq̇nq; annis cathedrā sacerdotalē tenuit vsq; ad vltimū annum Neronis a quo est affixus cruci. martyrio coronat̃: capite ad terrā verso in sublime pedibꝫ eleuatis asserēs se indignum ꝙ sic crucifigeretur vt dominus suus. Paulꝰ aūt tāq; ciuis romanus iussus est capite truncari tanq; lese maiestatꝭ peccati reus in cesarem. q2 christum predicabat regnaturū in eternum. De hoc etiā scribit Dionisius in quadam epistola ad Thimotheum dicens. O si vidisses agones cōsummatiōis eoꝝ ⁊c. vide in legenda ⁊c.

De visitatione Marie ad Elisabeth
Sermo LIX.

Fecit mihi magna qui potēs est. Luc. j. Hodiernū festū virginis Marie est a quolibet fideli singulari reuerētia ꝛ deuotione pagendū in memoriā gaudiorum que habuerūt simul virgo bñdicta ꝛ Elisabeth cognata sua. Audiens enim virgo Maria p angelū Gabrielē Elisabeth amicā suā impregnatā ꝛ vicinā ptui: qꝛ mensis sextus erat illi a ꝯceptiōe. tūc Maria cōsensit verbis angeli dicēs. Fiat mihi ꝼm verbum tuū. Quo facto in instanti filiū dei in vtero eiꝰ de spūsancto cōcepit. Et tūc exurgens statim cū festinatiōe abijt in mōtana ad salutandū Elisabeth ꝛ ad ministrandū illi partus tpe ꝛc̄. Magnū vtiqꝫ tūc erat festū: qꝛ Elisabeth christi incarnationē ꝓphetauit ꝛ publicauit dicēs. Vñ mihi hoc vt veniat mater dñi mei ad me. Et Johes in matris vtero ad xp̄i p̄sentiā exultauit. tale aūt gaudium matris et filij beata Maria suo gaudio et ꝓphetia augmentauit et approbauit dicēs verba thematis. Fecit mihi magna ꝛc̄. In hoc euāgelio p̄ncipaliter q̄ttuor tanguntꝰ q̄ veniunt ad p̄ns declaranda. Primū dicitꝰ salutationis. secunduꝫ fructificationis. tertiū laudationis. quartum magnificatiōis. Primū dꝛ salutationis. Abijt em̄ Maria festināter in mōtana in ciuitatē iude ꝛ intrauit in domum Zacharie ꝛ salutauit Elisabeth. Ad cuiꝰ euidentiā q̄ro. q̄re Maria nō salutauit prius virū Elisabeth scꝫ zachariā cū scribitꝰ. j. Cor. xj. Caput mulieris vir est. Rñdet Albertus magnus: ideo. qꝛ zacharias adhuc mutus erat ꝛ non decebat virgini cū viro muto signis se occupare. ꝙ aūt prior salutauit fecit cōtra supbiā quarundā mulierū q̄ volunt semp reuerētijs ab alijs p̄ueniri. Amb. Venit maior ad minorē. mater dei ad matrē ꝓphete. nō solū venit sed prior salutauit. ecce humilitas. Vñ Albertꝰ. q̄uis maior fuerit Maria omni hoīe ꝛ maior a minore ꝼm illius terre ꝯsuetudinē ꝯsueuit salutari. tñ vt pfecte hūilis inferiori se humiliat ꝛ p̄mo salutat cognatā p̄ueniens in obsequijs. Verisimiliter auteꝫ tribus. scꝫ verbo amplexu et osculo salutauit. B

Sed quibꝰ verbis salutauit Elisabeth. Dicendū ꝙ ex euangelio certū est ꝙ salutauit elisabeth. sed q̄bus verbis in particulari nō inuenimus scriptū: q̄uis doctores deuoti plura de hoc scribūt. Aliq̄ em̄ dicūt ꝙ his ꝛ similibꝰ verbis eam salutauit. Gaude amantissima cognata mea ꝙ deus misericordiā ꝛ gratiā tibi exhibuit vt diu sterilis ꝛ infecunda: nūc paritura es prolē. i cuius natiuitate vniuersam letificabis plebem. Alij sic Salue sancta parēs: amodo nō sterilis sed genitrix ab oībꝰ cōmendanda. q̄re te occultasti mensibꝰ q̄nqꝫ. ip̄e te in senectute fecundauit quē inuiolata et intacta ego cōcepi ꝛ in vtero meo clausi: et ad hoc veni vt tibi pregnanti humiliter exhibeā seruitij mei ꝛc̄. Suo mō ꝛ alij scribūt put vnum quēqꝫ deuotio ꝛ inspiratio ꝓmouerit. C

Sed q̄reres. an Maria in isto itinere ꝛ etiā postea senserit ptus grauitatē i portādo. Rñdet Albertꝰ sup missus est. ꝙ nō. q̄druplici de causa. Primo qꝛ in statu innocentie nō fuisset hmōi grauitas in portando. Cū aūt virgo fuerit sine pctō ꝛ innocēs penā Eue in hac pte habere nō debuit. qꝛ sanctior primis parentibꝰ fuit. Scđo quia q̄n mater defert apud se filium dilectissimū ꝓpter amorem mater nō grauatꝰ. sed xp̄s fuit hmōi. igitꝰ. Tertio. nā corpus naturale ꝓprium nō grauat habentē. sed corpus christi fuit corpꝰ virginis ante partū sicut fructus vnitus cū arbore. Quartā rationē addit sup p̄sens euāgeliū. qꝛ qui portabat se portantē cōtra cōsuetudinē pregnantiū se fecit leuiorē. D Secundū declarandū dicitꝰ fructificationis. Ubi queritꝰ de salutationis beate virginis fructificatiōe. vbi nota ꝙ salutatio btē virginis ad elisabeth est valde fructuosa. qꝛ effectus q̄ttuor mirabiles hodie fecit ꝛ opata est. Primo qꝛ repleuit ea mediāte spūssanctus puerū in vtero vt i gaudio exultaret. Vñ dꝛ. Exultauit infans in vtero ꝛc̄. Scđo ex hoc repleta est elisabeth spūsctō p specialē gratie receptionē. et sic nō solū Johes sed ꝛ elisabeth mater eius repleta ē spūsctō. et ita volūt doctores ꝙ iohannes tūc sanctificatus est adueniente Maria ꝛ nō ante. Tertio in magnā venit deuotionē: quia clamauit voce magna. Exclamauit voce magna ꝼm glo. primo qꝛ magnalia vidit scꝫ deum cōceptum

et hominē. Secūdo qz vidit eā concepisse in virginali castitate ꝓfessam. Lu. j. Fecit mihi magna q̄ potens est. Tertio qz magnā vocē habuit in vtero. Joh. j. Ego vox clamātis in deserto. Quarto qz ex magna deuotione. E Est autē ꝫm Hugonē deuotio feruor bone volūtatis quē mens se cohibere nō valēs certis se manifestat in dictis. Elisabeth igitur repleta spūsancto exclamauit voce magna nō taz clamosa q̄s deuota vt dic glo. Quarto ipaz ꝓphetissam fecit: qz ꝟginē dei matrē agnuit. ibi. mr̄ dn̄i mei ad me ꝛc. F Tertiū declarandū dicit̄ cōmendationis siue laudationis Elisabeth. Ubi nota q̄ elisabeth cōmendauit et laudauit virginē Mariam quintuplicit̄ videlicet primo ex dignitate. secundo ex ꝓlis nobilitate. tertio ex humilitate. quarto ex mirabili salutationis sue virtute. quīto ex fidei magnitudine. Primo ex singularis ꝑrogatiue dignitate. ibi. Benedicta tu inter mulieres. quia virgo coniunx et vidua futura super omniū taliū sexuū princeps. Secūdo cōmendat eā ex nobilissima ꝓlis fecunditate. ibi. Et benedict9 fructus ventris tui ꝛc. Sed cur Gabriel in sua salutatione hoc nō addit. Respondet̄. qz ꝓ tunc qn̄ virginē salutauit fructus nō fuit in virgine. qz xp̄s cōceptus nō fuit: sed hodie cōceptio nouiter ꝓcessit. Et sic hodie salutatio angelica per elisabeth cōpleta est. Tertio cōmendat virginē ex visitatiōis humilitate. ibi. Un̄ mihi hoc vt veniat mater domini mei ad me. id est q̄ mea iusticia vel q̄bus meis meritis accidit mihi hoc sterili ꝛ seni. ꝛ ꝫm reputationē hoīm maledicte vt veniat ad me virgo ad corruptā. mater domini mei ad ancillam. fecunda et bn̄dicta ad diu sterilē. Quarto cōmendat eā ex mirabili virtute. ibi. Ecce eīn vt facta est vox ꝛc. ps̄. Dabit voci sue vocē ꝟtut ꝛc. Quinto cōmendat virginē ex fidei magnitudine ibi. Et btā q̄ credidisti ꝛc. Primo qz sicut clara dei visio ē patrie beatitudo: sic dicta dei hic videre ꝛ ꝑfecte credere est vite beatitudo. ꝫm illud Joh. xx. Beati q̄ nō viderūt et crediderūt. Scd̄o beata q̄ credidisti. qz nō sicut maritus me9 de angeli verbis dubitasti: q̄ nunc mutus est ꝛ surdus. Tertio beata q̄ credidisti: qz q̄ in te inchoata sunt per cōceptum perficient̄ in te q̄ dicta sunt tibi a dn̄o. G Ubi nota q̄ hodie septem facta sunt valde mirāda ꝛ deuote meditāda. Primo christus hodie primū actū suum pontificalē in Elisabeth vtero velut in templo exercuit. qz ipm̄ in templū consecrauit et spiritusancto repleuit. et Johēm in eo in ꝓphetā ordinauit. Crik. Jō xp̄s fecit salutare Mariā Elisabeth vt sermo procedens de vtero matris vbi habitabat dn̄s ꝑ os Elisabeth ingressus descēderet ad iohannē et ibi eum vngeret in ꝓphetaz. Secundo hodie regina mūdi dn̄a angeloꝝ et mater dei facta est humilis ancilla Elisabeth. Luc. j. quia ꝑmansit apud eā mensibꝰ trib9 id est vsq̄ ad partū Elisabeth. Tertio hodie matri ecclesie datur membrū nobilissimū: teste christo q̄ ait Mat. xj. Inter natos mulierū nō surrexit maior iohāne baptista. Cum eīn q̄s baptisat̄ vel sanctificatur tūc ꝑmo militie ecclesie ascribit̄. Quarto hodie vt dicit sctūs Tho. in. iiij. dis. vj. ꝫm veriorē opinionem Johānes in vtero nondū natus habuit vsum liberi arbitrij et rōnis ad illud momentū et illustrationē spiritussancti per quā cognouit dn̄m ꝑsentem ꝛ gauisus est. Licet quidā dixerūt Johannē nō habuisse motū liberi arbitrij nec exultationē illā fuisse ab eo: sꝫ magis fuisse in ea. nō ꝑ naturā sed supra naturā. Sicut asina Balaā locuta est et hm̄oi nō intellexit. Et lapides Bede responderūt deo gratias. cum eis ꝑdicaret duce seduct9. Quinto hodie infantulus elinguis xp̄m i vtero ꝓphetisare incipit actu: ꝛ matrē ꝓphetissam facit. vt sic ille dn̄m: ita ista cognosceret dei matrē ꝛ sibi dicta ab angelo. Ipa eīn ꝓphetauit ꝑsentia. ibi. Un̄ hoc mihi vt veniat mater dn̄i ꝛc. Preterita. ibi. Beata q̄ credidisti ꝛc. Futura. ibi. Perficientur in te ꝛc. Sexto hodie maria letissima deuotissime depromit cantitū Magnificat. qd̄ omnia cantica excellit. Primo: qz ꝑsona dignissima dictauit et cecinit: que in musica peritissima fuit. Secūdo: quia a corde ꝓcessit i q̄ spiritussanctus super omnes in gratia plena quieuit. Tertio: qz a christo prodit. qui tunc infantulus erat in vtero. sine quo nihil facere possum9. Quarto: quia materia eius oīm virtutū genera cōprehendit sub gaudio. nō tristicia. Quinto: qz ꝑ illud canticum virgo grates patri altissimo refudit.

Septimo hodie nos docet euangeliū fru
ctuosam doctrinaʒ vicʒ ꝙ virgini Marie
sup oēs sctōs deuoti⁹ seruiam⁹, q̄ per eam
facillime gratiā inuenire possum⁹. Si em̄
supremus ꝓphetarū iohānes gratiā habe-
re nō potuit sine aduētu Marie et eius sa
lutatione, ita nec faciliter habere possum⁹
sine ea. Et sicut sine ꝓprio conatu ⁊ merito
iohannes gratiam ꝑ virginē obtinuit: fa-
ciliter nos per eā impetrare possumus. cuʒ
ipa sit regina misericordie: vt canit ecclesia
q̄re ⁊c. H Quartū declarandū dicit
magnificatiōis, q̄ dicit Maria in thema-
te. Fecit mihi magna q̇ potēs est. Reuera
magna ei fecit. Primo q̄ eam in matrē ele
git, ſm illud ps̄. Elegit eam de⁹ et p̄elegit
eam, ⁊ habitare eā facit in tabernaculo suo
De aplis em̄ dicit christus Joh. xv. Non
vos me elegistis sed ego elegi vos. Beatā
aūt virginē nō solū elegit: sed etiā p̄elegit,
id est vt oībus p̄esset elegit, q̄ sic est deo cō
iuncta qualiter nulla alia creatura. quia est
mater creatoris, saluatoris, redemptoris,
et mater dei. Uñ Hugo. Nihil vnq̄ꝫ fuit
mai⁹ q̄ꝫ ꝙ de⁹ homo factus ē, nā est ita ma
gnū ꝙ dicit Ambro. ꝙ illud opus excedit
humanū sensum ⁊ intelligentiā, ⁊ ꝙ nō po
test cape rō: sed fidelis ꝓfessio. Ideo Ber.
O magna dignitas Marie: facta est illius
mater cui⁹ pater est deus. A seculo non est
auditū ꝙ sublimitas ⁊ vilitas cōuenirent
in vnū, nihil deo sublimi⁹: et limo vili⁹ et
tñ deus descēdit in limū. Secūdo fecit ei
magna: q̄ in singularē matrē dignificauit
q̄ sola virgo ⁊ mater. Uñ Aug⁹. Que vir
go tam casta vt esset virgo post partū, que
tam fecunda vt esset dei mater. Jō Berñ.
Uirginitatē multe possident: nulla ꝟo gau
dium matris habēs cū virginitatis pudo-
re q̄ꝫ ipa sola, ideo canit ecclesia. Nec simi-
lem prima visa est nec habere sequentem.
Propter qḋ dicit Cris. sermone de annun
ciatiōe. Nihil est in gloria ꝑcedentiū oīm
memoria q̄bus fecit dñs magna sicut ma
rie. Nā ipa fuit virgo sine grauamine gra
uida, sine dolore puerpera, sol natus est de
stella, pater ḋ filia, creator de creatura. Ter
tio fecit ei magna, quia magnā potestatem
ei tradidit. Unde Ecci. xxiiij. In hierusalē
potestas mea, in hierusalē surium ⁊ deor-
sum, hoc est in ecclesia triumphanti ⁊ mili-
tanti habet potestatē. De quo Hiero. Da-
ta est tibi oīs potestas in celo ⁊ in terra, et
quecūq̄ꝫ volueris impetrare poteris. vt ca
nit ecclesia. Audi nos: nam te fili⁹ nihil ne
gans honorat. Ipa est mater salomonis:
cui dicebat. iij. Reg. ij. Pete a me quid vis
nō est fas vt auertā faciem meā a te. Ideo
Berñ. Quid poterit negare cui nō est ne-
gatum Theophilū de inferni faucib⁹ reuo
care, ipaʒ hostiariā paradisi fecit vt nos su
is meritꝫ in ipm introducat. Uñ canit ec-
clesia. Tu regis alti ianua ⁊ porta lucꝫ ful-
gida. Ipam etiā fecit fenestrā celi ꝑ quā de
us oculo misericordie nos respicit. Unde
canit. Intrent vt astra flebiles celi fenestra
facta es. Et Cañ. ij. dr. En ipe stat post pa
rietem nostrū. i. post naturā nostraʒ respi-
ciens ꝑ fenestrā id est per matrē suā. Quar
to fecit ei magna: q̄ magnā gratiā ei cōtu
lit. Uñ puerb. vlti. Multe filie regū ꝯgre-
gauerūt diuitias scʒ gratie q̄s tu sola sup-
gressa es. Et Ecci. xxiiij. In me oīs gratia
vie ⁊ veritatis, in me oīs spes vite ⁊ ꝟtutis
Berñ. Intuemini q̄nto deuotiōis affectu
eā voluit a nob̄ honorari q̇ toti⁹ boni pleni
tudinē posuit in Mariā. Ideo oēs debe-
mus habere ad eam recursum. eo ꝙ dicit
Crisost. Neminē repperi mendicum qui se
marie fecisset sedulū seruū. Propter qḋ dic̄
Orosi⁹ sup Cañ. Quos nō saluat dei iusti-
cia saluat marie miscḋia infinita ⁊c.

De visitatione beate Marie virginis ad Elisabeth.

Sermo LX.

Vnde mihi hoc
vt veniat mater dñi mei ad me.
Beate Elisabeth sūt verba ista
ad gloriosissimā virginē Mariā qñ eā vi
sitauit: q̄ Luc. j. scribunt: et in hodierne festi
uitatis beate virginis euāgelio leguntur
I Sed nō immerito circa hec verba
animū questio pulsat. vñ sciuit Elisabeth
ꝙ Maria esset ꝑgnans: ita ꝙ haberet fru-
ctum in vtero suo, ex q̄ eā matrē dñi voca-
uit. per sensum em̄ nō potuit ꝯgnoscere q̄
vix erat vnus mēsis ꝙ ꝯceperat: ⁊ mulie-
res nō apparēt grauide infra spaciū vnius
mēsis, nec etiā Maria dixit se cōcepisse, q̄
ſm Cris. sup Math. Nec credidit Ma-
ria ab aliquo posse fidē adhibere mirādis

relatib9. Ad hoc rñdet Ber. q̄ p sensuz nō
cognouit nec potuit noscere ipam impre-
gnatā. q2 licet corpus christi in p̄mo instā-
ti sue ↄceptiōis fuerit formatū et animatū
tñ infra vnū mensem nō fuit deductum ad
notabilē quātitatē q̄ mater sua posset pre-
gnans appellari. Cognouit ergo p spiritū
sanctū Mariā esse matrē dñi: quo statim
fuit repleta cū virgo eam salutauit. non tñ
ante fuit repleta q̄ꝫ fili9. sed filio repleto re-
dundabat in parentē. et ideo dixit. Vñ mi
bi hoc ꝛc. Hoc ꝗm Ambro. in Omel. non
dixit quasi ignorās. sed q2 humanū hoc nō
merito sed diuine gratie mun9 esse cogno-
uit. Ideo dixit. Unde mihi hoc vt veni-
at ꝛc. R Circa verba p̄missa de trib9
tractabimus. Primū dicet᷑ visitatiōis di-
uisio. Secundum maternitat᷑ declaratio.
Tertiū p̄funda humilatio. Ad euidentiaꝫ
primi nota q̄ in scriptura sacra repit᷑ du-
plex visitatio marie. scꝫ spiritualis ꝛ corpo
ralis. Visitatio marie spiritualis fit q̄tidie
ad nos peccatores p impetrationē. vel col
lationē alicuius gratie vel bñficij eā fideli-
ter inuocātib9. De hac visitatiōe hodie ca-
nit ecclesia in sequentia misse. Ueni p̄celsa
dña maria tu nos visita ꝛc. Circa hāc visi
tationē q̄ro. quot fructus siue beneficia ex
hac visitatione marie nobis p̄ueniāt. So
lutio. q̄ꝫuis infiniti, vt ita dixerim nobis ex
ea p̄ueniant fruct9. tñ ad p̄ñs de q̄ttuor di-
cemus. Primus dicitur illuminatio. Nā
maria sua melliflua visitatione peccatores
iam in tenebris peccatorū positos ad agni
tionem p̄prie vilitatis ꝛ feditatis illuminat
dum gratiā p̄uenientē et gratis datā largi-
flue suis p̄cibus administrat: et tūc vitam
istam mundanā tenebrosaꝫ ꝛ ignorātia cir
cundatā ostendit. Vñ aplus ad Ephes. v.
Fuistis aliqñ tenebre nunc aūt lux in dño
Ideo canit ecclesia vbi supra. Ueni p̄celsa
domina maria tu nos visita: egras mētes
illumina p sacre vite numina. Nam maria
mentes tenebrosas illustrat p impetratam
gratiā gratis datam q̄ preteritā vitā lubri-
cosam recolendo cognoscim9. cognoscen-
do despicimus. despiciendo horrescimus.
et horrescendo ad misericordie matrē recur
rimus. Sicq̄ꝫ salubri quadā attritiōe p̄uia
retusi peccare desistim9: et a viciorū incursi
bus magis solliciti p̄cauemus. Rōne hu

ius fructus Maria dicit᷑ stella mar᷑. Vñ
Berñ. Dñe iesu inq̄t q̄ voluisti vt tua ma-
ter esset stella maris. p hanc stellā queso il-
lumina tenebras meas. Et Hiero. de lau-
de virginis sic ait. Si diligentius inspici-
as nil speciositatis. nil virtutis. nil splendo
ris ꝛ glorie q̄d in ea nō resplendeat. Can-
dor em̄ est lucis eterne ꝛ speculū sine macu
la. Hec etiā v̄ba de ipa ponunt᷑ Sap. vij.
Scd̄s fruct9 d̄r pacificatio. vbi ponat᷑ re-
gula generalis talis. Q2 ī toto sctōꝝ colle
gio nulla tā sollicita aduocata est ad cōci-
liandū: pacificandū: ꝛ hūiliandū deū glo-
riosum in humanū genus iratū suis exigē
tibus culpis sicut gloriosa v̄go maria. naꝫ
ipa miseros pctōres visitās in actu vel in
affectu p̄uersitat᷑ adhuc positos ab ira di-
uina deseuiēti p̄tegit ꝛ pnīe tēpus impetra
re nō desinit: ne pctōres subito rapiant᷑ ad
gehennā. et ineffabilē dei iusticiā flectit ad
misericordiā vt inueniat᷑ iudex iratus ante
paratus in misericordiā recipere q̄ꝫ pecca-
tor cū auersione plena veniā petere. Nōne
hec est illa q̄ p Theophilo deum neganti
veniam petijt ꝛ impetrauit: ꝛ pristinā gra-
tiam restituit. Ideo de ea Gre. dicit. Hec ē
peccatorū scala. hec mea maxima fiducia.
hec tota ratio spei mee. q̄d em̄ mirū. potest
ne filius repellere matrē: aut sustinere ma-
tris repulsam. neutrū plane. Quid ad ma-
riam trepidat currere hūana fragilitas ni-
hil in ea austerū. nil terribile. tota suauis ē.
Agite grās ei q̄ talem mediatricē sua beni
gnissima miseratiōe prouidit. Hec ille. Et
Berñ. inq̄t. O dulcis aduocata: si tam fide
liter p̄tegis ꝛ vindictā p̄trahis nō inuoca-
ta: q̄d facies suppliciter exorata. De h̄ fru-
ctu visitationis canit ecclesia in sequentia
vbi sup̄. Ueni saluatrix seculi sordes aufer
piaculi in visitādo populū pene tollas pi-
culum. Tertius fructus visitationis dicit᷑
sanatio. Ex gratijs em̄ virginis ꝛ virtutib9
quasi quibusdā medelis oēs humane infir
mitates tā corporales q̄ꝫ spirituales curan
tur ꝛ sanant᷑. p suā nanq̄ꝫ humilitatē super-
bia expellit᷑. q2 ipa dicit. Deposuit potētes
de sede et exaltauit humiles. Per suā virgi
nitatem luxuria eneruatur. Quoniā vt tra
dunt sancti ex eius aspectu tm̄ carnalitas
extinguebat᷑. Per suam paup̄tatē denuda
tur auaricia. Quia esurientes impleuit bo-

nis ꝛ diuites dimisit inanes.et sic de aliis.
Propterea exclamat Aug. dicēs. Eya ge-
neralis oīm spes. dulcis vulnerū nostroꝝ
medicīa nostrisq̧ medere vulneribꝫ q̇ post
saluatoris lauacrū ꝛ ablutionē tot abluen
da cōmisimus q̄t illicita ꝓuocam⁹. Sana
tionē ꝓo infirmitatū corꝑaliū ꝑ Mariam
eā deuote inuocantiū infinita testant̄ mira
cula: q̄ etiā hodie testimoniū reddūt. ꝛ po-
tes hic adducere aliq̄ q̄ vide in speculo ex-
emploꝝ sub dictione Maria. Vn̄ Bern̄.
in quodā sermone. De plenitudine ei⁹ acci
piunt vniuersi. egri curationē. tristes ꝯso-
lationē. pcōres veniā. iusti gratiā. angeli le
ticiā. filius hoīs hūane nature substantiā.
tota trinitas gloriā. ita vt nō sit q̇ se abscō-
dat a calore eius ¶ Quartus fruct⁹ dr̄
subuentio siue succursio. Succurrit enim
maria nobis miseris pctōribꝫ in vita. ī mor
te. et p⁹ mortē. ꝓut de ea canit ecclīa. San-
cta maria succurre miseris. iuua pusillani-
mes. refoue flebiles ꝛc̄. Si quispiā amicū
haberet q̇ oēm indigentiā suā subleuaret:
cari pendendus esset. sed q̇ in morte: ille ca-
rior ꝑfecto habendus esset. sed q̇ in vita in
morte et post mortē hic lōge in amicicia ce
teros antecel[...]t. Sed inq̄ram⁹ practice q̇s
in hac vita sit noster ver⁹ amicus. Si mū
dum q̄ris: decipit. si parētes ꝛ ipi mortuuz
tumulo associāt ꝛ abeūt illū humatū relin
quentes: et post mortē q̇s q̄so misero suc-
currit pctōri. O ꝟgo gloriosa: tu in vita: tu
in morte: tu post mortē succurrere miseris
nō desistis. qꝛ potēs es et sanctū nomē tu-
ūm. Subsidia tria deuote petit ecclesia ab
ea dicēs. Maria mater grē mater miseri-
cordie tu nos ab hoste ꝓtege in hora mor
tis suscipe. Primo in vita duo subsidia po
scit. Primo ꝓ iustis. ibi. maria mater grē.
q̄si diceret. O maria q̄ es gratiarū diuina-
rū reseruatrix: ꝯserua nos pctōres in grā:
q̄ nihil melius: et quā qui habet cetera oīa
habet. et q̇ eā nō habet frustra habent̄ cete
ra. Secundū subsidiū poscit ꝓ pctōribus.
ibi. mater miscđie. q̄si di. O maria mr̄ mise
ricordie. id est iesu xp̄i q̇ est summa miseri-
cordia: ora ꝓ pctōribꝫ. qꝛ misericordie rore
indigēt refocillari. Ideo dic̄ Bern̄. Si cri
minū immanitate turbaris. si ꝯsciē feditate
cōfusus. si iudicij horrore perterritus. si ba
ratro desperationis absorptus: mariā in-
uoca: nō recedat a corde: n̄ recedat ab ore.
nam ipam cogitās nō erras. ipam rogās
nō desperas. ipam sequēs nō deuias. ipsa
tenente nō corruis. ipa ꝓtegēte nō metuis
ipa duce nō fatigaris. Scđm subsidiū qđ
ecclesia poscit est in morte. id ē tp̄e mortis.
vbi ingentia p̄lia pctōri parant̄ q̄ ꝯtra ho
stes victoriā donet. ibi. tu nos ab hoste ꝓ-
tege. Vn̄ apl̄s ad Eph. vj. Nō est nob̄ col
luctatio aduersus carnē ꝛ sanguinē supple
tm̄. sed aduersus principatus ꝛ potestates
et aduersus mūdi rectores tenebrarū harū
Et ideo Maria in morte suppliciter inuo-
cata impetū hostiū. id est demonū nos in-
festantiū se murū inexpugnabilē interpo-
nit: illis existēs oppugnatrix seuera. nobis
aūt ꝓpugnatrix sincera. nulli suum denegās
patrociniū dū corde deuoto fuerit inuoca-
ta. Hinc etiam maxime Marie nomē in-
fernales illos hostes territat: non ignaros
diuine maledictiōis in seductiōe ꝓthopla-
sti dicētis. Inimicicias ponā inter te ꝛ mu
lierē: ꝛ ipa cōteret caput tuū. vn̄ suis meri-
tis omnē potestatiue virtutē eneruat inimi
ci. Sicut ecclesia sancta de eadem letabun
de decantat dicēs. Que est ista q̄ progredit̄
quasi aurora cōsurgens pulcra vt luna. ele
cta vt sol: terribilis vt astroꝝ acies ordina-
ta. Tertiū subsidiū qđ virgo prestat ē post
mortem. id est in hora exitus mortis. ibi. in
hora mortis suscipe. sed hoc nō nisi moriē
tibus in gratia dat̄. ꝛ miseros tali hora re-
linquit peccatores. Astitit em̄ virginū re-
gina amenissimo cetui virginū comitatu.
et cantantibꝫ angelis anīe sancte ad paradi
si gloriā celeriter deportant̄. Hec de visita
tione spūali Marie ad p̄ns dicta sufficiāt
M Scđa visitatio Marie dicitur
corporalis qn̄ adhuc in terris existēs in ꝑ-
sona ꝓpria Elisabeth ei⁹ cognatā visitauit.
Et de hac hodie festū agit sctā mater eccle
sia. Qđ institutū fuit ꝑmo ꝑ Vrbanū pa-
pam sextū largiendo interessentibꝫ in die
ei⁹ ꝛ ꝑ octauā horis canonicis: easdē indul
gentias q̄s cōcessit Vrbanus papa quar
tus in die corꝑis xp̄i ꝛ ei⁹ octauis. De q̇bꝫ
in Cle. si dn̄m. de reli. ꝛ venera. sctōꝝ. Sed
qꝛ supeniente obitu predicti pape Vrbani
sexti: lr̄e apostolice sup ꝑmissis cōfecte non
fuerūt. Ideo Bonifaci⁹ papa nonus eius
successor cōstitutionem predictam confir-

mauit τ desup bullas ꝯfici fecit: q̄ ad diuer
sas mūdi partes misse sunt, in q̇bus p̄cipit
p̄dictum festū solēniter celebrari. Suadetq̄
ꝗ ac cōsulit eius vigiliā ieiunari sicut vigi
liam assumptiōis τ natiuitatis eiusdē vir-
ginis marie vt pia sua intercessione xp̄isi-
deles hic a noxijs ꝓtegant̄ et in futuro sem
piterna ꝯsequi gaudia mereant̄. Circa hāc
visitationē marie q̄ro q̇t fructus ex visita-
tione τ salutatiōe Marie Elisabeth matri
iohānis baptiste ꝓuenerunt. Ad hoc dico
ꝙ q̄ttuor. Prim⁹ d̄r exultatiōis, secund⁹ re
pletiōis, tertius deuotiōis. q̄rtus ꝓphetissa
tionis. De his vide in p̄cedenti sermone in
secūdo puncto τc. ¶ Secundū de q̄
in hoc sermone dicendū est d̄r maternitatꝭ
declaratio, vbi q̄rit̄. Utrū beata v̄go pos-
sit dici mr̄ dei ꝓut de ea elisabeth dicit ī the
mate. Un̄ mihi h̄ vt veniat mater dn̄i mei
id est dei mei ad me. Ad hoc dico ꝙ glorio
sa virgo maria vere dicit̄ τ est mater dei: et
nō denoīatiue tm̄. Hec cōclusio ꝓbat̄ au-
ctoritatibus τ rōnibus. Primo autoritate
Origenis in Omel. natiuitatꝭ. Mater in-
quit intacta: mater īmaculata: mater ei⁹. cu
ius eius: Mater dei vnigeniti dn̄i τ regis
oīm plasmatoris τ creatoris cunctoꝝ. ipi⁹
q̇ in celis est sine matre: et in terris ē sine pa
tre. illius q̇ in celis ꝺm diuinitatē ī sinu est
patris: et in terris ꝺm corꝑis susceptionē ī
sinu ē matris. Scd̄o audi Damasce. li. iij.
ca. xij. vbi inq̇t. Theotocon id est dei geni-
tricem p̄ncipaliter τ vere scām mariā p̄di-
camus virginē. Sicut em̄ ver⁹ deus est q̇
ex ipa natus est. ita vere theotocos id ē dei
genitrix est q̄ vere deū ex ipa incarnatū ge
nuit. Tertio Aug⁹. in vigilia ephie. Qui
natus inq̇t est sine matre in celis hodie na
tus est sine patre in terris. O ꝓdigia. o mi-
racula frēs charissimi. nature iura mutan-
tur: in hoīe deus nascit̄. v̄go mater sancta
sed incorrupta. virgo habēs filiū nesciens
virū: semꝑ clausa sed nō sꝑ infecūda. Hec
ille. Scd̄o ꝓbat̄ hec ꝯclusio rōne. Arguo
enim sic. Actiones sunt suppositoꝝ ex. ij. de
¶ E Scđm de btō Jacobo declarādū ē virtuose passionis. Nā iussu herodis ꝑ xp̄o martyriū capitis obtruncatiōe sustinuit. vbi tria magna facta sūt. Primū fuit paralitici sanatio. Cū em̄ ad decollādū b. Jacobꝫ duceretur: q̄dā paraliticꝰ in via iacēs ad eū clamauit vt sibi sanitatē ꝯferret. cui Jacobꝫ ait. In noīe iesu xp̄i ꝑ cuiꝰ fide ducor ad decollandū exurge sanꝰ et bn̄dic creatorē tuū. q̄ statim sanꝰ factꝰ surrexit et dn̄m benedixit. Scđm fuit Josie ꝯuersio. Is em̄ funē in collū eiꝰ miserat illūqꝫ trahebat. q̄ viso miraclo ad pedes Jacobi se ꝑstrauit. et veniā petens: xp̄ianū se fieri postulauit. qđ cū vidisset abiathar pontifex sibi dixit. Nisi nomē xp̄i maledixeris cū ipo Jacobo decollaberis. Cui iosias. Maledictꝰ tu: nomen aūt dn̄i nostri iesu xp̄i sit bn̄dictū in secula. Tūc abiathar os eiꝰ pugnis cedi iussit: et missa de eo legatiōe ad herodē impetrauit vt cū Jacobo decollaretur. Cū aūt decollari deberet Jacobꝫ a spiculatore lagenā aque petijt et iosiam baptisauit. Deinde statim capitis obtruncatiōe martyriū consummauit. Decollatꝰ est aūt b. Jacobꝫ. viij kal. aprilis. in annūciatiōe btē marie ꝟgis et. viij. kal. augusti in cōpostellā trāslatꝰ. et iij. kal. ianuarij sepultꝰ. q2 sepultura eiꝰ fuit ab augusto vsqꝫ ad ianuarium ꝓlongata. Statuit tn̄ ecclesia vt festū eiꝰ. viij. kal. augusti tpe scꝫ magis ꝯgruo celebraretur. Tertiū fuit sepulture dispositio. Ut em̄ refert

De sancto Jacobo maiore

Johannes beleth: decollato Jacobo discipuli corpus eius nocte timore iudeoꝝ rapiẽtes naui illud imposuerũt ⁊ sepulturaꝫ diuine ꝓuidentie ꝯmittẽtes nauim sine remige ꝯscẽderunt: ⁊ angelo dñi duce ĩ Galiciã ĩ regno Lupe applicuerũt. deponẽtes ergo corpꝰ de naui sup̱ quendã magnũ lapidem: mox lapis vt cera corpori cessit ⁊ ĩ sarcophagũ corpori se mirabilit̃ coaptauit Ingrediẽtes igit̃ discipuli ad reginã Lupam dixerunt. Dñs Jesus xp̃us mittit ad te corpꝰ discipuli vt quẽ noluisti suscip̱e viuum: suscipias nũc defunctũ. et narrãtes ei miraculũ q̃liter illuc sine remige aduenissent: locũ eius sepulture ꝯgruũ petierunt. Que dũ regina audisset eos ĩ dolo ad q̃ndam virũ crudelissimũ destinauit vt eius sup̱ h̃ cõsensum haberẽt: q̇ eos incarcerauit. Cum aũt ille discumberet angelus dñi carcerẽ aperuit ⁊ eos libere abire ꝑmisit. q̇ ad reginã redeuntes iterũ petierunt locum sepulture ꝓ corp̱e sc̃i Jacobi. Quibꝫ illa r̃ndit. Accipite boues q̃s habeo ĩ tali mõte ⁊ plaustro iungite ac corpus dñi vestri deferte ⁊ locũ sic̃ volueritis edificate. Hec aũt dolose dicebat: sciebat em̃ thauros esse indomitos et siluestres: et ideo putauit ꝙ nõ possent iungi currui. vel si iungerentur huc illucqꝫ discurrerẽt ⁊ corpus eijcerẽt et ip̃os necarẽt. sed nõ est sapientia ꝯtra deũ. Nã illi dolũ nõ cogitãtes montẽ ascenderunt ⁊ draconẽ quendã ignẽ spirantẽ et in eos irruentẽ cruce apposita ꝑ mediũ ventrẽ scindũt. Facto etiã sup̱ thauros signo crucis: velut agni ꝓtinꝰ mansuescũt ⁊ eos iungentes corpus sancti Jacobi cũ lapide in curru posuer̃t. Boues aũt sine alicuius regimĩe corpus in mediũ palaciũ Lupe adduxerũt. qđ illa videns ⁊ stupẽs: credidit. et christiana facta oĩa q̃ petierũt tribuit: et palaciũ in ecclesiã sc̃tõ dedicãs: magnifice ip̃am dotauit: ⁊ in bonis op̱ibꝫ vitã finiuit

F Tertiũ de btõ Jacobo declarãdũ dicit̃ gratiose auxiliatiõis siue subuentiõis Nã in oĩ statu btũs Jacobꝫ subuenit suis deuotis fidelr̃ se inuocãtibꝫ. Ut em̃ inq̇t Aug. Indiget hõ sc̃tõꝝ auxilio in vita: in morte: et post mortẽ. Sic btũs Jacobꝫ p̱mo in vita pc̃tõribꝫ impetrat pc̃tõꝝ remissionẽ. sicut refert Beda de illo q̇ pc̃tm̃ ĩ cedula scripsit ⁊ deletũ inuenit. Sc̃do exhibet desolatis ⁊ afflictis consolationẽ. vt refert Calixtus papa de illo q̇ ad sc̃tm̃ Jacobum vadẽs vxore mortua et oĩbꝫ spoliatꝰ asinũ a btõ Jacobo accepit q̇ ꝑuuli veherent̃. Tertio impetrat oppressis releuationẽ vt ptꝫ de q̃dã Bernardo mutinensi mercatore quẽ iniuste captũ ⁊ ĩcarceratũ inclinãdo turrim sexaginta cubitoꝝ miraculose liberauit. Quarto exhibet necessitatẽ patiẽtibus mĩstrationẽ. sic̃ refert Calixtꝰ papa de q̃dã ad b. Jacobũ ꝑgẽte. cui cũ necessaria defecissent: b. Jacobꝫ sibi panẽ adm̃inistrauit: de q̇. xv. diebꝫ vixit. Quinto indeuotis adhibet paternã correctionẽ. Sicut refert idẽ Calixtꝰ de q̃dã q̇ cũ sc̃tm̃ Jacobũ visitasset: nõ salutẽ aĩe petijt: sed ne a suis caperet̃ inimicis: q̇ rediẽs ab inimicis captꝰ est. et tandẽ ꝑ btm̃ Jacobũ correctus liberat̃. et tandẽ ꝑ b. Jacobũ correctꝰ liberat̃. Secundo b. Jacobꝫ iuuat suos fideles ĩ morte. Primo ne sup̱ent̃ a morte. vt ptꝫ de filio q̇ iniuste fuit suspẽsus ꝓpter ciphũ ꝑ hospitem occulte in pera eoꝝ repositũ: quẽ btũs Jacobꝫ ꝑ triginta sex dies ĩ patibulo sustẽtauit ⁊ celesti dulcedine refocillauit. Secũdo ĩ morte iuuat suos seruitores ne a demone sup̱ent̃. Sicut ptꝫ ĩ illo cui in extremis laborãti apparuit b. Jacobꝰ bordone vtens ꝓ lancea ⁊ sacculo muliercule quẽ ille ex cõpassione in via portauerat ꝓ scuto vtẽs: demonẽ fugauit. Tertio b. Jacobꝫ iuuat sibi deuotos post mortẽ. Primo q̃tuꝫ ad corpus honorabili sepulture tradendo vt patꝫ de q̃dã in via mortuo. a q̇ oẽs socij sui recesserũt vno dempto. cuiꝰ corpus ac sociũ suũ q̇ cũ eo manserat b. iacobꝫ in specie eq̇tis apparẽs ad sc̃tm̃ iacobũ detulit: et ibi ꝑ canonicos sepeliri fecit. Secũdo q̃tum ad aĩam ab eternis penis liberando. sicut refert Hugo de sancto victore de quodam. qui cũ ad sc̃tm̃ Jacobuꝫ ꝑgeret ⁊ ad suasionẽ demonis se occidisset: et ad infernum ductus fuisset: beatus Jacobꝫ vt vite p̱stine restitueret̃ obtinuit.

H Circa p̃dicta est dubiũ. vtrũ b. Jacobꝫ possit iuuare orõnibꝫ suis oẽs interpellãtes eũ. Et videtur ꝙ nõ. q᷑ btũs Jacobꝫ ꝑfecte suã voluntatem deo cõformauit: vt nõ velit nisi quod deus vult. sed illud quod vult semper impletur. ergo frustra pro interpellantibus orat. Ad hoc dico ꝙ quidaꝫ heretici fuerunt qui dixerunt ꝙ sancti non possint nos iuuare suis orationibus q᷑ vnus

quisqȝ recepit ſm ea q̄ geſſit. ſed hoc eſt cō-
tra hoc qđ eccleſia cōtinue canit. Sancte
Jacobe ora ꝑ nobis. Et ꝯtra articulum fi
dei q̇ eſt ſctōꝝ cōmunio: q̄ ꝑ charitatē fit.
Et ideo cum in ſanctis q̇ ſunt in patria ſit
ꝑfectiſſima charitas: cōpetit eis ꝑ nob̄ o-
rare. nō t̄n ſic q̇n oīa ad votū ſuccedūt. Et
ideo ponit̄ talis ꝯcluſio ꝙ btūs Jacobus
iuuat ſuis orōnibꝫ oēs interpellātes cū de
bito mō: et tāto magis q̄nto eſt ꝑfectioris
charitatis. quāto eſt deo ꝯiunctior: tanto
eius orōnes ſunt magis efficaces. Habet
em̄ h̄ diuin⁹ ordo vt ex ſupioris excellentia
ī inferiora refundet̄: ſicut ex claritate ſolis
in aerem

Sermo alius de ſancto Jacobo ma-
iore LXVII.

Eſcitis quid pe
n tatis: poteſtis bibere calicez quē
ego bibitur⁹ ſum ꝛc̄. Matth. xx.
Ut ſciatis q̇d a deo petere debeatis H

Nota ꝙ a deo petere poſſumus ꝛ bo-
na ꝛ mala penalia: ſed diuerſimode. Bona
ſm Aug. ſunt triplicia. ſcȝ infima. media. ꝛ
ſupma. Infima ſūt bona nature ꝛ fortune.
vt ſanitas. filij. honores. diuitie ꝛc̄. q̄ ſunt
bonis ꝛ malis cōmunia: q̄ nō debem⁹ ſim
pliciter a deo petere. ſed ſub ꝯditione ſcȝ ſi
expediāt ꝛ ꝓſint nobis ad ſalutē. Aug. Si
tꝑalia petitis cū modo petite ꝛ timore. et il
li cōmittite: vt ſi ꝓſint det: ſi aūt ſcit obeſſe
nō det. Quid aūt ꝓſit ꝛ obſit medicus ſcit ꝛ
nō egrotus. Hec etiā debem⁹ cū modera-
mie petere. prouer. xxx. Diuitias ꝛ paupta.
ne de. mihi: ſed tm̄ ꝛc̄. j. Thi. vj. Habentes
alimenta ꝛ q̇bꝫ te. his ꝛc̄. Matth. vj. Pa-
nem noſtrū q̄tidianū da nobis hodie. I

Ubi dn̄s ꝑ ſex docet debite petere. Pro
tꝑalibꝫ em̄ petere docet p̄mo: nō ſupfluita-
tē: qꝛ panē. nō ait: piſces: carnes ꝛ ſil̄ia. Se
cundo docet petere iuſte acq̇ſita. ibi. nr̄m:
nō alienū. Tertio neceſſitatē q̄tidianā. ibi.
q̄tidianū nō annualē. Quarto docet vt cū
grāꝝactiōe recipiam⁹: agnoſcēdo ꝙ red-
dere nō poſſum⁹. ibi. da: nō ait: accōmoda.
Quinto docet cōdiuidere ꝓximis: nō totū
ſeruādo nobis. ibi. nobis. Sexto vt nō ni
miū ſollicitemur ď illis. ibi. hodie. Et ꝙ bo
na tꝑalia peti poſſūt ex hoc ꝓbatur. Quia
ſm Aug. ad probam. Licet hoc petere qđ
licet deſiderare. ſic licet ḡ nobis deſiderare
iſta tꝑalia: nō vt in eis finē ꝯſtituam⁹: ſȝ ſi
cut q̄dā adminicula q̇bꝫ iuuamur ad ten-
dendū ī beatitudinē: inq̄ꝫtū ꝑ ea vita corpo
ralis ſuſtentat̄. ꝛ ſic nobis organice ad act⁹
virtutū deſeruiūt. vt dr. j. ethic̄. Media ſūt
bona ſpūalia. et hec ſunt in duplici differē
tia. Quedā ſunt bona ſpūalia nō neceſſaria
ad ſalutē. vt ſcientia. eloquētia ꝛ hmōi peti
pn̄t. nō t̄n abſolute ſed ſub cōditione ſi ſit
ꝑ ſalute noſtra: vt dictuȝ eſt ſup̄ de tꝑalibꝫ.
Quedā ſunt bona ſpūalia neceſſaria ad ſa-
lutem. vt grā. virtutes. et dona ſpūſancti.
Et hec vt dicit ſctūs Tho. ſa ſe. q. lxxxiij.
ar. v. et. vj. ſimpliciter ꝛ abſolute debēt peti
et pn̄t abſqȝ ꝯditiōe. ſ. ſi placet deo vel ſi eſt
ꝑ ſalute nr̄a ꝛ hmōi. deo em̄ placet q̇ vult
oēs ſaluos fieri. et ipē nos ad hmōi inuitat
dicēs. Primū q̄rite regnū dei et iuſticiā ei⁹.
id eſt virtutes q̇bꝫ acq̇rit̄. vn̄ et fidē ſpem et
charitatē docuit poſtulare ſub figura pa-
nis piſcis ꝛ oui. Luc̄. xj. Ubi etiā ſaluator
docet nos iſta petere feruenter dicēs. Peti
te ꝛ dabit̄ vobis. q̄rite ꝛ inuenietis. pulſate
et aperiet̄ vobis. Suprema ſunt bona glo
rie. Hec tāqȝ finē omniū bonoꝝ petere de
bemus ꝛ tāqȝ ꝑfectum bonū. Joh. xvj. Pe
tite vt gaudiuȝ veſtrū ſit plenū. Bern̄. Re
uera illud eſt plenū ꝛ ꝑfectum gaudiū qđ
nō de creatura ſed de creatore concipit̄. qđ
cum poſſederis nēo tollet a te. cui oīs ali-
unde iocūditas cōparata meror ē. oīs ſua-
uitas dolor. ꝛ oīe dulce amarū. ꝛ oē deco
rum fedum. Mala penalia nō licet petere
in orōne niſi in ordine ad bonū. vt ſi ꝑ fla-
gella q̇s ꝯuertat̄ ad deū. et ſic intelligende
ſūt imp̄cationes multe q̄ ponūt̄ in ſcriptu-
ra ꝯtra inimicos. vt illud pſ̄. Erubeſcāt et
cōturbent̄ ꝛc̄. et alia hmōi. Petit em̄ ꝯtur-
bationē inimicoꝝ ꝑ tribulatiōes: vt ꝑ illas
corrigant̄ ꝛ ꝯuertant̄ ad deū K Ad ꝓ
poſitū ḡ reuertēdo. ſed cur rep̄hendit̄ mr̄ fi
lioꝝ zebedei: cū t̄n petiuerit filijs illđ qđ li
citum eſt peti. vicȝ bonū glīe. Mater nāqȝ
filioꝝ zebedei ꝑ filijs ſollicita a ſūmo bo-
no ſcȝ ieſu xp̄o petiuit in ſūmo bono ſcȝ in
celeſti patria triplex bonū. ſcȝ bonū quietū
cū dicit. Dic vt ſedeāt. In ſeſſione nāqȝ de-
ſignat̄ celeſtis patrie q̇es. Bonū honorifi
cum. cū dicit. Un⁹ ad dextrā et alter ad ſini
ſtram. Et bonū ꝯſummatū. cū dicit. in re-

gno tuo, sed hanc petitionē dñs reprehen-
dit nō ideo ꝙ tale ꝗd petiuerāt: sed reprehē
dunt ꝙ taliter petiuerūt, volebāt em̄ cōfisi
de cognatione quiescere sine pugna. Cum
Apoc. iij. dicat dñs. Qui vicerit dabo ei se
dere in throno meo. Volebāt honorificen
tiam sine cōtumelia: cū dixerit dñs Mat.
v. Beati eritis cū vos maledixerint homi
nes ⁊ exprobrauerint ⁊c. Et seq̄t. Ecce mer
ces vestra copiosa est in celis. Volebāt re-
gni abundantiā sine penuria: cū dixerit do
minus. Bti paupes: qm̄ ipoꝝ est regnū ce
lorū. Ideo dñs rephendit eos dicēs. Ne-
scitis ꝗd petatis ⁊c. In his ꝟbis duo no-
tant. Primo petitōis a dño rephensio. ibi.
nescitis ꝗd petatis. Scdo aploꝝ Jacobi ⁊
Johānis ad passionē vocatio sine inuita-
tio: cū dicit. Potestis bibere calicē ⁊c. L

Quantū ad primū nota ꝙ parentes tria
desiderāt filijs. scꝫ quietē, diuitias, ⁊ hono
res. Primo quietē: sic aliq̄ parētes q̄ nolūt
filios docere laborare: sed ociari: timēt ne
offendant, nō ꝑpendētes illud Eccī. xxxiij.
Multa mala docuit ociositas. Nā diabo
lus quē ociosum inuenit ponit in ope suo.
Figurat Exo. ij. Pharao vidēs filios is-
rael ociosos: statim dixit. Ite opamini. Jō
Hiero. Semp aliq̄d opis facito ne te dia
bolus ociosū inueniet. Inquātū ei aufers
de ocio: intantuꝫ ei aufers de loco. Berñ.
Ociū est sentina oīm vicioꝝ. Jō Eccī. xj.
Si filij tibi sint erudi illos. Job. v. Nasci
tur hō ad laborē sicut auis ad volandum.
Nā sic de veste nō portata nascit tinea sic
de ocio pctm̄. Cassiod. Mens ociosa nil
aliud cogitare nouit ꝙ de escis ⁊ de vētre.
Secundū qđ eis desiderāt parētes est co-
pia diuitiarū. sicut rebecca laborauit ꝓ fi-
lio Jacob vt ꝑmogenita obtineret. Geñ.
xxvij. Nā filijs thezaurisare sufficientiā est
laudabile. Hoc em̄ docet apl's. j. ad Coꝝ.
xij. Debēt parentes thezaurisare filijs. sed
ꝙ hō ita afficit ad filios vt obliuiscat salu
tis anie sue hoc est rephensibile. Jō Aug.
de vita clericoꝝ. et habet in. c. si q̄s irascit.
xij. q. ij. vbi dicit. Si q̄s vnū filiuꝫ habꝫ
putet alterū xp̄m. si duos: putet xp̄m tertiū
si decē: vndecimū xp̄m faciet. q2 dr Ezech.
xviij. Filius nō portabit iniquitatē pr̄is
nec pr̄ filij. ad Gal. vj. Vnusq̄sq; onus suū
portabit. Tertio desiderant eis honorē sic

Bersabee filio suo Salomoni. de quo. iij
Re. j. Senescente Dauid filiꝰ eius adoni-
as surrexit viuēte patre ⁊ dixit. Ego regna
bo. qđ audiēs mr̄ Salomonis accessit ad
Dauid exhibens reuerentiā ei. Cui rex. q̄d
vis. Cui illa. Dñe mi rex iurasti mihi ꝑ do
minū deū tuū ꝙ salomon filiꝰ tuus regna-
ret post te. nūc adonias regnabit te ignorā
te. Ad te respiciūt oculi oīm israel: ⁊ elige-
re poteris quē volueris q̄ regnet post te. et
sic impetrauit ei regnū. Ita fecit hec fidel'
mr̄ filioꝝ zebedei q̄ petiuit eis requiē cū di
xit. Dic vt hi duo filij mei sedeāt. Honorē:
cū addit. vnꝰ a dextris ⁊c. Diuitias: cum
subiūxit. In regno tuo. Sꝫ tm̄ dñs tūc eaꝫ
nō exaudiuit: sed de fatua petitiōe rephen-
dit dicēs. Nescitis q̄d petatis. Remigius.
Christus rephendit discipulos: q2 petitio
ꝓcessit ab eis. Nā vt dicit Augꝰ. in de con
cordia euāgelist. mr̄ ex ꝯsilio filioꝝ accessit
et volūtatē ipoꝝ ad ipm detulit. Et dic re-
gula iuris. q̄ facit. li. vj. de re. iur. Qui aliq̄d
ꝑ aliū facit est acsi faceret ꝑ seipm. Jō di-
cit Marcus eos ad xp̄m accessisse quāq;
mr̄ in veritate accessit ⁊ nō ipi. timebantq;
ne alios discipulos scandalisarēt. tum q2 ꝑ
matrē citiꝰ impetrarēt. tū ne notā ambitio-
nis incurrerēt: iō accessit mr̄ dicēs. Dic vt
hi duo filij ⁊c. M Vbi nota ꝙ hec
petitio mulieris ⁊ aploꝝ est rephensibilis ꝓ
pter triplicē errorē quē ꝯtinebat. scꝫ ordis
ꝑuersitatē. intētiōis carnalitatē. ⁊ materie
vanitatē. Primo ꝯtinebat ordinis ꝑuersi-
tatē: q2 añ meritū petebāt ꝑmiū. Cū tm̄ ſm
Arest. iiij. ethic. honor ꝑmiū sit virtutis. Jā
voluerūt q̄escere sine fatigatiōe. Cū tm̄ scri
bit ꝑ ps. cxxxv. Qui semināt in lachrymis
in exultatiōe metēt. Jā voluerūt hr̄e diur-
num sine labore denariū. cū scribit Mat.
xx. Voca oparios ⁊ redde illis mercedem.
Itē voluerūt hr̄e coronā sine pugna cū dr
ij. Thi. ij. Nullus coronabitur nisi q̄ legiti
me certauerit. Itē voluerunt hr̄e brauiū et
nō cucurrerūt. cū dr. j. Coꝝ. ix. Currite vt
apprehendatis. Jō dicit eis. Nescitis q̄d pe
tatis. q. d. Vultis exaltari ⁊ nōdū estis hu
miliati. Et ſm glo. q. d. Sedē gl'ie petitis
et nōdū eandē meruistis delectat culmen ho
ris q̄ nōdū exercuerūt viā laboris. Cū di-
cit Greg. Ad magna ꝑmia nō ꝑuenit: nisi
per magnos labores. Res ꝑciosa nō con-

parat̃ vili ꝑcio. Ideo dicit Cris. Magnū
laborē necesse est īpendere si volumꝰ ad re-
gnū celeste ꝑuenire. N Nā sicut legit̃
in gestis romanoꝝ. Ille ꝗ in bello vicit ho
stes ⁊ strennue egit triplicē habuit honorē
Primꝰ fuit ꝙ clypeū rotundū ꝗ hostes vi-
cit habuit sup caput eius ⁊ oīs ppl's sibi cū
leticia obuiauit. Scđs honor ꝗ sibi exhibi
tus fuit ꝙ oēs captiui liberi dimittebant̃: ⁊
currū eius post tergū ligatis manibꝫ ⁊ pe-
dibꝫ sequebant̃. Tertiꝰ honor ꝙ victor in-
dutus tunica iouis rubea sedebat in curru
quē trahebāt q̃ttuor equi albi: ⁊ sic ītrauit
ciuitatē. et hūc honorē nullus habuit nisi
victor inimicoꝝ extitisset. Sic apl'i nō po
tuerūt hr̄e honorē nisi subirēt laborē. Su-
peratis aūt diabolo ⁊ tyrānis his honori-
bus sunt honorati. vt pꝫ de hodierno apo
stolo sctō Jacobo ꝗ hoc triplici honore ē
honoratꝰ. Nā clypeꝰ rotundꝰ depingit̃ q̃si
diadema sup caput imaginis eiꝰ: ī signū ꝙ
viriliter hostes suos supauit. et hoc habet
ortū a victoribꝫ romanis ꝙ tales clypei sup
capita imaginū depingunt̃. Ipi autē apl'o
cūctꝰ ppl's hodie obuiat cū laudibꝫ ⁊ hono
re: ita vt cōpetat sibi illud ps̄. cxxxviij. Ni-
mis honorati sunt amici tui deus ⁊c̃. Se-
cundo honorauit eū dn̄s vt oēs captiui ꝓ
pter suā victoriā ꝑ q̄bꝫ rogat libere dimit-
tant̃. O Refert Uincen. in spe. hist. li.
xxvij. c. xxxj. ꝙ tpibꝫ Alphonsi reg̃ hispa-
nie. xx. viri xp̄iani q̄rū vnus erat sacerdos
a saracenis capti sunt ⁊ vrbe Cesaraugusti
in carcere tenebroso inclusi diuersoꝝ gene-
rū nexibꝫ ligati. ꝗ cū deo inspirāte monitu
p̄sbyteri btm̄ Jacobū inuocauerūt ī obscu
ro carcere sic eos alloquēs refulsit. Ecce ad
suꝫ quē vocastꝭ. Illi aūt ad pedes eiꝰ ꝓcide
rūt: tūc eoꝝ vincula ꝯfregit ⁊ ad portas ci
uitatis eo duce ꝑuenerūt: eosqꝫ ad quoddā
castellū xp̄ianoꝝ detulit: sic visibiliter celos
ascēdit. Ad idē refert Jacobꝰ ianuens̄ ꝙ ꝗ
dam mercator a q̄dā tyrāno spoliatꝰ iniu-
ste in turri tenebat̃. ꝗ deuote sctm̄ Jacobū
inuocauit: cui vigilantibꝫ custodibꝫ apparu
it ⁊ ad turris sūmitatē ꝑduxit: statimqꝫ tur
ris adeo se iclinauit ꝙ ipius sūmitas eq̃lis
terre fuit. de q̄ sine saltu descēdēs solutꝰ re-
cessit. quē custodes insequētes licꝫ iuxta eū
ꝑgerēt: tn̄ ipm videre nō poterant. Scđo
hec petitio fuit rep̄hensibilis: q̄ꝛ cōtinebat
in intentione carnalitatē: q̄ꝛ putauerunt in
primo aduētu xp̄m regnaturū qđ erit ī se-
cundo. iō errauerūt sic iudei đ messia ī ps̄.
clv. Edificās hierl'm dn̄s dispsiones israel
cōgregabit. Hoc intelligūt de celesti hieru
salē: cū ibi intelligat̃ de ecclesia sctā in q̃ di
spersiones israel ꝯgregabit in vnitatē fidei
Nā desolatio terrestris hierl'm durabit vs
qꝫ in finē seculi. Luc̃. xxj. Hierusalē calcabi
tur a gētibꝫ donec ipleāt̃ tpa nationū Dan̄.
ix. Erit desolatio vsqꝫ in finē ⁊ ꝯsummatio
nē. Itē errauerūt ī intentiōe ī q̃ erat carna-
litas. q̄ꝛ reputabāt se ex sola cognatiōe ius
regni obtinere: qđ tn̄ nō est. q̄ꝛ dr̄ Matth.
viij. Multi venient ab oriente ⁊ occidēte et
recumbēt cū Abraā Isaac ⁊ Jacob. sꝫ filij
regni eijcient̃ in tenebras exteriores. q̄ꝛ nō
est acceptio ꝑsonarū apud deū. Ideo dicit̃
Matth. vij. Quicūqꝫ fecerit voluntatē pa
tris mei hic est ꝗ intrabit in regnū celorū.
Et Matth. xxj. Auferet̃ a vobis regnū ⁊
dabit̃ genti facienti fructꝰ eius: Ideo dixit.
Nescitꝭ q̄d petatis. q. d. desideratis ꝙ de-
beo vobis dare regnū meū q̄ꝛ estis mei cō
sobrini: sꝫ scire debetis ꝙ regnū nō dat̃ rōe
parentele: sed dat̃ merētibꝫ ꝟtutū exercitio
vel passionis merito. Tertio fuit rep̄hensi
bil' hec petitio. q̄ꝛ ꝯtinebat materie vanita
tem: q̄ꝛ pompā q̃rebāt. Et posito ꝙ celeste
regnū futurū petijssent: adhuc fuit error ī
veritate. q̄ꝛ estimabāt in regno xp̄i aliquid
sinistrū: cum tn̄ oēs regni sui incole ad dex
tram statuent̃. Juxta illđ Mat. xxv. Sta
tuet oues ad dextrā: hedos aūt ad sinistrā.
Ideo bn̄ dixit. Nescitis q̄d petatꝭ. q. d. ſm
Cris. Nōne audistis me referētē cū veni-
et filiꝰ hoīs ponet oues ad dextrā et hedos
ad sinistrā. et dicet his qui ad sinistrā sunt.
Discedite a me maledicti in ignē eternum
ego vocaui vos ad dextram ⁊ vos vultis
vos locare ad sinistram. Nota tamen q̄uis
xp̄s petitionē ipius matris ꝑ tūc nō ex
audiuerit: tn̄ post mortē filiorū exaudiuit.
Nā ꝑ sinistrā vita p̄ns: ꝑ dextrā vita eter-
na designatur. Sedēt igit̃ a sinistris dei: q̄ꝛ
eoꝝ corpa in p̄nti vita multā habēt gloriā
et honorē. Quia de sctō Jacobo exponit̃ il
lud Esa. xj. Ipm gentes deprecabūt̃ ⁊ erit
sepulcrū eius gloriosum. Cuiꝰ nāqꝫ sancti
corpꝰ ⁊ sepulcrū ita freq̄ntiꝰ visitat̃ ⁊ deuo-
tius sicut sancti Jacobi ꝗ suis ꝑegrinis tā

sedulo subuenit. ¶ Sicut de hoc refert Hugo de scto vic. q cuidã pegrino ad sanctũ Jacobũ pgenti diabol⁹ in specie ipius apparuit: et de presentis vite miseria multa cõmemorãs felicẽ se esse si ob amorẽ z honorẽ ipius se necaret: et ille mox gladiũ arripuit z ptinus se occidit. Et cũ ille in cui⁹ domo hospitatus fuerat suspect⁹ haberet: et mori plurimũ formidaret: ptinuo q mortuus fuerat surrexit: asserẽs q dũ demon q mortẽ suaserat ad suppliciũ eũ duxisset: beatus Jacob⁹ cucurrit z mox ereptũ ad thronum iudicis deduxit: et accusantib⁹ demonibus vt vite restitueret obtinuit. Sedent nũc a dextris dei: qr aĩe eoz in celo beatificantur ita q qlibet eoz dicere põt illud ps. cxxxj. Hec requies mea i seculũ seculi. hic habitabo qm̃ elegi eam. Quantũ ad secundũ in q tangit bti Jacobi z Johis ad passionẽ inuitatio: cũ dicit. Potestis bibere calicem zc. Nota q nõ dixit hoc dñs q ignorasset q erãt imitaturi ei⁹ passionẽ: sed iõ interrogauit: qr nemo põt cũ xpo regnare nisi passionẽ ei⁹ fuerit imitatus. Vñ. ij. ad Thi. ij. Si cõpatimur pregnabim⁹. Ber. Tunc mihi pdest passio si assit mea imitatio. Sed illud est ptra multos in hoc mũdo delitiosos q nihil volũt pati neqz i ieiuniis neqz in castigationib⁹ corporis sed sp pleni esse: in lectib⁹ mollibus dormire. Sz audiant tales btm̃ Hiero. dicentẽ. Vis regnare cũ xpo si dñm xpm oportuit pati et ita intrare in gloriam suam vt dicit Luc. xxiiij quã fiduciã nos habem⁹ intrare sine labore. O qz stulti sumus: volumus hic gaudere cũ seculo z postea regnare cũ xpo. Audientes autẽ hi duo apli q absqz passione nõ possent cũ xpo regnare: interrogãte ipo an possent bibere calicẽ passiõis: dicunt ei. possum⁹. Sed fm glo. loquunt sicut inexperti fragilitatis pprie: quã fugiẽtes a dño ostenderũt, sicut hr Matth. xxvj. Relicto eo oẽs fugerũt. qr inexptis nõ apparet terribile qd exptis necessariũ est timere. Cõfirmauit tñ dñs verbũ eoz dicẽs. Calicẽ id ẽ martyriũ bibetis. q. d. Tu Jacobe gladio moriendo. tu vero Johannes in ferventi oleo bulliendo. ¶ Circa qd vlterius nota q qdruplex inuenit calix in scriptura sacra. scz calix passionis tpalis. calix cõmunionis sacramẽtalis. calix beatitudis eternalis. et calix damnatiõis gehennalis. Primus calix vicz pene tpalis est in mundo. hoc est tribulatio. ãgustia. z miseria. ac passiones vsqz ad mortẽ homini illate. De hoc calice dixit dñs. Potestis bibere calicẽ zc. Hunc bibit xps a tpe natiuitatis q posit⁹ est a matre in psepio vsqz ad lignũ crucis. ita vt dicere possit illud ps. lxxxvij. Quoniam ego in laborib⁹ sum a iuuentute mea Hunc ppinauit matri sue. qr statim nato filio: anxia fuit ne ab Herode occideret fugiẽs in egyptũ. Matth. ij. Et pdito filio i templo cum dolore ipm qsiuit: et sub cruce omnẽ passionẽ mentaliter sustinuit quã xps corporaliter: ita vt gladi⁹ doloris animam eius ptrãsiret. Lu. ij. Hũc calicem ppinauit aplis q diuersa passi sunt tormẽta. iuxta illud Act. v. Ibãt apli gaudẽtes zc. Et specialit hi duo apli Jacob⁹ z Johannes. Nã iacob⁹ ab Herode est occisus sic ptz Act. xij. Johes etiã a Domiciano i insulam Pathmos est relegat⁹ in feruẽti olei dolio punitus. Ideo dixit dñs. Calicem quidẽ meũ bibetis. Illũ etiam calicẽ biberunt omnes martyres. Apoc. vij. Lauerũt stolas suas in sanguine agni. Sic oẽs electi bibere debent de calice passionis. De q Grego. Sanctus qsqz vt eterna supplicia euadat z ad sempiternã gloriã ascẽdat: debet flagellis atteri: vt in iudicio purgatus valeat inueniri. Secundus calix sacramẽtalis cõmunionis est in tẽplo. de illo bibit sanguis xpi viuificans. De hoc calice dr. j. ad Cor. xj. Quicũqz manducauerit panẽ z biberit calicẽ dñi indigne: iudiciũ sibi mãducat z bibit. O qz multi sunt q hũc calicem indigne sumũt. et valde miserabile est si a diabolo p indignã sumptionẽ hui⁹ calicis aufert aĩa q per calicẽ passionis tã amare est redempta. Tertius calix est beatitudinis eternalis. et ille est in celo: de quo bibit vinũ letificãs. Cãt. v. Bibi vinũ cũ lacte meo. In vino iocunditas gaudij de diuinitate. in lacte dulcedo de humanitate significat. O quã ibi inebriabũt de isto calice. fm illud ps. Calix me⁹ inebrians qz pclarus est. Hic calix semel bibitus facit obliuisci oẽs labores z tristiciã pteritã. Et ibi tũc implebit illud Sapiẽtis. Date siceraz merentib⁹ z vinũ scz psolatiõis his q mesti sunt corde. puer. xxxj. Hũc calicẽ nunc

bibit btũs Jacob9 cũ dño in celo qui tam amarũ calicem bibit ꝓ dño hic in mundo. Quart9 calix dr calix damnatiõis gehẽnalis. de illo bibit ĩ inferno sulphur ardẽs et flammãs. ꝭm illd ps. Ignis et sulphur spiritus pcellarũ ps calicꝫ eoꝝ. Heu dñe si talis est ps calicꝫ. qs totũ calicẽ sustinere pt? Certe hũc calicẽ bibẽt illi9 calicis amatores. illi vicz de qb9 dr Prouerb. xxiij. Qui morant in vino ꝛ studẽt calicib9 epotãdis. Bibit aũt de calice gehẽne pot9 sulphurꝫ flãmãs ꝛ ardẽs. vt sic ignis ardori ꝑuersi cordis: et sulphur fetori praui opis respõdeat. sed ille pot9 non dabit nisi habentib9 signũ cauponis infernalis. scz diaboli. De qb9 dr Apoc. xiiij. q habebũt caracterẽ bestie in fronte ꝛc. De q scribit ibidẽ. Hic bibet de vino ire dei qđ mixtũ est mero in calice ire ipi9: et cruciabit igne ꝛ sulphure añ ꝯspectũ agni ꝛ fumus tormẽtoꝝ coꝝ in cõspectu angeloꝝ sanctoꝝ ascendat in secula seculoꝝ. nec habebũt requiem die ac nocte. Hoc est ꝯtra illos q erronee tenent q dãnati qñq3 certis diebus aut horis habeãt quietem a penis. De hoc cruciatu ait Grego. Quid in illo die acturus est qui a ꝯspectu iudicis rapitur ab electorum societate: q tenebrescit a lumine cruciabit eterna cõbustione. Certe btũs Jacob9 cuius hodie festum agimus bibit tantũ de calice passionis q nunc prorsus immunis est a calice damnationis. Ex p̃dictis pꝫ q̃lis sit in q̃libet calice mixtura. ꝭm illud ps. Calix ĩ manu dñi vini meri plen9 mixto. Mixta eñ sunt in p̃mo calice vinũ ꝛ fel. in scđo vinũ et aq̃. in tertio vinũ ꝛ lac. in quarto ignis ꝛ sulphur. Btũs ergo Jacob9 de p̃mo et secundo calice bibit in mundo. et de tertio iã inebriat in celo. de q̃rto aũt nũq3 gustabit in inferno: sed eternaliter deũ laudabit: qꝛ hũc calicẽ euasit ꝛ cum xp̃o semꝑ gaudebit. Huius aũt gaudij si volum9 esse ꝑticipes oportet nos p̃mũ esse socios sue tribulationis. si eñ nõ cõpatimur: nõ cõregnabim9. qꝛ si xp̃s suis nepotib9. s. b. Jacobo et Johãni noluit dare regnũ nisi biberent calicẽ passionis. q iure tũc nobis daret: certe multo minus ꝛc.

De Inuentione sancti Stephani. Sermo LXVIII.

Statuisti verba tua que locutus es in manibus pueroꝝ tuorũ ꝓphetaruꝫ vt transferent ossa regũ nostroꝝ ꝛ ossa patrũ nostroruꝫ de loco suo. Baruch. ij. A

Pro introductiõe nota q in cõmuni ꝓuerbio dr. Quilibet sacerdos laudat suas reliq̃as. Et causa hui9 laudis est vt ꝑ ꝯmẽdationẽ reliquiarũ ꝛ sctõꝝ ꝑpl's ad deuotionẽ excitet. Et sic legit. ij. Paral. v. q salomõ tẽplo edificato posuit in illud arcã testamenti in q erãt reliq̃e: ꝟga aarõ q fronduit ꝛ floruit ꝛ amigdalũ ꝓduxit. tabula testam̃ti ꝛ vrna aurea hñs mãna. vt g ꝑpl's ad deuotionẽ excitaret sacerdotes ꝛ leuite qñ arca portabat canebãt tubis. et voces ĩ sublimi tollẽtes ceperũt laudare ꝛ dicere. Cõfitemini dño qm̃ bon9 qm̃ in se. miscđia ei9 ps. cv. Moraliter xp̃s hic ꝑ sacerdotẽ designat. de q p̃dixit ps. dicẽs. Jurauit dñs ꝛ nõ penitebit cũ tu es sacerdos ĩ eternũ ꝭm ordinẽ melchisedech. Iste sacerdos xp̃s habet duas ecclesias. vnã militantẽ. aliã triũphantẽ. In p̃ma h3 p̃ciosas reliq̃as. s. sanctorũ corꝑa. in scđa aĩas electoꝝ. ꝭm illud ps. Custodi innocẽtiã ꝛ vide equitatẽ: qm̃ sũt reliq̃e homĩ pacifico. has reliq̃as ip̃e ĩ scripturꝫ hincinde multipl'r cõmendat dicens ꝑ apl'm Heb. xj. Sctĩ per fidẽ vicerũt regna: oꝑati sũt iusticiã ꝛc. Et laudes cuiuslibet sctĩ ꝯsueuit eccl'ia recitare vt ꝑpl's ad deuotionẽ ꝛ venerationẽ sctõꝝ excitet. Inter has reliq̃as eccl'ia h3 valde p̃ciosas q sũt corꝑa sctõꝝ stephani ꝓthomartyris. Nicodemi. Gamalielis. et Abibe. qꝝ inuẽtionẽ hodie solẽnit celebrat: et in ꝟbis p̃missis ꝑ Baruch ꝓphetã laudat di. Statuisti ꝟba tua ꝛc. B In ꝟbis p̃missis inuẽtio siue translatio corꝑis sctĩ stephani ex q̃ttuor cõmendabilis reddit. Primo ex ꝑte illi9 a q facta est scz xp̃i. cũ dic. Statuisti ꝟba tua. Ip̃e eñ ꝟba q locut9 est in trãslatiõe sctĩ stephani. statuit. i. firma et certa esse fecit. Et h duplici rõne. Pria qꝛ ip̃a reuelatio nõ fuit vana: sed triplici apparitiõe firmata. Sicut eñ in ore duoꝝ vel trium testiũ stat oẽ verbũ: Et sicut in trib9 diebus experit omne factũ: sic etiã in trib9 reuelationib9 cõprobat om̃e verũ. Scđa qꝛ nõ fuit fantastica sed cõgruis similitudinib9 de-

mõstrata. Ostẽdit Gamaliel Luciano tres
calathos aureos. vnũ plenũ rosis rubenti
bus q̄ signabat reliq̄as sctĩ stephani q̄ fuit
aureus ꝑ charitatẽ ⁊ carnis incorruptionẽ
⁊ roseꝰ ꝑ sanguis effusionẽ. Alij duo erant
pleni rosis albis ⁊ signabãt reliquias Ga⸗
malielis ⁊ Nicodemi q̄ fuerũt aurei ꝑ cha
ritatẽ ⁊ albi ꝑ intentiõis puritatẽ. Aliũ etiã
ostẽdit argenteũ croco plenuꝫ: et signabat
reliquias Abibe filij nicodemi: q̄ fuerat tã
q̄ꝫ argentũ nitidũ ꝑ virginitatẽ. Croceꝰ em̄
colo𝔯 dr̄ esse medius inter albũ ⁊ rubeũ. qꝛ
ip̄e cum candore virginitat̄ habuit albedi
nẽ pure intentionis ⁊ rubedinẽ charitatis.
Scd̄o ista inuẽtio est cõmendabil' ex p̄te il
lorũ ꝑ q̄s facta ẽ. cũ dr̄. Que locutꝰ es ĩ ma
nibꝫ pueroꝝ tuoꝝ ꝓphetarũ. i. nicodemi ga
malielis ⁊ luciani: q̄ fuerũt pueri ꝓpt̄ puri⸗
tatẽ: simplicitatẽ: ⁊ hũilitatẽ. ¶ Ista em̄
tria disponũt hoĩem ad suscipiẽdas diuias
reuelatiões. Prĩo puritas. puer. xxij. Qui
diligit cordis mundiciã ꝓpter gratiã labio⸗
rũ suoꝝ habebit amicũ regẽ. Scd̄o simpli
citas. puer. iij. Cũ simplicibꝫ sermociona⸗
tio eiꝰ. Et tertio hũilitas. ps̄. Intellectum
dat ꝑuulis. Fuerũt etiã ꝓphete. qd̄ patꝫ in
Gamaliele q̄ manifestauit multa p̄terita: si
cut suã et sctĩ stephani passionẽ. p̄sentia oc
culta: sicut ossa ĩ terre visceribꝫ occultata. ⁊
futura. sicut vbertatẽ futurã. Tertio ꝯmen
dabilis est ex p̄te illoꝝ q̄bꝫ fiebat q̄ fuerunt
reges ⁊ p̄res: cũ dr̄. et trãsferent̄ ossa reguꝫ
nr̄oꝝ ⁊ ossa patrũ nr̄oꝝ. fuerũt em̄ reges ñ
tyranni. Tyrannũ em̄ tria faciũt. scꝫ ambi
tio dñandi. cupiditas lucrãdi. ⁊ crudelitas
seuiendi. Ipi aũt nõ fuerũt tyranni sed re⸗
ges. qꝛ nõ fuerũt ambitiosi nec cupidi nec
crudeles: sꝫ misericordes ⁊ pij. Fuerũt etiã
p̄res q̄ nos genuerũt ꝑ euãgelicã eruditio
nẽ. ij. ad Coꝝ. iiij. Nã in xp̄o iesu ꝑ euange
liũ ego vos genui. Itẽ genuerũt nos ꝑ ex⸗
empli exhibitiõeꝫ. Eph. v. Imitatores dei
estote sicͭ filij charissimi. et. j. Coꝝ. xj. Imi⸗
tatores mei estote sicͭ ⁊ ego xp̄i. Itẽ ꝑ deuo
tã orationẽ sicͭ stephanꝰ paulũ genuit: quia
ip̄m sua orõne ꝯuertit. sicͭ dicit Augꝰ. Si
stephanꝰ nõ orasset: eccl'ia paulũ non h̄ret.
Quarto hec inuẽtio cõmẽdabilis est ex cã
ꝓpt̄ quã fiebat. qꝛ in loco hũili iacebãt: et iõ
ad locũ digniorẽ trãsferẽdi erãt. qd̄ notat̄
cũ dr̄. Transferent̄ de loco suo. ¶ Vbi

nota q̄ triplex translatio facta est de corꝑe
sctĩ stephani. Prĩa fuit d̄ loco despecto ad
montẽ sion: vbi ostẽsum fuit q̄nti meriti es⸗
set apud deũ. qꝛ suis merit̄ ĩpetrauit bona
tp̄alia corꝑalia ⁊ spũalia. Tp̄alia. qꝛ cũ p̄⸗
us sterilitas mag̃ esset: ip̄a die pluuia ma⸗
gna descẽdit sup̄ terrã quã fecũdauit ⁊ abũ
dantiã magnã fecit. Scd̄o bona corꝑalia.
qꝛ. lxxiij. hoĩes fuerũt a diuersis languori⸗
bus liberati. Tertio ĩpetrauit bona spũa⸗
lia. scꝫ dei indulgẽtiã ⁊ grãm. Vñ dixit ga
maliel Luciano. Aperi nob̄ vt ꝑ nos apia
at deꝰ ostiũ clemẽtie sue ĩ h̄ mũdo. Scd̄a
trãslatio fuit de sion ĩ Cõstãtinopolim vbi
illi q̄ transferebãt obuiã habuerũt demo⸗
nes: angelos: et stephanũ. Demões q̄dẽ de
flebãt sua incẽdia dicẽtes. Ve nob̄ qꝛ p̄tho
martyr stephanꝰ trãsit diro nos verberãs
igne. Angeli affuerũt q̄ sup̄ corpus eiꝰ cele
stes laudes decãtare auditi sũt. Stephanꝰ
affuit ꝓpulsans ꝑicula mar̄ vicꝫ tẽpestatẽ.
apparuit em̄ eis dicẽs. Ego sum: nolite ti⸗
mere. ⁊ sic trãquillitatẽ magnã fec. Tertia
trãslatio fuit de Constantinopoli romam.
Quã q̄dẽ ꝯmẽdabilẽ q̄ttuor fecerẽt. Primũ
est collatũ bñficiũ: qꝛ filia Theodosij fuit
a demõe liberata. poterat nãqꝫ dicere The
odosiꝰ stephano. Filia mea male vexat̄ a
demonio. poterat sibi stephanꝰ r̄ndere. ego
veniã. s. romã ⁊ curabo eã. Scd̄m est stu⸗
pendũ ꝓdigiũ. Nã cũ ad q̄ndã eccl'iaꝫ por
taret̄ vectores subintrant: nec vltro ꝓgredi
pñt. Aliud etiã fuit ꝓdigiũ: qꝛ cũ greci cor
pus Laurẽtij loco stephani accip̄e vellẽt:
amẽtes sũt effecti ⁊ postea mortui. Tertiũ
est gratũ ꝯsortiũ. qꝛ corpꝰ laurẽtij in latꝰ se
vertit ⁊ mediũ sepulcri vacuũ stephano de
reliquit. Quartũ est celeste oraculũ. clauso
em̄ sepulcro audite sũt voces angeloꝝ di⸗
cẽtiũ. O felix roma q̄ corpꝰ laurentij hispa
ni. et stephani hierosolymitani gloriosa pi
gnora vno claudis mausoleo ¶ Circa
p̄dicta q̄rit̄ cuiꝰ autoritate reliq̄e seu corꝑa
sctõꝝ sũt trãsferẽda. Ad h̄ dicẽdũ q̄ corꝑa
sctõꝝ nõ sũt trãsferẽda de loco ad locũ sine
autoritate p̄ncipis. s. pape vel ep̄oꝝ: vl' sine
lnia synodi. vt in c. corꝑa. de ꝯse. di. j. et hoc
verũ est vt ibi notat glo. cũ corpꝰ traditꝰ
est ꝑpetue sepulture. vt. l. fi. C. de reli. ⁊ sum
pti. fu. nisi necessitas ĩmineat. Si aũt non
est traditum ꝑpetue sepulture: põt trãsferri.

sine autoritate alicu⁹. vt. C. e. ti. l. l. ꝫ nec dn̄. Et p̄dicte leges loquunt̄ de oīb⁹ corporibus generalit̄. F Scd̄o q̄ro quō reliquie sctōꝝ dn̄t ꝑplo oñdi. Ad h̄ dico ꝙ antiq̄ reliquie nō dn̄t oñdi extra capsam. nec exponi venales. Rō phibitiōis est ḱm Panor. in. c. ij. de rel'. z ve. san. qꝛ cū oñdunt̄ ossa nuda mltoꝝ deuotio torpescit. Dicūt em̄ ꝙ si fuisset sanct⁹ ossa nō fuissent sic dispsa: non aduertētes ꝙ oīb⁹ generalit̄ dictū ē. Cinis es z in cinerē reuerteris. His except̄s q̄b⁹ de⁹ singularē gratiā facere voluit: vt i corpore btē ꝟginis. Johis euāgeliste. z similium. Reliq̄as ꝟo inuētas de nouo nēo dꝫ publice venerari nisi autoritate romani pōtific̄s fuerint approbate. Et plati nō pmittant ꝙ illi q̄ accedūt ad eoꝝ eccl'ias cā venerationis decipiant̄ falsis figmētis: sic̄ qn̄ꝙ occasiōe q̄stus fieri ꝯsueuit. vt hꝫ in. d. c. ij. G Reliq̄e etiā sctōꝝ nō debēt exponi venales. qd̄ fieri pōt duob⁹ modis. Primo cū ꝟe vendunt̄: inde accepto p̄cio. qd̄ nō licet: qꝛ sacra z religiosa nō sūt in dn̄io alicu⁹: nec capiūt extimationē. vt insti. de re. diui. §. nullius. Scd̄o qn̄ exponūt̄ passim causa q̄st⁹ vt hēant̄ large oblatōes. Est em̄ hec q̄dā larga vēditio vt dicit Panor. vbi s̄. Plura de veneratiōe reliquiarū vide infra sermone de oīb⁹ sctis. H Ultimo q̄ro qn̄ trāslatio siue inuētio corpis scti stephani facta fuit. Ad h̄ dico ꝙ corp⁹ bti stephani inuentū fuit ān̄o dn̄i. cccc. vij. et imperij Honorij anno. vij. et ea die q̄ ei⁹ passio celebrat̄. s. sequēti die post natalis dn̄i. Festa aūt mutata sunt duplici rōne. Prima est qꝛ festū de inuentiōe solēni⁹ agebat̄ q̄ꝫ festū de passiōe. z hoc tum ꝓpt̄ reuerentiā natiuitat̄ dn̄i. tū ꝓpter mlta miracula q̄ in ip̄i⁹ inuentiōe dn̄s ostendit. Quia ḡ passio ip̄i⁹ dignior est q̄ꝫ inuētio: z ob hoc solēnior debet esse. Jō festū de passione eccl'ia ad illud tp̄s trāstulit in q̄ i ampliori reuerētia habeat̄. vicꝫ imediate post natalē dn̄i. z inuentionē ei⁹ ad tertiā augusti qn̄ fuit lapidatus. Scd̄a rō. qꝛ stephan⁹ ꝓthomartyr est. et cū martyriū sctōꝝ sit natale coꝝ in celis. Jō merito statim post natale dn̄i natale scti stephani celebrat̄. vide de hoc plura in ser. de eius passione.

Sermo alius de inuentione sancti stephani LXIX. wann. XII.

Iustum dedu
xit dn̄s p̱ vias rectas z ostēdit illi regnū dei. Sap. x. Quanta iusticia floruit beatissim⁹ ꝓthomartyr noster stephan⁹: bn̄ ostendūt scripture canonice, sicut Lucas euāgelista scribēs actus apl'oꝝ hoc refert Act. vj. et. vij. Un̄ Act. vj. dꝛ ꝙ crescēte nūero discipuloꝝ. scꝫ fidei xp̄iane factū est murmur grecoꝝ aduersus hebreos: eo ꝙ despicerent̄ i ministerio q̄tidiano vidue eoꝝ. Ad sedandū ḡ illud murmur. xij. apl'i ꝯuocauerūt mltitudinē discipuloꝝ dicētes. Nō est equū nos derelinq̄re ꝟbū dei z mīstrare mēsis. ꝯsiderate ḡ viros ex vobis boni testimonij septē plenos spūsctō z sapia. q̄s ꝯstituam⁹ sup̱ h̄ opus. ecce iusticia. et elegerūt stephanū virū plenū spūsctō z fide: et alios sex. special'r tn̄ dꝛ stephan⁹ plenus spūsctō ꝓpt̄ excellētiā sue sctitat̄ z iusticie. z iō pm⁹ inter septē diaconos noīat̄. Quāta aūt i eo refulserit iusticia ptꝫ ex eo qd̄ sequit̄. qꝛ ip̄e faciebat siḡ z ꝓdigia mag̱ in ꝑplo. imo nō solū i ꝑplo fec miracula: ꝫ z disputādo cū iudeis de fide xp̄i ꝯuicit eos multiplr. autoritate sc̄pture et rōne ostendēdo ex ꝓphet̄s mltiplicit̄ iesū esse verū messiā iudeis i lege ꝓmissum. vt patꝫ Act. vij. He vtiꝙ fuert̄ vie recte p̱ q̄s dn̄s iustū ꝓthomartyrē stephanū h̄ deduxit. vicꝫ veritas vite z doctrie. z iō oñdit illi regnū dei: nō solū i p̄ria vt oīb⁹ btīs. ꝫ et spāl'r hic in vita i hora sue passiōis cū lapidaret̄ a iudeis. ait em̄. Ecce video celos apertos z iesū stantē a dex. dei. Jō bn̄ verificant̄ ꝟba thematis. Iustū deduxit dn̄s zc̄. vbi s̄. In ꝟbis themat̄ ad laudē ꝓthomartyris stephani duo nob̄ sūt ꝯsideranda. vicꝫ ip̄ius meritū. qꝛ iustus quē dn̄s deduxit p̱ vias rectas. Scd̄o ei⁹ p̄miū: qꝛ dominus oñdit illi regnū dei zc̄. I Circa primū est notandū ꝙ duplices sunt vie hoīs. vicꝫ vie pctōꝝ z vie iustoꝝ. Uie peccatoꝝ sunt vie septem capitaliū vicioꝝ: p̱ q̄s ambulāt pctōres i infernū. De q̄bus dꝛ Sap. v. Lassati sum⁹ in via iniquitatis et perditionis z ambulauim⁹ vias difficiles. Dicit̄ notanter, lassati sum⁹, quia onus graue impositū viatori facit eum cito lassum. Q autē peccata sint onera grauia ostendit ꝓpheta dicēs. Sicut onus graue grauate

sunt sup me, igit velint nolint pctōres lassa bunt. Sunt aūt septē vie iniqtatis q sunt valde difficiles: et tñ pctōribꝫ multū amabiles. De his vijs dicit Greg. xvij. moral. Uia nāqꝫ elati supbia, via raptoris auaricia, via lubrici ꝯcupiscētia carnalis. et subiungit. In vijs ergo suis vnusqsqꝫ oculos deprimit: qꝛ solis vicijs vt p hec aīo satisfaciat intendit. Et hoc est qd dicit Job. xxiiij. ca. Oculi em illius sunt in vijs eius. sicut ergo septē sunt vie materiales itinerantibꝫ difficiles: ita septē sunt vie morales peccatoribus difficiles. scꝫ montuosa p quā ambulant supbi. spinosa p quā ambulant auari. lutosa p quā ambulāt luxuriosi. tenebrosa p quā ambulāt inuidi. tumultuosa p quā ambulant iracūdi. sumptuosa per quam ambulāt gulosi. tediosa p quā ambulāt accidiosi. Primā viā accipiūt supbi ꝛ ambitiosi; q sp vadūt vias mōtuosas: qd est piculosuꝫ. qꝛ d modico lapsu iminet magnū piculū. qꝛ sm Gre. qꝫto grad' altior tanto casus grauior ꝛ decliuior. Istis est sic de lepore dr. qꝛ multo meli' currit ꝯ montē ascēdendo qꝫ descendēdo de monte in vallē. qꝛ hꝫ anteriora crura breuiora qꝫ posteriora. Moralit. tibie anteriores sunt affectiones ad deū. posteriores sunt affectiōes ad mūdū. Ita in supbis breuiores sūt affectiōes ad deū qꝫ ad mundū. Scdam viā eligunt auari vicꝫ spinosam. sicut saluator ostendit q diuitie sunt spine. Matth. xiij. qꝛ cū magno labore acquirunt. cū timore custodiūtur: et cum dolore amittunt. sm illud Osee ij. Sepiam viā tuā spinis. Tertiā viā eligunt luxuriosi qsi bestie. De qbꝫ in ps. Inquinate sunt vie illi' in oi tpe. Taliū via ē lata ꝛ trita et lutosa: et multi transeūt p eā. Mat. vij. Lata est viā q ducit ad pditionē et multi ambulāt eam. Per oppositū est de vijs castis. De qbꝫ in ps. Ambulās in via imaculata hic mihi mistrabit ꝛc. Quartaꝫ viā ābulāt inuidi vicꝫ tenebrosam. qꝛ inuidi p malitiā ppriā sunt excecati; et ita sp in tenebris ambulāt. sm illud puerb. ij. Relinquūt iter rectū: et ambulāt p vias tenebrosas q letant cū malefecerint ꝛ exultāt i rebꝫ pessimis ꝛc. Quintā viā scꝫ tumultuosaꝫ siue lapidosam lapidū sese ꝯcutientiū vadūt iracūdi; q valde faciliter ledunt a lapide. i. a vbo pximi etiā modico. de qbꝫ in ps. Cōtritio ꝛ infelicitas in vijs eoꝝ et viā pacis nō cognouerūt. Sextā viā scꝫ sumptuosā eligūt gulosi: q ea q paupibꝫ cōicare deberēt supflue cōsumunt ꝛ in voluptate viuūt. Septimā viā scꝫ tediosam eligūt accidiosi q sp sunt fatigati dū ea debēt opari q sūt ad salutē. oē em qd ad diuinū spectat officiū reputat ab eis nimis longū: hñt tediuꝫ in vbo dei audiēdo: in missa: in vespis ꝛc. sꝫ nō hñt tediū i mūdi vanitate. Iste vie sūt homi difficiles. qꝛ mergūt ad interitū. iste vie sunt hoi nociue ꝛ piculose. qꝛ retrahūt eū a vijs veritatis: ita q nec hō his vijs occupat' noscit ea q dei sūt. Ideo dr vbi sup. Sap. v. Ambulauim' vias difficiles ꝛ viam dñi ignorauim'. Hinc est q hoies vicijs dati sp de alijs hoibꝫ male iudicāt: eo q nesciunt mensurā vie iustoꝝ: et ex h iudicāt oēs hoies sm seipos. nō em iudicāt q alij hoies qñqꝫ possint viuere virtuose. miratur em luxuriosus quō hō posset suare ppetuā ꝯtinētiā. Gulosus estimat q nullus suare possꝫ verā abstinētiā. Auar' iudicat q ois hō cupiat hre diuitias ꝛ abūdantiā. Et h est qd dic Cris. in qdā omel. Ois hō sm se estimat alterū. nō em pōt hō melius sentire d altero qꝫ sentiat de seipo. Ecce fornicari' neminē castū estimat. cast' nō facile suspicat de fornicatiōe. Supbꝫ neminē putat humilē. hūilis neminē credit supbū. et sic de alijs. Alie sunt vie iustoꝝ. et ille non sūt aliud qꝫ vie pceptoꝝ dei. p has ergo vias ambulāt q pcepta dei custodiūt. sꝫ illd ps. In mādatis tuis exercebor ꝛ ꝯsiderabo vias tuas. ꝛ iterū. Uiā mādatoꝝ tuoꝝ cucurri. R In genere ergo loqndo tūc via hominis nō est aliud qꝫ ei' actus siue sint interiores siue exteriores. Uñ Greg. xxj. mora. sup illud Job. xxxj. Nōne ipe ꝯsiderat vias meas ꝛ cūctos gressus meos dinumerat: dic. Quid viarū noie nisi actiōes denūciat? Hinc p Hier. vij. dr. Bonas facite vias vras ꝛ studia vra. Bone aūt vie sūt vie pceptoꝝ dei. Et subdit Grego. ibidē. Sic dñs vniuscuiusqꝫ cōsiderat vias: sic dinumerat gressus: vt nec minutissime qdē cogitationes eius iudicio ac verba tenuissima que apud nos vsu viluerunt: indiscussa pmaneāt. Hoc est qd ait saluator Mat. xij. De omni verbo ocioso qd locuti fuerint homines sup terraꝫ reddēt rationē in

die iudicij. Laborādū est ergo cuilibet homini vt vadat p vias rectas. et si eas ignorat tūc imploret cū ꝓpheta a dño illarū noticiam dicēs. Notā fac mihi viā in q̄ ambulē. et iterū. Vias tuas dñe demōstra mihi. et iterū. Da mihi intellectū vt discā mādata tua. Multū em̄ ꝓfert ad solaciū ambulantꝭ bona noticia vie p quā dꝫ ambulare. Nā ceterꝭ paribꝰ talis via videt̄ ambulanti breuior q̄ꝫ via ignota eiusdē q̄ntitatis Ita est de via recta iustoꝝ: sed multi sunt q̄ se putāt ambulare p vias rectas: ⁊ tandem errātes ꝓcipitant̄ in foueā. sicut sūt multi q̄ nolūt repꝛehendi ī pctīs suis: aut nō credētes ea eē pctā: vel nō tā grauia. De q̄bꝫ dicit Salomon. puer. xiiij. Est via q̄ videt̄ homini recta: nouissima aūt eiꝰ ducūt ad mortem. O deꝰ q̄t sūt tales q̄ etiā sub specie melioris vite sibi q̄nq̄ꝫ statuūt terminū multorū dieꝝ in pctīs suis: totalit̄ abijciētes timorē dñi. hi vtiq̄ꝫ ambulāt p vias obliq̄s falsas ⁊ piculosas q̄ ꝓcipitāt hoīem ī gehēnā. Beati ḡ q̄s deducit dñs p vias rectas. hñ beati. q2 talibꝫ oñdit regnū dei. vt ptꝫ ī scda pte. L Circa secundā ptē ergo ē notandū q̄ triplex inuenit̄ regnū in scptura sacra. vicꝫ regnū dei: regnū mūdi. et regnū diaboli. Primū est regnū decoris. secundū regnū timoris. et tertiū regnū horroris. Primū regnū scꝫ dei est celū. secundū mundꝰ. tertiū infernꝰ. Celū nāq̄ꝫ est regnū decoris ⁊ glīe. iuxta illud ps. Gloriaꝫ regni tui dicēt ⁊ potētiā tuā loquent̄: vt notā faciāt filijs hoīm potentiā tuā ⁊ gloriaꝫ magnificētie regni tui. De h̄ reg̃ dicit Bern. in flori. li. ix. Quattuor sūt genera hoīm regnū celoꝝ possidentiū. nā aliq̄ violēter rapiūt illō. alij mercant̄. alij furant̄. et alij intrare cōpellunt̄. Violenter rapiūt q̄ relinquunt oīa ⁊ sequunt̄ xp̄m ⁊ corpus suū castigāt. De q̄ dr̄ Mat. xj. Regnū celoꝝ vim patit̄ ⁊ violēti rapiūt illud. Vbi dicit Aug. Certe nō est modica vis dū q̄s potēs habere vitā delicatā relinq̄t tpalia et vim facit carni sue p maceratiōnē aut castigatiōnē. Qui em̄ sic pseuerat certꝰ ē de reg̃ celoꝝ. Hec Aug. Alij mercant̄ regnū celoꝝ q̄ se exercitāt in opibꝫ miscdie corpalibꝫ ⁊ spūalibꝫ. De illis dicit Aug. Venale habeo dicit dñs. q̄d? regnū celoꝝ. q̄ emit̄: paupꝑtate regnū. dolore gaudiū. labore req̄es. ignominia gloria: morte vita. Moneta ḡ qua emit̄ regnū celoꝝ est paupertas. s̄m illud Mat. v. Beati paupes spū q̄m ipoꝝ est regnū celoꝝ. Illi autē dicunt̄ paupes spū q̄ nō inflant̄ spū supbie: q̄ vicꝫ oīa terrena reputāt vt stercora ꝓpter beatitudinē q̄ est deus. Ecōtrario diuites sunt q̄ nullo volunt carere: sed quicq̄d eoꝝ supbia ⁊ insatiabilis volūtas cupit hoc volūt hr̄e. Hec Augꝰ. Moneta q̄ emit̄ gaudiū est dolor ⁊ psecutio. Mat. vbi s̄. Bti q̄ psecutionē patiunt̄ ꝓpter iusticiā: q̄m ipoꝝ est regnū celoꝝ. vbi dicit Aug. Notāter dicit dñs: ꝓpter iusticiam. nō ꝓpter suā iniquitatē. Moneta qua emit̄ requies est labor pnīe. Mat. iiij. Penitentiā agite ⁊ appropinquabit regnū celoꝝ. Moneta q̄ emit̄ glīa est ignominia et hūilitas ꝓfunda. vñ Mat. xviij. Nisi cōuersi fueritꝭ ⁊ efficiamini sicut puuli nō intrabitis reg. celoꝝ. Vbi dicūt Hiero. Criso. et Hila. Paruulus est q̄ ad annos discretionis nōdū puenit: nō inuidet. et si irasci q̄ dammō videt̄ statim obliuiscit̄: nō desiderat mulieres pulcras videre. cuilibet credit et ꝯfidit: quēq̄ꝫ diligit estimās patrē suum Sic vos charitatē habete ad oēs: nō sitis acceptores psonarū. Hec Hiero. ⁊ ceteri. Moneta q̄ emit̄ vita ē mors p xp̄m assumpta. iuxta illud. Regnū celoꝝ vim patit̄ ⁊c. Magnā em̄ vim ⁊ violētiā q̄libet sibi facit q̄n ꝓpt̄ regnū celoꝝ vitā suā ꝯtēnit. Sic ḡ ptꝫ quō emit̄ regnū celoꝝ. Tertij sunt q̄ furant̄ regnū celoꝝ. illi vicꝫ q̄ multa bona occulte faciūt fugiētes vanitatē ⁊ laudē humanā ⁊ solo diuio testimonio sūt ꝯtenti. de q̄bꝫ saluator dicit Mat. vj. Pater tuus q̄ videt in abscōdito reddet tibi. Quarti sunt q̄ cōpellunt̄ intrare regnuꝫ celoꝝ. illi vicꝫ q̄s hic ignis paupꝑtatꝭ ꝓbat deo volēte. De q̄bꝫ dr̄ Luc. xiiij. Cōpelle intrare. Cōpellūtur em̄ varijs oppressionibꝫ et necessitatibꝫ afflicti. Vñ Greg. Mala q̄ nos hic ꝓmūt ad deū nos ire cōpellūt. vñ Act. xiiij. Per mltas tribulatiōes oportet nos intrare in reg. ce. De hoc regno dicit Aug. in de spū et aīa. Ecce venale ē regnū dei eme si vis. nec multū estimes de re magna ꝓpter ꝓcij magnitudinē: tantū valet q̄tū habes. noli q̄rere quid habeas: sed q̄lis sis. res ista valet tantū quantū es tu. te da: et habebis illam sed malꝰ sum inquies ⁊ forte me nō accipit

dandō te illi bonꝰ eris. Tantū em̄ emit vi-
dua duobꝫ minutis q̄ꝫtū emit petrus relin-
quēs retia. q̄ꝫtū emit zacheus dando dimi-
dium patrimoniū. Regnū em̄ dei tantū va
lēt q̄ꝫtū habueris. In illo regno dei vt dic
Augꝰ. xxij. de ciui. dei. quicq̄d desiderabit
aderit: oē qđ ibi erit bonū erit. qđ ibi vide-
bimus amabimꝰ ⁊ laudabimꝰ. ecce q̄d erit
in fine sine fine. Nā q̄s aliꝰ est noster finis
nisi ꝑuenire ad regnū cuiꝰ nullus est finis.
Hec Augꝰ. Hoc est regnū qđ dn̄s ostēdit
inclyto ꝓthomartyri Stephano dū vidit
celos aptos ⁊ iesum stantē ad dextrā p̄ris
vbi sup̄. tūc vidit ea q̄ nō licet loqui: q̄ hu
manitus nō possunt cōprehendi ⁊ nullo fi
ne cōcludi. nūq̄d tunc letus ille dulcis mar
tyr mortē sustinuit cum ad regnū illud festi
nauit. Idō bn̄ scribunt de eo verba thema
tis. Iustuꝫ deduxit dominꝰ ꝑ vias rectas
et ostendit illi regnum dei ⁊c̄. Secundū re
gnū est mūdus qđ est regnū timoris. De q̄
Mat. xxiiij. Surget gens ī gentē ⁊ regnū
aduersus regnū. ⁊ erūt pestilētie ⁊ fames ⁊
terremotus ꝑ loca plurima. Istud regnuꝫ
xp̄s cōtempsit q̄n fugit turbā q̄ eum voluit
facere regē. Joh. vj. Ideo dixit Jo. xviij.
Regnū meum nō est de hoc mūdo. Qua-
re autē illud dicat regnū timoris: ostendit
Boetiꝰ. iij. de ꝯsol. p̄sa. v. narrās historiaꝫ
de Dionisio tyranno. quā historiā pleniꝰ
narrat Macrobiꝰ de somno Scipionis
li. x. Dionisiꝰ inq̄t aule sicule inclementissi-
mus incubator: familiari cuidam suo existi
manti vitā Dionisij esse beatā ꝓpter huius
mūdi voluptatē: volēs ostendere q̄ꝫ plena
esset vita sua ꝑiculis: gladiū euaginatū su-
pra caput illiꝰ pilo eq̄no suspēdit, epulasq̄ꝫ
et copias tyrannicas ei p̄sentare fecit. Cūq̄ꝫ
familiaris timore mortis grauatus epulas
minime aduerteret dixit Dionisiꝰ. talis est
mea vita quā tu beatā putas. sic inq̄t mor
tem nobis imminentē ꝓuidemꝰ. Estima ḡ
q̄ꝫ felix esse poterit q̄ timere nō desinit. Est
ergo regnū mūdi regnū timoris. q̄s dubi-
tat vbicūq̄ꝫ in mūdo hoīem ꝯstitutū nō de
bere timere ꝑicula īfinita q̄ sibi sūt possibi-
lia: iā ab elemētis: iā ab inimicis: iā a bestijs:
iā ab infirmitatibꝫ latētibꝫ sui corꝑis. et sic
de alijs. Tertiū regnū est infernꝰ qđ dr̄ re-
gnum horroris siue doloris. vbi dn̄atur ille
tyrannus q̄ est rex sup̄ oēs filios superbie.
Job. xlj. Ubi nullꝰ ordo sed sempiternus
horror inhabitat. cui horrori sup̄ terrā ni-
hil pōt cōꝑari. Un̄ Sap. j. Nō est infero
rū regnū in terra scꝫ in sup̄ficie terre ſꝫ cir-
ca centrū. Nō igit̄ hoc regnū tertiū neq̄ꝫ se
cundū: sed p̄mū accipiēt sancti. Iuxta illđ
Sap. v. Accipiūt regnū decoris ⁊ diade-
ma de manu dn̄i. dn̄abunt em̄ in honore:
coronabunt cū decore. et obseruabunt sub
bono tutore. et defensabunt ab oī timore.
qđ singulariter nostro ꝓthomartyri con-
gruit. q̄r Stephanꝰ grece latine dr̄ corona
Fuit em̄ bn̄ corona martyrū. q̄r principiū
martyrū ī no. testa. sic̄ Abel in veteri. ideo
ostēsum sibi est regnū dei in q̄ nūc eternali
ter manet coronatꝰ ⁊c̄. Dubitat̄ circa p̄mis-
sa. Ex q̄ superiꝰ dictū est q̄ vie recte ꝑ quas
dn̄s deduxit b. ꝓthomartyrē stephanum ⁊
quemlibet iustū ad regnū: sunt vie mādato
rū siue p̄ceptoꝝ dei. Que sūt tn̄ illa q̄ nos
debēt inducere ad obseruantiā mandatoꝝ
dei ⁊c̄. M Ad hoc dicendū est q̄ septē
sunt q̄ merito nos mouere debēt ad obser
uantiā diuinoꝝ p̄ceptoꝝ. scꝫ sūma autori-
tas dei p̄cipientis. imēsa dei dignitas ⁊ ma
iestas. p̄ceptoꝝ rōnabilitas. p̄ceptoꝝ ma-
xima vtilitas. maloꝝ mltiplicitas: q̄ incur-
rūt nō obſuātes p̄cepta dei. bn̄ficioꝝ diui
noꝝ magnitudo ⁊ mltitudo. mādatoꝝ dei
in obſuādo possibilitas. Prīo ḡ ad obser-
uantiā p̄ceptoꝝ dei nos mouere dꝫ sūma
autoritas dei p̄cipiētis q̄ hꝫ ī nos vniuersale
et plenū dn̄ium. tū q̄r creauit. tū q̄r regit et
gubernat vniuersa. ad talē aūt p̄ncipē ꝑti-
net ꝯdere leges nob: ⁊ nos sibi obedire ⁊ eū
honorare corde v̄bo ⁊ opibꝫ. Idō frequēter
p̄ceptis p̄mittit Exo. ij. Ego dn̄s deus tuꝰ.
q̄s aūt nollet talē dn̄m timere. q̄s nō vellet
ei obedire: sub cuiꝰ ptāte ⁊ volūtate taliter
viuimus vt sine eius volūtate aut ꝯtra su-
am voluntatē nō possꝫ q̄s ad minutū ꝑdu
rare. Scđo nos ad h̄ inducere dꝫ imensa
dei dignitas ⁊ maiestas quā hꝫ ꝑ potentiā
eminētiā. pulcritudinē. ⁊ alia sua ꝓpria ꝓꝑt
q̄ merito debemꝰ eū honorare: ipm reuere-
ri ⁊ sibi obedire. Magnū est em̄ obedire p̄
lato minori. maiꝰ supiori. ſꝫ maximū infi-
nite dignitatis principi. vt ptꝫ ꝑ silr̄e in poli
cia humana. Tertio debet nos inducere p̄
ceptorum rationabilitas. Tum q̄r ꝓcedūt
a sapientissimo, tum quia oīa ꝓcedunt fm̄

dictamen recte rõnis naturalis. Quod tibi vis fieri alteri facito. ⁊ q̄d tibi nō vis fieri alteri ne feceris. ꝑut lati⁹ determināt doc. i. iij. sniaꝝ. di. xxxvij. ¶ Quarto nos ad hoc debet mouere p̄ceptoris maria vtilitas: q̄ pōt esse quintuplex. Primo qꝛ obseruantia mādatoꝝ facit homini bona ecclesie ꝓpria. ſm illud ps. Participē me fac deus oīm timentiū te ⁊ custodientiū mandata tua. Scd̄o qꝛ totū hominē rectificat. ſm illud Eccī. xv. Dedit de⁹ homini mandata: q̄ si seruaret: seruarēt eū scʒ in iusticia et rectitudine. Tertio qꝛ amicū dei cōstituit. Joh. xv. Uos amici mei estis si feceritis q̄ p̄cipio vobis. Quarto mansionē sanctissime trinitatis efficit. Joh. xiiij. Si q̄s diligit me sermonē meū seruabit. et pr̄ meus diliget eū ⁊ ad eū veniemus ⁊ mansionem apud eū faciem⁹. Quinto ad vitā eternam inducit. Mat. xix. Si vis ad vitā ingredi serua mandata. Sed dꝫ homo diligenter attendere ꝙ seruet oīa dei mādata. qꝛ sicut dr̄ Jac. ij. Si q̄s offendit in vno factus est oīm reus. id est q̄ in vno pctō mortali deū offendit: inimic⁹ dei ꝯstituit. et si sic decedit eternaliter damnabit: nō tn̄ tāta pena q̄tū iste q̄ in multis p̄ceptis trāsgressor reperit. pudor vtiqꝫ est ꝓ tp̄ali p̄cio tā ꝓmpte hoī seruire: ⁊ deo ꝓ mercede eterna tā segniter obsequi et obedire. Quinto ad obseruandum dei p̄cepta mouere dꝫ maloꝝ multiplicitas q̄ incurrūt dei p̄cepta nō seruātes Nā aufert hoī semetip̄m. tum qꝛ in seruitutē diaboli redigit: qꝛ oīs q̄ facit pctm̄ seru⁹ est pcti. Jo. viij. tum qꝛ melius esset homini isti si natus nō fuisset si sic morit. Aufert etiā hoī oīa bona opa dicēte ap̄lo. j. Cor. xiij. Et si distribuero i cibos pauperū oēs facultates meas. et si tradidero corp⁹ meū ita vt ardeā: charitatē aūt nō habuero nihil mihi ꝓdest. Aufert etiā homini fraternitatē siue cōmunionē eccl'ie quā credim⁹ in illo articulo. Sctōꝝ cōionē. De q̄ ait ꝓpheta in ps. vbi s. Participem me fac de⁹ omniū timentiū te ⁊ custodientiū mandata tua. Aufert etiā homini societatē sctōꝝ i patria: qꝛ vitā eternā. De q̄ ap̄ls ad Gal. v. qui enumeratis p̄ceptoꝝ trāsgressoribꝫ: sic cōcludit. q̄ talia agūt regnū dei nō consequentur. Sexto nos ad obseruantiā p̄ceptoꝝ mouere debet bn̄ficioꝝ diuinoꝝ magnitudo ⁊ multitudo: in tolerādo mala nostra vt peniteam⁹: dando eucharistiā ⁊ alia sacrā vt sanemur: vocādo nos varie ⁊ multipliciter vt resurgam⁹. custodiēdo nos ne moriamur: et vitā eternā ꝓmittendo ne desperem⁹. Jō si tot bn̄ficijs ingrati fuerim⁹: vtiqꝫ graui⁹ peccam⁹. Cui⁹ exemplū habemus Mat. xviij. in seruo cui debita dimissa fuerūt q̄ cōseruo suo dimittere noluit. et Matth. xxv. de seruo nequā q̄ talentū dn̄i sui abscōdit ⁊c̄. Septimo ad obseruantiā p̄ceptoꝝ nos dꝫ mouere mandatoꝝ possibilitas. nā leue est mādata dei ſuare. ſm illud Mat. xj. Jugū meū suaue est ⁊ onus meū leue. Et. j. Jo. v. Mādata ei⁹ grauia nō sunt. Jō dic̄ Hiero. in expositiōe fidei catholice. Anathema sit q̄ dic̄ deū nob aliq̄d p̄cepisse ⁊ hoīem iplere illud nō posse. De h̄ dixi s̄. in q̄dā sermone de sctā maria magdale. de pctō luxurie: quō q̄dā male se excusant dicētes. Ego nō possum dimittere pctm̄ luxurie ⁊c̄. ¶ Aūt mādata dei sint leuia ptꝫ i hn̄tibꝫ charitatē vt dic̄ ap̄ls. j. ad Cor. xiij. Charitas oīa suffert oīa sustinet ⁊c̄. Un̄ i ps. Uiā manda. tuoꝝ cucurri cū dilatasti cor meū. s. i caritate. Sūt etiā mādata dei leuia ex h̄ ꝙ xp̄s ad faciēdū ea est coadiutor nr̄. q̄ ſm ap̄lm ad Phil. ij. opat in nob velle ⁊ ꝓficere ꝓ bona volūtate. Juuāt etiā nos ꝟtutes infuse. angelus nr̄. orō eccl'ie. ⁊ sacrā ⁊ m̄lta silia. Studeam⁹ ḡ sūmope iplere dei p̄cepta: vt sic deducti ꝑ vias rectas mereamur cū b. ꝓthomartyre stephano videre regnum dei in secula seculorum. Amen.

De translatione scti Ualentini patroni nostri. Sermo LXX.

Noch placuit deo ⁊ trāslat⁹ ē i ꝑadisūʒ vt daret sapiāʒ gētibꝫ. Eccī. xliiij.

Pro introductiōe nota ꝙ qꝛ ꝯuersatio maloꝝ ē ꝑiculosa. iō fugiēda exēplo xp̄i. nā sic modicū fermentū magnā massam farine corrūpit ⁊ amaricat ⁊ modicū putriduʒ totū pomū: et dēs ifirm⁹ totū caput. sic malus ⁊ pctōr m̄ltos iustos cohabitātes deprauat. q̄re i. puer. dr̄. Qui ꝑpetē i sinu suo nutrit patiet ab eo. ⁊ i. c. sepe. xxviij. q. j. dr̄. Maloꝝ ꝯsortia etiā bonos corrumpūt. docet ḡ sapiēs Eccī. vij. malū esse relinquen

dum ⁊ fugiendū dicēs. Discede ab iniquo
et deficiēt mala abs te. ne igit̃ iusti ab iniu
stis inficiant̃ ꝑ eoꝝ ꝯsortiū: trāsfert eos do
minus. vt de Enoch in ꝟbis ꝑmissis legit̃.
Per trāslationē ꝟo Enoch ī paradisuz ter-
restrē apte signat̃ trāslatio scti Valētini pa
troni nr̄i hodie facta a Tridentina ecclesia
in Patauien̄. ecclesiā matrē nostrā: q̄re sibi
cōgrue adaptant̃ verba ꝑdicta. Enoch pla
cuit deo id est btūs Valentinus est trāsla-
tus ⁊c̄. In ꝟbis ꝑmissis btūs Valentin⁹
a q̄ttuor cōmendat̃. Primo a deuota chri-
sti imitatiōe. cū dr̄. Enoch. q̄ interꝑtat̃ am
bulās cū deo. Cōsueuit aūt hō cū alio am-
bulare ⁊ se sibi associare: aut qn̄ est silis: aut
qn̄ ē familiaris: aut qn̄ est ꝓpinquus aut affi
nis. Innocentia aūt facit hoīem xp̄o simi-
lem: ideo xp̄s innocētes sibi libēter adiun-
git: ps̄. attestāte. Innocentes ⁊ recti corde
adheserūt mihi. Cōtemplatio facit hoīem
deo familiarē. Vn̄ dr̄ de Moise maximo
dei ꝯtemplatore Exo. xxxiij. Loquebatur
ad moisen facie ad faciē: sic̄ hō loq̄ solet ad
amicū suū. Castitas ꝟo facit hoīem deo ꝓ
pinquū ⁊ affinem. Sap̄. xv. Incorruptio
deo ꝓximū facit. B Recte igitur xp̄s
ambulauit cū btō Valentino ⁊ b. Valen-
tin⁹ cū eo. Primo iō: q2 fuit sibi silis seruā
do innocentiā baptismalē. Scd̄o q2 fuit si
bi familiaris ꝑ cōtemplationē celestē. et ter-
tio q2 fuit sibi ꝓpinquus ⁊ affinis ꝑ pudici-
ciam virginalē. Vn̄ ps̄. Ego aūt in inno-
centia mea ingressus sum: hoc q̄ ad baptis
malem innocentiā. Et iterū. Pes me⁹ ste-
tit ī directo. h̄ q̄ ad ꝟginalē pudiciciā. Pes
id est affect⁹ aīe in directo stat qn̄ ad nulla
mūdi dilabit̃: sed sp̄ mundus seruat̃. In ec
clesijs bn̄dicā te dn̄e: hoc q̄ ad ꝯtēplationē
internā. C Scd̄o cōmendat̃ a diuina
approbatiōe. cū dicit. placuit deo. Placuit
aūt beat⁹ Valentinus deo ꝑ tria. scz ꝑ con
cordiā quā cū ꝓximis seruauit. ꝓpter aīas
q̄s cōuertit. et ꝓpter sensualitatē quā ratio-
ni seruire coegit. De his trib9 dr̄ Ecc̄i. xxv.
In trib9 bn̄placitū est spiritui meo q̄ sunt
cōcordia fratrū: hoc q̄tū ad cōcordiā quā
seruauit. vbi inter oues suas et ip̄m vnam
aīam ⁊ vnū cor esse voluit. Amor ꝓximoꝝ
hoc q̄tum ad aīas quas cōuertit ⁊ ad dei
et proximoꝝ amorē adduxit. Et vir ⁊ mu-
lier sibi bn̄ ꝯsentientes. hoc q̄tū ad sensua-
litatem quā rōni seruire coegit. vel pōt di-
ci q2 deo placuit: q2 inter ceteras virtutes q̄
deo magis placent est misericordia. Iuxta
illud Math. ix. Misericordiā volo ⁊ nō
sacrificiū. D Beatus aūt Valentinus
misericordiā habuit ⁊ tp̄alem ⁊ spiritualē.
Temporalē quidē. q2 bona sua paupib9 li-
beraliter distribuit. Attendēs illud Amb.
in. c. cōuenior. xxiij. q. viij. Omnia que epi
sunt pauperū sunt. Et illō Hiero. in. c. glo
ria episcopi. xij. q. ij. Gloria ep̄i est paupe-
rum opib9 ꝓuidere. Ideo inter cetera ꝑce-
pta episcopoꝝ apl̄s ꝑcepit episcopos esse
hospitales. j. ad Thi. iij. Oportet ep̄m esse
hospitalē. Ideo ī ca. quoniā. xvj. q. j. dr̄. q2
res eoꝝ debēt esse cōmunes ad sustentatio
nem ꝑegrinoꝝ. Si ergo fuit tante charita
tis: pietatis: et liberalitatis in mundo: for-
tior nūc est in celo: cū hic sit charitas igni-
culus ibi caminus. Esa. xxij. dicit. Cui⁹ ig-
nis in sion ⁊ caminus in hierusalē. Habu-
it etiā misericordiā spiritualē in ꝯuersione
peccatoꝝ ꝑ sollicitā ⁊ feruentē ꝑdicationē:
implens illud apl̄i. j. ad Thi. iij. Oportet
ep̄m esse doctorē. Fuit em̄ doctor egregi⁹.
quia salutis docuit et ostēdit viam verbo
et facto. verbo doctrine ⁊ exemplo bone vi
te. Tertio cōmendat̃ a felici translatiōe: cū
dicit̃. et translatus est in paradisum. E

Fuit aūt btūs Valentin⁹ tripliciter trās
latus. scz ante mortē. in morte. et post mor-
tem. Prima translatio fuit de dissolutione
ad status ꝑfectionē. Nā ortulan⁹ cernens
plātā delicati fruct⁹ periculis expositā ho
minum vel bestiarū in campis: trāsfert ad
viridariū suum bene munitū vt ibi floreat
et fructificet. Sic dn̄s noster videns homi
nem aptum ad fructificandū ī ecclesia dei
qui stat in mundo quasi in campo non bn̄
munitū: ordinat ad ortum ⁊ ad statū san-
cte religionis siue ad statū maioris ꝑfectio
nis. vicz ad episcopalē. sicut sctm̄ Valenti
num patronū nostrū. De hac translatione
dr̄ Sap̄. iiij. Placēs deo fact⁹ est dilect⁹ et
viuēs inter pctōres trāslatus ē. F Cir
ca h̄ quero vtrū status ep̄oꝝ sit ꝑfectior q̄
status religiosoꝝ. Ad hoc dico ſm s. Tho-
ma ſe. q. clxxxiiij. ar. vij. q2 status episcopo-
rum est perfectior statu religiosoꝝ: qd̄ pro-
bo triplici ratione. Prima sumit̃ ex trans-
situ meliori. sic nulli licet a maiori statu ad

minorē trāsire, s3 de statu religionis aliq̃s pōt transire ad statū plationis: etiā sine licentia romani pōtificis, sed epūs nō pt trāsire ad statū religionis sine licētia romani pōtific3, vt hr̄ in. c. nisi cū pridē. de renunc. vbi dicit text⁹. Facili⁹ indulget q̃ monachus ad p̄sulatū ascendat q̄z q̃ p̄sul ad monachatū descēdat. Ad idē text⁹ in. c. licet. de regul. Ideo dicit sctūs Tho. ka ke. q. clxxxv q̃ status religionis cōparat ad episcopalē sicut disciplina ad magisteriū: et dispositio ad pfectionē. Ideo epi magis dicunt eē in statu pfectionis q̄z religiosi. Secunda ratio est ex actu pfectiori. Nam agens sp est pfectior patiente: sed religiosi se habent vt pfecti, episcopi vero vt pfectiores f̄m Dionisiū. Tertia rō est ex affectu siue fructu vtiliori, nā pfectius ⁊ vtilius est vacare simul vite actiue ⁊ ɔtemplatiue q̄z vite ɔtemplatiue tm̄, sed stat⁹ religiosoꝝ ordinat ad vitā ɔtemplatiuā tm̄, stat⁹ aūt epoꝝ ⁊ ad vitā actiuā ⁊ ad vitā cōtemplatiuā ordinat. Ita dicit Gre. in pastorali, et hr̄ in. c. sit rector. xliij. di. Sit p̄sul actione p̄cipuus p̄ cunct3 cōtemplatiōe suspēsus. B Sed q̃reres, an status religiōis sit melior q̄z secularis. Ad h̄ dico q̃ status religionis ē melior triplici rōne. Primo ꝓpter securitatē. q2 sicut securius et melius ē esse in portu: q̄z in mari ꝓpter infinita p̄icula: sic melius ⁊ securi⁹ est eē in religione q̄z i seculo: vbi multa sunt p̄icula q̄ apl's enumerat. ij. Coꝝ. xj. Periculis fluminū, p̄icul' latronū ⁊c. Secundo ꝓpter acceptationē diuinā. Nā sicut ille q̄ plura dona dat magis accept⁹ est illo q̄ minora dat, sic religiosus donās deo ex voto ꝓpriā voluntatē: ptātē ⁊ actū magi3 accept⁹ est q̄z ille q̄ solū actum deo tribuit. Vn̄ Ansel. i li. de silitudinib9. Qui dat arborē: fructū: et opus, plus dat q̄z q̄ solū donat fructū ⁊ nō arborē. Tertio ꝓpter maiorē p̄mlationē. q2 p ingressum religionis cōsequit q̄s remissionē oīm pctoꝝ. q2 vt dicit sctūs Tho. ka ke. q. lxxxvj. et hr̄ in. c. admonere. xxxiij. q. ij. q̃ religionis ingressus excedit oē gen⁹ satisfactiōis ⁊ pnīe. S3 obijceres q̃ stat⁹ secularis videt esse melior: quia habet plura exercitia virtutū q̄ nō pōt hr̄e religiosus. Nā diues in operib9 misericordie pōt multū seminare: religiosus vo nō. Vn̄ apl's. ij. ad Coꝝ. ix. Qui parce seminat parce ⁊ metet. et q̄ seminat in b̄ndictionib9 de b̄ndictionib9 et metet. Ad hoc r̄ndet q̃ etiā religiosus p eadē exercitia pietatis mereri pōt sicut secularis: donās cor ⁊ affectū sicut ⁊ secularis donās rē ⁊ effectū. q2 de⁹ cor interrogat ⁊ nō manū. vt in. c. si q̄d inuenisti. xiiij. q. v. nec ɔsiderat q̄d fiat sed q̄ aīo fiat. xv. q. vj. c. j. i fine. Scōa trāslatio b. Ualentini in morte est de pegrinatione ad eternā quietationē. vic3 de mūdo ad celum, de loco laborioso ad locū quietis. De q̄ ad Col. j. Eripuit nos d̄ ptāte tenebrarū et trāstulit in regnū filij sui. Nā rex habēs seruū fidelē vel platus: pmouet eū post debitū seruitiū ad aliquā dignitatē vel officium p remuneratiōe: vt ibi intuitu seruitij ⁊ laboris q̄etē babeat. Isto mō dn̄s nr̄ eos q̄ se in hac vita laborib9 ꝟtuosis occupāt fideliter trāffert post hāc vitā ad magnā dignitatē ⁊ ad q̄etē regni celestis ppetuā. Sicut s. Ualētinū patronū nr̄m q̄ ad h̄ laborauit vt deo placeret: et i padisū trāslatus ē vt dicit thema. D Sed q̃rit circa hec vtrū deus semp trāffert hoīem de statu huius vite ad aliā vitā i optimo statu vite sue et videt q̃ nō, q2 optim⁹ stat⁹ multoꝝ ē infantia: in q̄ tū non moriunt sed in senectute cū senuerit in annis ⁊ pctīs. Pro solutione hui⁹ notandū q̃ nō esset ɔueniēs quēlibet mori in statu infantie: lic3 sit melior status multoꝝ. Et h̄ ꝓpter tria. Prio q2 sic periret multiplicatio hoīm: cū oēs añ tps pubertatis ⁊ añq̄ essent apti ad pcreandū extinguerent, et sic p ɔsequēs nō fieret multiplicatio hoīm nec restauratio angelice ruine. Scōo libertas hoīs ftustraret: cū nūq̄z ad vsum bone vl' male opationis deduceret. Tertio hoī violētia fieret q̄ libero arbitrio opando b̄n vsq3 ad seniū magnā poss3 mereri glorīā q̄ tū bono moriēdo in infantia p̄uaret añ vsum liberi arbitrij. Ideo dicūt aliq̄ q̃ deus hoīem i optimo statu suscipit p mortē. vnū sic moriēdo: alterū sic. vnū vt coronaret: alteꝝ vt min⁹ puniat. Q̃d pbāt autoritate Ezech. xviij. dicēt3. Nolo mortē pctōr3 s3 magis vt p̄uer. et vi. et Sap. iiij. Raptus ē ne malitia mutaret itellectū ei⁹. Nā libertas hoīs ē tā nobil' q̃ de⁹ nō vult hoīe3 p̄uare dignitate libertat3 q̄n bō possit b̄n vl' male meritorie vel nō opari. Cū g̃ deus q̄ p̄scit vltimū finē hoīs bonū siue

malū ex ꝓpria nostra volūtate electum. ſm quē ſm s. Tho. hominē pdestinat aut pscit. si in hoīe cognoscit aliquā bonā scintillaz anīe boni ꝓpositi ⁊ firmā: deus hāc suo tpe sulphure pnīe ⁊ igne charitatis accendit: vt eū sicut latronē dextrū saltem in puncto mortis possit saluare. qꝛ ſm s. Tho. li. iij. cō tra gētiles tit. ix. Malū nō cōsumit tantū naturā bonarū scintillaꝝ q̄n ex eis fiat magnus ignis. Ad h̄ enim deus semp stat ad ostiū cordis cū igne charitatis ⁊ pulsat vt sibi apiat ⁊ scintillā accēdat. Apoc. iij. Ego sto ad ostiū ⁊ pulso ⁊c. Sic scintilla Petri erat incensa qn̄ post negationē xp̄s eū inspexit. nec i apostasia eū mori pmisit: sꝫ sulphure pnīe ⁊ igne caritatꝭ in corde incēsus in statu meritorio vitā finiuit. Tertia trāslatio beati Valentini post mortē q̄rtuz ad corpus ꝓpriū de loco despecto ad locum honorificū. vicꝫ de castro Mayensi p longobardos destructo in vrbē Tridentū. et deinde per Tassilonē ducem Bauarie ad vrbē Pataniē̄. Vide de hoc supra in sermone. xxv. De hac translatione pōt exponi illud qd̄ habet Gen. vlt. Deꝰ visitabit vos asportare ossa mea vobiscū de loco isto. et illud. ij. Macha. ij. Cū venissent cuncti seniores israel portauerūt leuite arcā ⁊ intulerunt in tabernaculū. Quarto in verbis thematis cōmendat btūs Valentinꝰ a finali intentione cū dr̄. Ut daret gentibꝫ sapientiā. Nā inquantū est translatus ad statū epālē: dedit sapiāz suis doctrinis. puer. v. Deriuentur fontes tui foras ⁊ in plateis aquas tuas diuidet. Inq̄tum translatus est i paradisum ecclīe triūphantꝭ dat sapiētiā suis meritꝭ. Ecci. xliiij. Sapientiā sanctorū narrāt populi. Inq̄tū aūt est trāslatus in paradisuz ecclīe militātis: dat sapiētiam suis miraculis q̄ q̄tidie innouant ⁊ fiunt. Ecci. xxxvj. Innoua signa ⁊ immuta mirabilia. Hec aūt translatio patroni nr̄i de loco despecto ad locū honorificū habuit testimoniū p odorē mirabilē q̄ de eiꝰ tumulo emanauit. Nō em̄ ille odor fuit naturalis. qꝛ fuit res ardua. res īsolita. res insperata. et res ꝯ solitū cursum nature. Primo fuit res ardua rōne virtutis. qꝛ tāte virtutis fuit ꝙ infirmos curabat. Ecci. xxiiij. Quasi mirra electa dedi suauitatē odoris. Sicut em̄ myrra expellit serpētes: sic odor ille fugabat demones. Scd̄o fuit res insolita. et h̄ rōne q̄litatis. nulli em̄ odori materiali similis videbat. qꝛ nimiꝝ celestis pigmētariꝰ nō de materia terrenoꝝ aromatū cōfecerat: sꝫ de plenitudie celestiū carismatū. Ecci. xxxviij. Ungentariꝰ faciet pigmenta suauitatꝭ. Tertio fuit res insperata. et h̄ rōe q̄ntitatis. vincebat em̄ oēs alios odores. Cañ. iij. Odor vngentoꝝ tuoꝝ sup oīa aromata. Quarto fuit res ꝯ solitū cursum nature vt de ossibꝫ fetidis: vbi cōsueuit emanare fetor: tātus exeat odor. Ecci. xlix. Ossa illius visitata a deo scꝫ p tā miri odoris infusionē Et sequit. Et post mortē ꝓphetauerūt nō q̄dē v̄bis sed miraculis. nō lingua sed odoris fragrantia. nō voce sed spiritu et virtute.

De sancto Valentino
Sermo LXXI.

Domine quinq̄ talēta tradidisti mihi. Math. xxv. Dicit b. Aug. ꝙ nisi sup acceptis oīm largitori grātiā deferamꝰ: oīa q̄ ad salutē accepimꝰ i pnicīē ꝯuertent. veruꝫ qꝛ nemo pt ex affectu grās agere si nō cognoscat bn̄ficia q̄ accepit: vt eisdē cognitis faciliꝰ ad grāꝝ actionē excitet. q̄ licet innūerabilia sint ⁊ penitꝰ īfinita: ita vt nulla lingua etiā āgelica ea valeat explicare. nos tn̄ de ipis balbutiēdo loq̄ntes i q̄nario nūero pstringamꝰ q̄ bn̄ q̄nq̄ talentoꝝ nūero designant: ⁊ dn̄s ea copiosissime huic sctō Valentino cuius hodie festū colimꝰ dedit, put ipē i v̄bis thematis testat dicēs. Dn̄e q̄nq̄ ta. ⁊c. A Pro deductiōe thematꝭ nota ꝙ dn̄s dedit huic sctō ⁊ nob q̄nq̄ talenta. Primū talentū dr̄ creatiōis. scd̄m sociationis. tertiū sustētatiōis. q̄rtū gr̄ificatiōis. q̄ntū glorificatōis. Primū talētū qd̄ dn̄s huic sctō ⁊ nob tradidit dr̄ bonū creatiōis. qꝛ nā existimet q̄rtū bonū ē eē in nūero creaturarū nō q̄rūcūq̄ sꝫ rōnabiliū q̄ sūt ad imaginē ⁊ silitudine dei create. de q̄ Ecci. xvij. deꝰ creauit de t̄ra hoīem ⁊ ſm imaginē suā fec̄ illū. ⁊ iteꝝ ꝯuertit illū i ipaz: ⁊ ſm se vestiuit illū v̄tute. creauit ex ipo adiutoriū sibi. ꝯsiliū ⁊ linguā ⁊ oclos ⁊ aures ⁊ cor dedit illꝭ excogitādi. ⁊ disciplina ītellectꝰ repleuit illos. creauit illꝭ sciāz spūs. sensu ipleuit cor illoꝝ ⁊ mala ⁊ bōa ondit illꝭ. In q̄bꝫ v̄b

multiplex prerogatiua creati hominis in-
telligit̃ ⁊ declarat̃. De cui⁹ prerogatiua di-
cit Aug. Cõsidera o homo q2 deus tu⁹ de
dit tibi esse et pulcrũ esse. Nã ſm exteriorẽ
hominẽ fecit te rectũ vt ꝑ corporis rectitu-
dinẽ animũ cõmoueret. Et Bern̄ in quo-
dam sermone dicit. Parũ tibi videt̃ o ho-
mo cogita qualẽ te fecit. Nempe ſm corp⁹
egregiã creaturã. ſm animã magis vtputa
imagine creatoris insignẽ. rõnis participẽ
beatitudinis eterne capacem. nec hoc ante
ꝓmeruit quis cũ ante nõ fuit. nec spes retri
butionis fuit: quoniã bonoꝝ nostrorũ nõ
indiget. B Per hoc autẽ talentũ ali-
ud lucramur si corpus et animã ad hono-
rem dei dispensamus. Primo corpus suũ
debet ꝗlibet distribuere ĩ ieiunijs. vigilijs.
abstinẽtijs. et ceteris laboribꝫ ꝓ deo assum
ptis. Nam per hoc nobile corpus si recte
et ordinate eo vtimur bona acquirim⁹ infi
nita. valet enĩ corpus nostrũ sanũ ad peni
tentie ꝯtritionem. infirmũ ad meritorum
cumulationẽ. mortuũ ad liberã euolationẽ
resuscitatũ ad eternaꝫ glorificationẽ. Se-
cundo animã in bonis anĩe ꝯcessis excita
re debet. vicꝫ orando. ꝑdicãdo. de lege dei
meditando. cunctos etiã inimicos diligen
do. Nã anĩa tã nobili dignitate est insigni
ta vt ꝑ vnionẽ ad vitã gratie valeat ꝑueni-
re. Teste aplõ. j. Coꝝ. vj. Qui adheret deo
vnus spũs est cũ eo. Ad hanc gloriã addi-
dit vt sicut deus penitus immortales viue
remus. Ita fecit iste sanctus. declara ex ei⁹
legenda quã hic applica. C Secun-
dum talentum dicit̃ sociationis. Magnũ
quippe hoc est vt vnusquisqꝫ habeat sociũ
sibi angelũ ipm custodientẽ ⁊ sibi ministrã
tem. Unde dicit Hiero. et allegat magi-
ster in. ij. dist. xj. Magna est dignitas ani-
marũ vt vnaqueqꝫ ab ortu sue natiuitatis
in sui ꝑfectionẽ ⁊ custodiã habeat angelũ
specialiter delegatum. In q̃ autoritate tria
notant̃ a doc. thelogis. Primũ ſm Alex.
de ales in. ij. sũme. et Archid. sup. c. firmis-
sime. de ꝯse. di. iiij. ꝙ duplex est natiuitas.
scꝫ in vtero et ex vtero. Prima est qñ anĩa
creatur simul ⁊ infundit̃ corpori. Secũda
vero est qñ exit de ventre mr̃is. Angel⁹ au
tem deputatur homini a prima natiuitate
scꝫ in vtero ⁊ nõ ante. nec debuit etiã post
istam differri. Rationẽ ponit Bonauen. in
secundo. dist. xj. Quia illa custodia princi-
palius respicit spiritũ q̃ꝫ corpus. et ideo nõ
debet specialẽ angelũ ad suam custodiã ha
bere anteq̃ꝫ spũs infundatur. nõ debet dif-
ferri: q2 extũc defendere p̃t ⁊ adiuuare. Se
cundum notandũ ꝙ angelus nõ deserit ob
stinatum in peccatis vsqꝫ ad mortẽ. Ratio
est ſm Bonauẽ. Quia pronior est bon⁹ an
gelus ad adiuuandũ q̃ꝫ malus ad ꝑdendũ
Sed malus angelus hominẽ nõ dereliн-
quit vsqꝫ ad mortẽ etiã q̃ꝫtumcũqꝫ sanctũ.
sic et bonus q̃ꝫtumcũqꝫ sceleratũ nõ dimit
tit vsqꝫ in finẽ. Tertiũ notandũ ꝙ angelus
beatus ꝓpter custodiã hominis nõ est infe-
rior hoĩe viatore neqꝫ indignior. nam licet
angeli digniores sint nobis natura et gra-
tiã. Iuxta illud ps̃. Minuisti eũ paulomi
nus ab angelis ⁊c̃. Nõ tñ dedignant̃ ꝓpter
deũ cui in hoc cõplacent cui⁹ imaginem in
nobis cernunt sua ministeria impartiri.
D Seruiunt aũt nobis in tribꝫ. quia
bona suggerũt. a malis defendũt. vota no
stra ad deũ: et ei⁹ nobis gratiã referũt. Qd̃
in Raphaele ⁊ Thobia nobis lucide decla
ratur. q̇ vicꝫ Raphael Thobie bona sug-
gerebat cũ dixit Thob. xij. Bñdicite deũ
celi ⁊ corã oĩbus viuẽtibꝫ cõfitemini illi q2
fecit vobiscum misericordiã suam. A ma-
lis defendit cum apprehendit demoniũ ⁊ li
gauit in deserto suꝑioris egypti. Vota ei⁹
ad deum ⁊ dei gratiã ei retulit cũ dixit. Cũ
orabas cum lachrymis ⁊ sepeliebas mor-
tuos: et derelinquebas prandium: ego ob
tuli orationẽ tuam dño. Que tria vna sen-
tentia tangit Bern̄. cuꝫ dicit. Ecce fratres
mei q̃ꝫ solliciti sunt spũs angelici salutẽ no
stram ꝓmouere: quotiẽs bona suggerunt.
a malis defendũt: inter nos ⁊ deũ discur-
runt medij: vota nostra ei offerẽtes ⁊ grãꝫ
reportantes. Tertiũ talentũ dicit̃ susteuta-
tionis. Dedit enĩ dñs huic sancto ⁊ nobis
bona tꝑalia ad sustentandũ. in quo dono
omnẽ modũ et mensurã videt̃ excedere. q2
nobis sine exceptione cõtulit vniuersa. scꝫ
celũ ⁊ terrã mare ⁊ oĩa que in eis sunt. ps̃.
Omnia subiecisti sub pedibꝫ eius ⁊c̃. glo.
q̇ dicit omnia: nihil excipit. Eccĩ. xvij. Nu
merũ dierũ ⁊ tempus dedit illi. scꝫ homini
et dedit illi potestatẽ eoꝝ q̃ sunt suꝑ terrã.
posuit timorẽ illius suꝑ oẽm carnẽ. ⁊ domi
natus est bestiarũ ⁊ volatiliũ. Uñ Aug⁹.

Respice o homo quid tibi nō seruiat. oīs creatura ad hūc finē cursum suū ordinat vt tuis obsequijs famulet᷑: tuis vtilitatibꝫ deseruiat: tuisqꝫ oblectamētis pariter ꝛ necessitatibꝫ ꝫm affluentiā indeficientē occurrit. Hoc celū, hec terra, hoc mare, hic aer cum oībus q̄ in eis sunt explere nō cessant. hic circūitus tp̄m annuis innouatiōibꝫ se exhibet, antiqua innouās. dilapsa formās, cōsumpta restaurās. hec ergo dilige ſꝫ vt subiecta, vt dona, vt famulātia, vt arrā sponsi. Caue ergo aīa fidelis ne meretrix ſꝫ sponsa dicaris si munera dantis plus q̄ꝫ amantis affectū diligis. dilige ergo p̄ncipaliter illū, dilige temetip̄m ꝓpter illū, ꝓpter illū dilige dona illius, qꝛ data sunt ab illo. ꝛ hec est pura dilectio ꝛ casta nihil habēs sordidum nec curuū cū deus ꝓpter se diligit᷑. maiorē ergo iniuriā charitati eius exhibes si dona dei accipis ꝛ amoris eius vicissitudinem nō reimpendis. Quartū talentū dicit᷑ gratificatiōis. dedit eñ dn̄s huic sancto ꝛ parat⁹ est nobis oībꝫ dare suā gratiā si voluerim⁹ ꝛ cupim⁹ bn̄ agere ꝛ fecerim⁹ qd̄ ī nobis est. q̄ adeo necessaria est homini ad bn̄ operandū: ita q᷑ hō ꝑ solū liberū arbitrium absqꝫ illa nō pōt opari bonū. E

Propterea magister i. ij. et doc. di. xxviij. damnāt Pelagianos hereticos q̄ dixerūt liberū arbitriū solū ꝑ se sufficere homini ad bona opa. Btūs Aug⁹. in plerisqꝫ locꝫ pelagianos viriliter expugnat ostendēs gratie necessitatē. Vn̄ ad Bonifaciū papā dicit. Nō pōt homo aliq̄d boni velle nisi iuuetur ab eo qui malū nō pōt velle Et in li. de p̄desti. san. Prius inq̄t ē cogitare bonū q̄ꝫ credere. et ip̄m cogitare bonū ex deo est Quā sentētiā approbat apl's. ij. Cor. iij. di. Non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis. Ex quibꝫ omnibus colligim⁹ vsqꝫ adeo gratiā fore necessariā ad explenda virtutis opa vt etiā sine illa nec cogitare velle ea quis possit. Sed obijceres cōtra. Sic oīs creata natura p̄t in suū actū et illū educere absqꝫ adminiculo grē. sic̄ ignis lucet ꝛ calefacit. canis latrat celū mouet᷑. aq̄ fluunt. ꝛ cetera hmōi in q̄bus grā nō est. ḡ aut hō poterit absqꝫ grā ꝑ naturā in suū actū et illū educere. aut peioris cōditionis erit q̄ꝫ cetere creature. sed hoc est falsuꝫ. ergo ꝑ naturā pōt hō suum actum educere. sed actus ei⁹ est viuere ꝫm rectā rationē ꝛ opari bonū. vt ptꝫ ex. j. eth. ergo videt᷑ q᷑ gratia nō sit ei necessaria. Experimentū hoc clarissimū est. quia inuenti sunt tot gentiles ꝛ idolatre ac infideles qui virtutis opa miro modo sunt ꝓsecuti. q̄s negat bonā fuisse iusticiā bruti. fidelitatem marci reguli. cōstantiā mutij. cōtinentiam scipionis. et philosophoꝝ morales actus. de q̄bus in historijs multa legim⁹ laudabilia. Operati sunt ergo illi opa bona plurima: ꝛ tñ ī eis nl'la erat grā F Pro cuius obiectiōis solutione Bonauē. in. ij. di. xxviij. distinguit triplex bonuꝫ qd̄ hō pōt opari. Primū moralis ꝯditiōis. secunduꝫ dispositiōis. tertiū ordinatiōis. Primū bonum est cum actus trāsit sup̱ debitā materiam: nō tñ ordinat᷑ ad finē vltimū ad summum bonū ad beatitudinē siue ad ip̄m deum. sic̄ cū q̄s nō ꝓpter deū nec vt p̄ceptis ei⁹ obediat, ſꝫ tm̄ qꝛ ratio dictat subuenit misero et indigēti. fidel'r ꝟuata restituit. iusticiaꝫ inferioribꝫ administrat ꝛ hmōi. Ad talia opa pōt liberū arbitriū absqꝫ grā operare cooperante sibi deo sic̄ coopat᷑ alijs creaturis. nā sine p̄mo agente nullū agens pōt agere. Scd̄m bonū dꝛ dispositiōis et est illud qd̄ fit ꝑ amore dei licet extra charitatē. qd̄ quidē de cōgruo disponit ad vltimū finem. In tale bonū nō potest liberū arbitrium absqꝫ munere gratie gratꝫ date per qd̄ illuminet᷑ dirigat᷑ et excitet᷑ vt velit aliq̄d facere qd̄ sit deo placitū. Tertiū bonū dicit᷑ ordinatōis qd̄ scꝫ ordinat᷑ in finem ꝛ fit in charitate. et in hoc nō potest liberū arbitriū lapsum absqꝫ auxilio grē gratū facientis. Ex hac ergo distinctiōe respondet᷑ ad obiectionē in cōtrariū q᷑ licet homo possꝫ operari bonū morale sicut fecerunt gentiles ꝛ ph̄i absqꝫ gratia dei. nō tamē bonum meritoriū siue sit meritoriū merito cōgrui siue merito cōdigni. G Sed circa p̄dicta dubitat᷑. vtrum ex p̄ntia gratie possit homo in hac vita esse sine pctō. Solutio. Heretici quidā Beghardi et begine dicti tenuerūt q᷑ homo in vita p̄nti tantū et talem p̱fectionis gradū pōt acq̄rere q᷑ redderetur penitus impeccabilis ꝛc. Sed error ille reprobatus est ab ecclesia. vt hr̄ in Cle. multoꝝ. de heret. Ideo dico ad dubiū ꝫm Aug. in li. de perfectione iusticie. q᷑ homo

potest esse sine pctō mortali in ista vita per gratiaꝫ, pōt etiā esse sine peccato in gloria. Quantū vero ad p̄sentē statum licet posset q̇s vitare peccata venialia in particulari. et ꝑ aliquo interuallo tp̄is: nō tm̄ in vniuersali nec omni tp̄e, et hoc ꝑpter fomitē pcti q̄ est inclinās ad malum et auertens a bono. Propter quod exclamat apl's ad Ro. vij. dicens. Quod nolo malū hoc ago. et iteꝝ. Uideo aliam legem in mēbris meis repugnantem legi mentis mee. et Joh. j. cañ. j. inq̇t. Si dixerim⁹ qꝛ pctm̄ nō habem⁹, ipi nos sedu. et veri. in no. nō est. Et puerb. xx. Quis pōt dicere: mundū est cor meū. Ro. iij. Est aūt deus verax: oīs aūt homo mendax. Et Gre. in pastoral'. Nemo est qui ita viuat vt aliquatenus nō delinquat. Et in auten. de monach. §. triennij. humana natura labit̄ ad delicta. sed ꝑpterea nō est diffidendum de bonitate dei. qꝛ venialia peccata charitatē nō excludūt ꝛ gratiā ab anima nō eliciūt neqꝫ ianuā claudūt regni celorū Quintū talentū dr̄ glorificatiōis. Cōtulit em̄ deus huic sancto et tandē cōferet nobis regnū celoꝝ in q̄ glorificabimur. et ab oī malo eternaliter quiescem⁹: ac eo felicissime ꝑfruemur. Ideo dic̄. Euge serue bone et fidelis ꝛc̄. intra in gaudiuꝫ dñi tui. De q̄ ip̄e dator Geñ. xv. dicit. Ego ꝓtector tuus sum ꝛ merces tua magna nimis. D

Deus aūt dedit nobis semetip̄m multipliciter, qꝛ multiplex fuit ꝛ est indigentia nr̄a. Dedit em̄ nobis se carnaliter ad redimendū. sacramētaliter ad reficiendū. spūaliter ad ꝯsolandū. diuinaliter ad eternalit̄ ꝑfruendū. Dedit se nobis in morte, dedit se nobis in vitā, dedit se nobis in tribulationem, dedit se nobis in eternā glorificationem. q̇d ergo ampli⁹ ꝑ nobis facere debuit ꝛ nō fecit? Uñ Aug. Cōsiderās dixerim qꝛ de⁹ cū sit oīpotēs plus nobis dare non potuit. cū sit ditissim⁹ plus dare nequiuit. cum sit sapientissimus plus dare nesciuit. Acceptis ergo tot ꝛ tantis bñficijs: q̇d ꝑ gratiarū actiōe nos retribuam⁹ dño nō habemus, quare ꝛc̄.

De sancto Laurentio, de euāgelio. Sermo LXXII.

SI quis mihi ministrauerit honorificabit eum pater meus q̄ in celis est. Jo. xij. ca. A Pro introductiōe nota ꝙ triplex est ministerium siue seruitiū. scꝫ diaboli. hoīs. ꝛ dei. Primo quidā ministrant diabolo vt peccatores. de quibꝫ. ij. Coꝝ. xj. Ip̄e em̄ sathanas trāsfigurat se in angelū lucis. nō est ergo magnū si ministri eius trāsfigurent̄ velut ministri iusticie. Illud ministeriū est vituperabile. qꝛ seruitur tam vili: taꝫ crudeli: et ꝑ mercede tā miserabili. scꝫ pena gehennali. vbi ipi q̇bus seruiūt erunt tortores eoꝝ ꝑpetui. Scd̄o quidā seruiūt homini vt mercennarij. puerb. xxix. Rex q̄ libenter audit verba mēdacij omnes ministros habet impios. Illud ministeriū ē tolerabile. de q̄. j. Pet. ij. Serui subditi estote in om̄i timore dñis. nō tm̄ bonis ꝛ modestis: sed etiam discolis. hoc verū dummō ꝯtra decē p̄cepta supioris nō faciāt. Sed heu multi hodie de pctis suis se excusant ꝑpter precepta dñoꝝ suoꝝ: cū tñ Act. iij. scriptū sit ꝙ magis sit obedire deo q̄ꝫ hominibꝫ. Tertio q̇dam seruiunt deo vt iusti. illud ministeriuꝫ est laudabile. De quo hic. Si q̇s mihi ministrauerit. Est autē laudabile ꝑpter excellentis premij associatiōnē qd̄ innuit xp̄us cum dicit. Honorificabit eū ꝛc̄. In quibꝫ quidē verbis duo tangunt̄ q̄ veniūt ad honorem sancti Laurentij declaranda. Primum sancti Laurentij ministratio in principio. Si q̇s mihi ministrauerit. Scd̄m ipius ministerij excellens remuneratio cū dr̄. Honorificabit eū ꝛc̄. Primū hoc ē ministrationē christus oībus fidelibꝫ suis cōmisit explendā dicēs Luc. xxij. Qui voluerit inter vos maior eē sit tāq̄ꝫ ministrator.

B Ministrauerūt ergo omnes sancti xp̄o ꝛ p̄cipue martyres in tribꝫ que ab ip̄o in feudum receperūt. scꝫ in rebꝫ ꝑ elemosynam. in anima per amoris feruorē. in corpore ꝑ sufferentiā. Hec sūt tria munera magorum. aurū: thus: et myrra. In auro elemosyna. in thure feruor deuotiōis. et i myrra mortificatio carnis designat̄. In his tribus b. Laurenti⁹ p̄ alijs martyribꝫ potissime inuenit̄ xp̄o ministrasse. Primo qꝛ de rebus temporalibus ministrauit misericordiam proximalē. qꝛ ita misericors fuit ꝙ nihil sibi retinebat sed paupes xp̄ianos diligenter die ac nocte quesiuit ꝛ vnicuiqꝫ put

opus erat ministrauit, omnesq́ thesauros
ecclesie pauperib⁹ dispensauit. Nã vt reci-
tatur in legenda temporib⁹ beati Sixti fu
it impator quidã rome christianus nomĩe
Philippus: qui dicit fuisse cõuersus a bea
to Laurentio. quẽ Decius ambitione im-
perij iugulauit et maximã ꝑsecutionẽ chri-
stianis mouens ꝛ sciens ꝙ ipe aut filius su
us Philippus iunior totũ thesaurũ patris
et suum beato Sixto et beato Laurentio
cõmendauit ꝛc. voluit thesaurum repetere
violenter a beato Laurentio. hoc ipe sciẽs
totum distribuit pauperib⁹. vide legendã.
Ideo de eo canit ecclesia. Laurentius bo-
num opus operat⁹ est qui per signũ cruc̃
cecos illuminauit: et thesauros ecclie de-
dit pauperib⁹. Et illud ps. qđ ponit. ij. ad
Cor. ix. Dispersit dedit pauperib⁹ iusticia
eius manet in seculũ seculi. Que verba põ
deranda sunt. Dispersit em̃ dicitur: qꝛ plu-
ribus cõdiuisit ꝛ nõ vni. Dispersit ꝛ nõ a-
uare retinuit. dedit et nõ vẽdidit. dedit libe
re sine spe mercedis lucri aut cõmodi aut
obsequij temporalis. dedit nõ dandũ post
mortem reliquit. Pauperibus scz christi.
nõ parentibus: nõ diuitib⁹. Ideo iusticia
eius manet in seculum seculi. qꝛ merces iu-
sticie ei⁹ est eterna vt exponit Nico. de lyra
Secundo beatus Laurentius ministra-
uit de anima feruentẽ amorem ꝛ deuotio-
nem. Fuit em̃ in anima diuino amore to-
taliter inflammatus qui fecit eum tempo-
ralia cuncta cõtemnere ꝛ deum summũ bo
num diligere super omnia. vitãq́ ꝑsentem
omni periculo mortis libenter ꝓ xpo expo
nere. Unde Ambro. in sermõe huius diei.
Fortissimuz martyrẽ seuissima ꝑsecutoris
flamma superare nõ potuit. quia longe ar
dentius amoris radijs mens eius accensa
feruebat. Et Aug⁹. Materiales flammas
nõ curauit. quia interior feruor amoris exte
riorem superauit. Ideo aũt seruiuit ĩ amo
re feruenter. Sciebat em̃ ꝙ hoc ministeri-
um maxime querit dñs. Bonũ quidẽ pri-
mum est in rebus. secundũ corporis meli-
us. sed tertiũ scz anime qđ ꝯsistit in amore
est optimũ. immo prima duo nihil valent
sine tertio. Sicut ostẽdit apl's. j. Cor. xiij.
Si inq̃t oẽs facultates meas in vsus pau
perum dedero ꝛ corpus meum tradidero
ita vt ardeam charitatẽ aũt nõ habeã nihil
mihi ꝑdest. ¶ Ubi notã ꝙ iste amor
diuinus in homine quadruplicẽ amorem
inordinatũ extinguit. ſm illud ps. Inflam
matũ est cor meum et renes mei cõmutati
sunt et ego ad nihilũ redactus sum ꝛ nesci
ui. vt iumentũ factus apud te. et ego semp
tecum. Primo extinguit amorẽ carnalem.
Ideo dicit. Renes mei cõmutati sũt. Gre.
Gustato spiritu desipit omnis caro. Istũ
amorem carnalẽ extinxit in beato Lauren
tio amor diuinus. qꝛ virginitatẽ mentis ꝛ
corporis integre seruauit. Secundo extin
guit amorẽ terrenum. ideo dicit. Et ego ad
nihilũ redactus sum. q̃ em̃ mundũ despici
unt nihil a mundanis hominib⁹ reputant
Ideo dicit apl's. j. Cor. iiij. Tanq̃ purga
mentũ hui⁹ seculi facti sumus oĩm peripsi
ma vsq́ huc. Istum amorẽ extinxit in btõ
Laurentio. quia nihil terrenum ꝯcupiuit.
immo cũ esset filius nobilissimi ducis he-
reditatẽ suã spreuit. Ideo Cris. Uere non
habet sup terram quod amet qui donũ ce
leste ĩ veritate gustauerit. Tertio extinguit
amorem domesticũ. i. parentũ. Uñ subdit
Et nesciui. De qua nescientia Deut. xxxiij.
Qui dixerũt patri suo et matri sue nescio
vos. Et fratrib⁹ suis. ignoro illos. et nescie
runt filios suos hi custodierũt eloquiũ tu-
um. Istũ amorẽ domesticũ extinxit ĩ bea-
to Laurentio ignis diuin⁹. qꝛ patriã et pa
rentes suos qui erant in hispania deseruit
et rome ꝑegrinari voluit. Nam sicut legit
in quadã legenda. cum quidã nobilis dux
in ciuitate hasta hispanie filiũ nõ haberet
quem tñ maximo desiderio cupiebat ꝛ a su
is dijs impetrare nequiret: cõsuluit quen-
dam christianũ virum sanctissimũ: q̃ dixit
ei. Scito te nũq̃ filium habiturũ nisi ꝑti-
die deorũ abiuraueris ꝛ te christianũ fieri
ꝑmiseris. Quod cum spopondisset filiũ ex
propria vxore suscepit. Diabolus aũt hoc
cognoscens fieri voluntate dei et puerum
natum futurum seruum christi et demonũ
acerrimũ expugnatorẽ quattuor cautelis
vsus est cõtra eum. Primo nocte quadam
puerũ de cuna accipiens longe asporta-
uit et sub arbore lauri reposuit vt ibi famẽ
periret: sed deus ipm a demonũ insidijs cu
stodiuit. mittens angelos suos qui eum ci
bo celesti alerent et ꝓtegerent. Secundo
per multa tempora ipe diabolus in ꝑsona

pueri nati in cuna se posuit et se multiplici-
ter difformē exhibuit. nunc gibbosum. nūc
monstruosum. omnibꝫ onerosum ⁊ infestū
se prebens. Tertio multas vexationes et
molestias parentibꝫ eius intulit q̄s tamen
patienter tolerabant putantes ipm̄ esse fi-
lium suū. Quarto pre verecundia illud ce-
lantes ad fidez christi venire non audebāt
Deinde quodam tempore beatꝰ Sixtus
magnus philosophus et Romane curie
legatus ad predicandū fidem christi in hi-
spaniam pergens deo disponente puerum
sub lauro inuenit. quem accipiens bapti-
sauit. et a lauro Laurentium nuncupauit.
ac ipm̄ nutriri faciens in spiritualē filium
adoptauit. Cum autem iam creuisset bea-
to Sixto et toti curie sue erat mirabiliter
gratiosus. et hoc propter noticiā fidei qua
plurimū pollebat. Sed quidam senescal-
cus curie beati Sixti Laurentio inuide-
bat propter eius gratiositatez ⁊ calce ipm̄
percussit improperans ei ꝙ nec patris sui
noticiaz haberet. immutatus autē animo
cepit cogitare et inquirere quis esset pater
suus: ⁊ ꝓpterea a beato Sixto recedēs ibat
per deuia et nemora vagabundus. Sero
autem superueniente ascendit quandā ar-
borem vt ferarum pericula euaderet. Me-
dia vero nocte ipo vigilante deo sic proui-
dente maxima demonū multitudo sub ar-
bore se cōiecit ad sua figmenta et tēptamen-
ta declaranda: inter quos vnꝰ ait. Tot an-
ni p̄terierunt: dux Hispanie filium habe-
re nō potuit: suasu autem cuiusdā christia-
ni a deo filium impetrauit. post cuius na-
tiuitatem ipm̄ e cuna accepi et sub quodā
lauro posui. quē beatus Sixtus inde trā-
siens accepit et baptisauit. Ego vero in cu-
na me reposui et multā difformitatē simu-
lans molestꝰ fui q̄ꝫ plurimis vn̄ dux ⁊ du-
cissa ad fidez christi cōuerti distulerūt. Alij
demones hoc audiētes ipm̄ laudibꝫ extule-
runt. Mane facto abeuntibus demonibꝫ
Laurentius letus et deo gratias agens de-
scendit ⁊ ambulauit quousqꝫ ad palaciū di-
cti ducis ꝑuenit Cūqꝫ demonē in cuna rep-
perisset turpiter a domo effugauit. et nar-
rans predicto duci singula q̄ cōtigerant se
esse verū filium suū declarauit et tandē pa-
trem et matrem et maximā paganorū mul-
titudinē ad fidem cōuertit. Quarto amor
diuinus extinguit amorē ꝓprium et priua-
tum. Vn̄ subditur. Ut iumentum factus
sum apud te. Amans enim semetipm̄ fit iu-
mentum diaboli quod cursu prepeti se ad
omnia vicia p̄cipitat. ſm illō. ij. ad Thi. iij.
In nouissimis diebꝫ instabunt tēpora pi-
culosa et erunt homines semet ipos aman-
tes. cupidi. elati. superbi. Qui vero seipsos
cōtemnunt sunt iumentū christi quos chri-
stus vsqꝫ ad visionem sue claritatis ducit.
Quod figuratū est ī asina christi Math.
xxj. ꝑ quam asinam in hierusalem intrauit.
Istum amorem priuatum extinxit in bea-
to Laurentio diuinus. quia deum super
omnia dilexit et vitam suam carnalē despe-
xit. propter quod beatus Sixtus in papā
electus cum romam reuerteretur ipm̄ or-
dinauit suuz archidiaconū. post quē in ro-
mana sede archidiaconus nō surrexit ipm̄
qꝫ adeo charum habuit ꝙ sine eo missam
nō celebrauit: sibiqꝫ sanguinis christi dispē-
sationē cōmunicantibus cōmisit. tūc enim
adhuc cōmunicabatur populus sub vtra-
qꝫ specie: sed postmoduz statuit sancta ma-
ter ecclesia ꝙ nō daretur sanguis populo
cōmunicanti propter pericula ⁊ scandala
que possunt sequi. q2 in hostia cōsecrata eti-
am est sanguis christi ex naturali cōcomi-
tantia. Tertio beatus Laurentiꝰ ministra-
uit de corpore martyrialē patientiā ꝓmpte
et libenter dicēs cum ps̄. Quoniam ego in
flagella paratꝰ sum ⁊c̄. Unde et beato six-
to eo ꝙ sibi a penis parcere videbatur di-
xit. Quid ī me displicuit paternitati tue nū-
quid me degenerē ꝓbasti ⁊c̄. D Et vt
ex legenda colligitur reperio ꝙ decem tor-
menta sustinuit et in omnibus patientiam
habuit. Primū: nam videns imperator ꝙ
non poterat habere thesauros opposuit si-
bi titulū christianitatis propter quod fuit
captus et in tenebroso ⁊ fetido carcere de-
tinebatur corpus: sed anima cōtemplabatꝰ
transiens per choros angelorum et sic ibi
cōsolabatur. Secundum tormentuz fuit.
Nam postqꝫ multis diebus fuit in carce-
re sine cibo et potu: cogitauit Decius ꝙ es-
set debilitatus et fecit ipm̄ venire corā se di-
cens. Vel habes dijs sacrificare vel mori.
Et ait Laurentius. O stulte quomodo di-
cis ꝙ deum dimittā et adorem idola. In-
dignatus Decius fecit eū fortiter ꝑcutere

bacnlis ⁊c. Tertium fuit: quia positus in eculeo ⁊ scorpionibus cesus dicens. Abnega christum. Respondit. Infelix has epulas semper optaui. Quartum tormentum fuit ꝙ laminas ferreas ignitas eiꝰ lateribus apponi fecit. Quintū fuit ꝙ Deciꝰ iussit eum cum plumbatis durissime cedi: quod tormentū adeo asperū fuit ꝙ beatꝰ Laurentius clamauit. Domine Jesu christe accipe spiritū meum. Et vox de celo audiente Decio facta est dicens. Adhuc multa tibi debentur certamina. Sextū fuit ꝙ pectinibus ferreis laceratꝰ ē Tūc affuit angelus dei cum lintheo tergens eius vulnera. Et tunc miles quidam Romanus nomine credidit in christum: ⁊ exclamauit ad beatū Laurentiū dicens. Uideo añ te iuuenem pulcerrimū stantem ⁊ lintheo tergentem vulnera tua. ⁊ baptisatꝰ fuit a beato Laurentio. Septimū tormentuƺ. quia ne sic moreretur fuit positus in alio carcere sine cibo et potu ac cōsolatione aliqua. Octauum fuit de craticula. quia Decius fecit eū venire coraƺ se ⁊ ait. sacrifica dijs. Sin autem nox ista in tuis expendet supplicijs. Cūqꝫ sacrificare nollet ministri exutum super cratem ferreā posuerunt ⁊ extenderunt prunis suppositis. Nonum fuit ꝙ furcis ferreis euƺ cōpresserunt vt citius assaretur. Ipe autem letissimo vultu respexit ad imperatoreƺ dicens. Ecce miser assasti vnam partem gira aliam et manduca. quia iam video quod diu desiderqui. Decimū fuit de sale in igne posito. Et tūc orauit beatus Laurentius dicens. Gratias ago tibi domine: quia ianuas tuas ingredi merui: ⁊ sic tradidit spiritum. E

Secundū de sancto Laurentio declarandum quod in verbis thematis tangitur est ministerij sancti Laurentij excellēs remuneratio cum dicitur. Honorificabit eum ⁊c. Honorificauit autem eum deus Primo in miraculorum operatione in vita et post mortē. In vita nāqꝫ multa miracula fecit. Uenīēs nanqꝫ ad domū cuiusdam vidue q̄ multos christianos in domo sua absconderat quam longus dolor capitis detinebat. imposita manu super caput eius eam a dolore capitis liberauit. Item eadē nocte in domū cuiusdā christiani veniens quendā cecum ibi repperit et facto signo crucis eum illuminauit. Unde de eo canit ecclesia. Laurentius bonū opus operatus est qui per signum crucis cecos illuminauit. Item in custodia Hipoliti quendam gentilem Lucillum nomine qui plorādo lumen oculorum amiserat baptisatū illuminauit. Et plura alia miracula in vita sua fecit. Ideo de eo canit ecclesia. Fecit enim mirabilia in vita sua. Post mortem etiam multis claruit et hodie choruscat miraculis. vt patet in elongatione cuiusdam trabis que pro fabrica ecclesie sue deputata erat et primo nimium breuis erat. Item in refectione calicis cristallini. Item in suscitatione domini iudicis Stephani iudicis romani. Item in pane per sanctulū presbyterum miraculose in clibano repertum et multiplicatū. Item in liberatione Henrici imperatoris. vide de his legendam et pluribus alijs. Secundo honorauit eum ecclesia in vigiliaruƺ institutione. Solus enim inter martyres habet vigiliam. Sed vigilie sanctorum propter multas inordinationes hodie in ieiunia cōmutata sunt. Mos enim fuit antiquitus vt in festiuitatibus sanctorum homines cū vxoribus et filiabus ad ecclesiam cōuenireut ⁊ ibidem cum luminaribus pernoctarent. Quia vero multa adulteria in his vigilijs fiebant: statutum fuit vt vigilie in ieiunia cōuerterentur. nomen tamen vetus retentuƺ est vt nō ieiunia sed vigilie appellarentur. Tertio in antiphonarū regressionibꝫ quod sibi soli et beato Paulo cōtulit. Paulo propter excellentiam predicationis. sed Laurentio propter excellentiā passionis. Quarto in octauarū celebratione. Ipe nanqꝫ solus cum Stephano habet octauas inter martyres. Sicut beatus Martinus inter cōfessores. Quinto in indulgentiarū distributione. Nam summus pontifex certificatus de visione cuiusdaƺ monachi monasterij sancti Laurentij Rome et de cingulo sibi dato per beatum Laurentiū. ad cuius tactum surrexit quidā defunctus. celebrata missa solenni dedit omnibus vere penitentibus ⁊ cōtritis ecclesiam predictā et omnes ecclesias per totum orbem dedicatas in honore sancti Laurētij quarta feria deuote visitantibus indulgentiā quattuor annorum et totidem quadragenaruƺ

ad laudem sancti Laurentij. Sexto hono rificauit eum deus in morte in angelorum ministratione. qui mox animã ipsius in celum detulerũt. sicut animã Lazari mendici. de quo Luc. xvj. Factũ est vt moreretur mendicus ꝛc. Septimo honorificabit eũ deus in iudicio nouissimo ꝑ cõmendationem dicẽs eis illud Mat. xxv. c. Esuriui ꝛ nõ dedistis mihi manducare ꝛc. Ultimo honorificabit eũ post iudiciũ per celestis regni in anima ꝛ corpore collationẽ. qꝛ dicet illud Matth. xxv. Uenite benedicti patris mei ꝑcipite regnũ ꝛc. Ad quod nos perducat ꝛc.

De sancto Laurentio.
Sermo LXXIII.

PRobasti cor meũ ꝛ visitasti nocte igne me examinasti et non est inuenta in me iniqtas. ps̃. xvj. ver. iiij. Hec verba ad litterã exponunꝰ de Dauid posito in tribulatione. Et moraliter intelligunꝰ de q̃libet viro iusto posito in tribulatione. Et bene cõueniũt sancto Laurentio. Ideo ecclesia de eo predicta verba in nocturno ꝛ diurno officijs decantat Uidemus ad sensum si valor et estimatio rerum debẽt cognosci oportet ꝙ res ponaꝰ ad probationẽ ponderis numeri aut mensure. Sicut patet in frumẽto. vino. auro. argento. panno ceterisq; reb. Sic dñs suos probauit amicos aduersitatib ꝛ tribulationib: vt ostendaꝰ eorũ amor ad dñm. Unde Grego. Pena quippe interrogat si quis veraciter amat. Et Jaco. j. dicit. Beatus vir q̃ suffert temptationẽ: qm̃ cum ꝓbatus fuerit ꝛc. Beatus ergo est qui cum beato Laurentio dicere potest. Probasti cor meũ ꝛc. In verbis ꝓmissis tria innuuntur que faciũt ad cõmendationem beati Laurentij. Primũ est probatio. in principio. Secundũ visitatio. ibi. visitasti nocte. Tertiũ est examinatio. ibi. igne me examinasti. Et in his omnib nõ est inuẽta in eo iniquitas. In ꝓbatione nõ fuit in eo inuẽta iniquitas auaricie. In visitatione nõ fuit inuẽta i eo iniqtas impatiẽtie. In examinatione nõ fuit inuenta iniqtas perfidie.

F Quantũ ad primũ qd̃ est ꝓbatiõis nota ꝙ sicut homines solẽt ꝓbare pecuniã quam debent recipere ꝑ mercib suis vtrũ sit bona: mala vel falsa. sic deus ꝓbat illos quib daturus est regnũ celoꝝ. Et p̃sertim cor eorũ multis modis. Primo per fidem. sicut clericus probaꝰ qñ recipi debet ad ordinem vel beneficiũ. ij. ad Cor. vlti. Uosmetipos temptate si estis in fide: ipi vos ꝓbate in operib. Glosa. quia fides sine operibus mortua est. j. Pet. j. Probatio fidei vestre preciosior sit auro quod per ignem probatur. id est vestra fides per temptationes probata ꝛ examinata ꝓciosior sit auro Sed beatus Laurentius probatus est et fortis inuentus. quia Decius omne tormentorũ genus sibi minatus est vt ipsum exterreret nisi sacrificaret et sic fidem christi negaret. Sed ipe minas nihil curauit: sed mortem libẽter pro christo sustinuit vt vitam inueniret celestem. Et de hoc gratias agens dicit. Quia assatꝰ nõ negaui nomen sanctũ tuũ. interrogatus te christe cõfessus sum. Ex quo apparet probatio fidei eius. Secundo probatur per temptationes. Thob. xij. Quoniã acceptus eras deo necesse fuit vt temptatio ꝓbaret te sicut ꝓbatur miles in torneamento. Aug. Temptaris vt ꝓberis. ps̃. Tempta me dñe ꝛ ꝓba me. Temptarꝭ vt q̃ nesciebas te a teipso inuenias. Ecci. xxxiiij. Qui nõ est tẽptatus q̃d scit id est seipm̃ nõ nouit. Gre. Cum temptamur ad dei iudiciũ recurrere debemus ꝛ maiores laudes ei referre. qd̃ pulsati verbis nõ nouimus. Unde ps̃. Proba me domine ꝛ scito cor meũ ꝛ fac nosce me. Tertio per obedientiaꝫ. ps̃. Probaui te apud aquas cõtradictionis. Glosa. id est ad populum cõtradicentẽ tibi. Qui enim graditur viam domini multos habet detractores: insidiatores: cõtradictores. Sic ꝓbauit deꝰ Abraam Geñ. xxij. Temptauit deus Abraam ꝛ dixit ad eũ. Tolle filiũ tuũ vnigenitum. Quarto per cõmissionẽ rerũ temporalium sicut probatur seruus aut ꝓcurator dñi an sit fidelis. Sic probatus fuit beatus Laurentius per thesauri cõmissionem. Cõmisit enim ei tanq̃ fideli et prudenti dispensatori Sixtus papa omnem thesaurum Romane ecclesie. Sed in hac

probatione cordis sui nõ fuit in eo inuẽta
iniquitas auaricie. Nihil em̃ sibi vsurpa-
uit ex omnib9 illis bonis que sibi cõmissa
fuerũt. Unde cõuenit ei illud qđ scribitur
Ecci. xxxj. Beat9 est diues qui inuẽtus est
sine macula. scilicet superbie: auaricie atq3
luxurie. Hec em̃ sũt macule diuitũ. Et qui
post aurum nõ abijt declinando a iusticia.
nec sperauit in pecunie thesauris. Sicut q̇
dam faciunt qui pecunias suas in terram
fodiunt credẽtes ꝙ in dieb9 infirmitatum
suarũ magnum ex eis habebunt solatium.
Quis est hic et laudabim9 eum. Fecit em̃
mirabilia in vita sua. vere valde pauci sũt
tales. Qui in ꝓbatione ista perfectus inuẽ-
tus fuerit eternã gloriam cõsequit̃. Hac ꝓ
batione omnes diuites huius mũdi pro-
bantur siue sint clerici siue laici. omnes em̃
sunt villici dñi. et de bonis sibi commissis
sunt rationẽ dño reddituri. dicet dñs q̇ppe
eis illud Luc. xvj. Redde rationẽ villica-
tionis tue. Tamen pauci reperiunt̃ in hac
ꝓbatione sine iniquitate. G A cleri-
cis exordiamur. Sunt enim quidã valde
parcissimi pauperib9 parum vel nũq3 eis
erogando nec hunc gloriosum martyrem
imitantur. De quo canitur. Beatus Lau-
rentius bonũ opus operatus est qui the-
sauros ecclesie dedit pauperib9. Ideo de il
lis dicit Ambro. lib. offi. et habet̃ in. c. au-
rum. xij. q. ij. Aurũ habet ecclesia nõ vt ser
uet sed vt eroget ⁊ subueniat in necessitati-
bus. Quid opus est custodire quod nihil
adiuuat. O sacerdos nõne dicturus est do
minus tibi. Cur passus es tot inopes fa-
me mori. aurum in ecclesie vasis habebas
nec pauperib9 elemosynã ministrabas ⁊c̃.
Debent ergo sacerdotes opulenti quibus-
cunq3 in necessitate positis succurrere. q2
eorũ bona sunt pauperũ teste Hiero. de vi
ta clericali. et habetur in. c. gloria episcopi.
xij. q. ij. Omnis possessio sacerdotũ. intel
lige quam habent intuitu ecclesie elemosy
na est pauperũ: et si quid vltra necessitatē
vite possederint nec in elemosynam paupe
rum erogauerint furtũ ⁊ sacrilegiũ existit
sed hoc pauci aduertunt sacerdotes Nam
quorũ domus deberẽt esse cõmunes pau
peribus. vt habetur in. ca. si cupis. xvj. q.
j. et patere omnib9 peregrinis ⁊ hospitib9.

sicut habetur in. c. quiescamus. xlij. q. nũc
stant cõmuniter clause et nulli pauperi pa-
tent. Talib9 specialiter dicet christus in di-
stricto examine. Esuriui ⁊ nõ dedistis mi-
hi manducare. Matth. xxv. Quid dicam
de regib9 principib9 ⁊ nobilib9 ⁊ potentib9
hui9 mũdi q̇ naturaliter vt aquila deberẽt
esse liberales pauperib9 eos alendo ⁊ nulli
calumniã faciendo quemadmodũ Johã
nes baptista eos docuit Luc. iij. Sed heu
nunc pauperes cõtenti essent ꝙ eos nõ su-
stentarent. si eos nõ solum exactionarẽt et
sanguinem ⁊ sudorẽ eorũ deuorarẽt. Nũc
verificatur de eis illud Ezech. xxij. Princi
pes in medio eius lupi rapiẽtes predã ad
effudendũ sanguinẽ. et perdendũ animas
et ad sectandũ lucra. Quis nũc inter nobi-
les sequit̃ naturã aquile vt sua cũ alijs di-
uideret: certe pauci. quis em̃ nobilis more
antiquorũ principũ fundat episcopat9 ⁊ ec
clesias sicut Karolus magnus. Henricus
wentzeslaus. rex Stephanus ⁊c̃. Sz heu
annihilant. et postq3 multa abstulerunt ec-
Intrate per angustã portam: qꝛ lata ⁊ spaciosa porta ducit ad p̱ditionẽ. Mat. vij. In his verbis saluatoꝛ nobis describit paucitatẽ saluandoꝛũ et multitudinem damnatorum. quia stultoꝛũ infinit⁹ est numerus: ⁊ p̱uersi difficile corrigunt̃. Eccs.j. Quam angustam portã et artam viã p̱ambulauit beatus Bartholomeus per quam intrauit in regnum celorum bene ostendit eius vita strẽnuissima qua hic in mũdo cõtra hostes humani generis. vic3 carnẽ: mũdum ⁊ demonem triumphauit. Ipe nanq̃ per multas tribulationes p̱uenit ad martyrij palmam. per multas abstinẽtias. p̱ multas orõnes et vigilias. qꝛ centies in die et centies in nocte orando genua flectebat: et extremas mundi p̱tes Indie q̃si p̱egrinus ingressus verbũ dei predicauit. Et postq̃ multis suis sermonib⁹ ad fidẽ cõuertit per martyrij palmã vitam finiuit. Ecce q̃ angusta porta. ecce q̃ arta via p̱ quã b. Bartholome⁹ ambulauit. In nullo em̃ a recta via ducẽte ad beatitudinẽ declinauit. neq̃ a dextris p̱speritatis: neq̃ a sinistris aduersitatis. Igit̃ vt hunc sequamur hortat̃ nos saluatoꝛ in verbis thematis dicẽs. Intrate p̱ angustã portã. et causã subiũgit. qꝛ lata et spaciosa porta ducit ad perditionem. vbi supra. Pro gratia Aue maria. Intrate per angustam portam ⁊c̃. vbi sup̄. In verbis thematis duo nobis ostenduntur. vic3 paucitas saluandoꝝ q̄ est illoꝛũ qui intrãt per angustã portam siue viam. Et multitudo damnatoꝝ illoꝛũ. vic3 q̇ ambulant p̱ viam latã siue portã spaciosam q̄ ducit ad perditionẽ. § Circa primũ est notãdum ꝙ p̱ angustã portã siue artã viã debemus intelligere in ꝓposito virtutes q̇b⁹ castigat̃ et anxiat̃ corpus ne sensualitas rebellando rationi ipam deuincat. vt sunt ieiunium. vigilia. continentia. temperantia ⁊c̃. Vñ sup̱ hoc verbo thematis dicit Chryß. Quid sibi vult saluatoꝛ p̱ hoc ꝙ dicit. Intrate p̱ angustã portã. Et rñdet. Diu docuit nos vt ieiunemus ⁊ oremus. qꝛ ergo saluatoꝛ bñ scit ꝙ om̄e illud qđ est corpi nr̄o ꝯtrariũ est angusta via. Et qꝛ inter alia ieiuniũ: cõtinentia ⁊ vigilie plus angustiant corpus q̃ animã. qꝛ p̱ illa ita hõ angustiat̃

in corpore acsi de corpore aliquid abscin-
deret. ideo illa dicit angusta via. Et subdit
Alia tm̄ mente pati ⁊ facere possumus si-
cut resistere inuidie. supbie vel ire. sed nō sic
ieiunare. mane surgere. et castitatē seruare.
Sicut ergo magne virtutis est q̇ in corpe
patiēdo istis resistit: sic inter oīa peccata nō
soluit aut maculat aīa magis q̄ꝫ ꝑ ista vi
delicet gulā. luxuriā. somni pigriciā. Et sic
nihil immundi⁹ istis vicijs: sic nihil amabi
lius ⁊ honesti⁹ casto hoīe ¶ Quia ca
stum hoīem q̄si oīs creatura diligit. Vni-
cornis eñ qñ castā virginē videt statim fle
ctit ⁊ inclinat se corā ipa. et elephas simili-
ter. Ex illis ergo patet ꝙ qñ saluator dicit.
Intrate ꝑ angustā portā. vult tantū dicere
Intrate in regnū celoꝝ ieiunādo. delecta-
tionib⁹ carnalib⁹ resistendo ⁊ vigilādo. De
hac porta dicit ꝓpheta ī ps̄. Hec porta dn̄i
iusti intrabūt in eam. Ex q̇ sequit ꝙ q̄ꝫdiu
homo nō facit opa iusticie non est in via q̄
ducit ad patriā. Hanc aūt viam intrandi
ꝑ angustā portā bn̄ docuit nos xp̄s ꝑ ieiu
nium q̄dragīta dierū ꝑ multas abstinen
tias ⁊ vigilias: et tandē in cruce ꝑ corporis
extensionē. vbi porta crucis sibi fuit tā an
gusta ꝙ nō habuit locū ī quē reclinaret ca-
put suū. Tam angusta vt vnus pes alteri
supraponeret. et vno clauo ambo ꝑforarē-
tur. Ideo de eo dic̄ Bern̄. Tu prius intra-
sti bone Iesu ꝑ angustū foramen passiōis
vt mēbris tuis te sequentib⁹ latū p̄beres
ingressum. Quare aūt intrare debemus ꝑ
angustam portam statim ostendit saluator
cū subiungit. q̄ꝫ angusta porta ⁊ arta via q̄
ducit ad vitā ⁊ pauci inueniunt eā. q̄si dice-
ret. Ad transeundū ꝑ angustā portam nos
debꝫ allicere amor vite eterne Dicit aūt bn̄
arta ⁊ angusta. q̄r nō est declinandū de ea.
neqꝫ ad dexterā neqꝫ ad sinistram. ſm̄ illud
Deu. v. Nō declinabitꝫ ad dexterā neqꝫ ad
sinistrā sed ꝑ viam quā p̄cepit dn̄s de⁹ ve-
ster ambulabitis ⁊ viuetis. Ille aūt decli-
nat ad dexteram q̇ eleuat ꝑ ꝓsperitatē. Ille
ad sinistram qui frangit impaciencia ꝑ ad-
uersitatē. Et dicit saluator. Pauci sunt qui
inueniunt eā. Quia multi vocati pauci ve
ro electi. Matth. xxij. Et omnes declina-
uerūt simul inutiles facti sunt: ⁊ nō est qui
faciat bonū nō est vsqꝫ ad vnū. id ē ad chri
stum. acsi diceret. Nullus facit bonuꝫ nisi
per christū cū quo debet habere vnitatem
charitatꝫ. De hac angusta porta q̄ ducit ad
vitā scribit vbi dr̄. Edificata est ciuitas. et
postea est in sublimi plena oīm bonorū cu-
ius introitus angustus est. a dextris ignis
est. a sinistris aqua. semita ꝟo vna sola. ſm
ꝙ dr̄ Eccl̄i. xv. Apposui tibi ignem et aquā
ad quod volueris porrige manū. et sequit.
Ante hominē vita et mors: bonū ⁊ malū.
qđ placuerit ei dabit illi Hec ciuitas quid
aliud est q̄ꝫ vita eterna. Nam in ea sola est
plenitudo oīm bonoꝝ. Et est ī sublimi pō-
sita. Et eius introitus est angustus ad sen-
sum supradictum. Et habet vnam solā se-
mitam. vicꝫ obseruantiā mandatorū dei q̄
est via arta. arta: q̄r ad hoc requirūt omnes
circumstātie inesse debite. ſm ꝙ dicit phs
Bonū vno modo: malū autē omnipharie
Nam ꝓpter p̄sentiam vnius circumstantie
boni inesse debite nō dicitur actus bonus:
sed oportet ꝙ oēs cōcurrant. sed ꝓpter defe-
ctum vnius sole actus dicet mal⁹. Introi-
tus ergo ad hanc ciuitatem est angusta: sed
post ingressum latitudo. Vnde in ps̄. Di-
latasti gressus meos ī semitis tuis ⁊c̄ Hoc
cōsiderans beatus Bartholomeus intra-
uit ꝑ angustam portā in regnum celorum.
Immo tam angustā ꝙ ꝓpria pelle spolia-
tus est ꝑ angustiam porte sicut refert eius
legēda. Cū eñ venisset in indiam vbi est fi-
nis orbis intrauit in templū in quo idolū
Astaroth colebat. In q̇ idolo demō erat
qui se infirmos curare dicebat. Illos autē
curauit q̇s infirmos fecit. Cum autē tem-
plū esset plenū infirmis: et idolū nullū da
ret responsum. venerūt in aliā ciuitatē vbi
colebat idolum Berith. a q̇ querentes cur
Astaroth nō daret responsum. Respon-
dit. deus vester catenis igneis ligatus nec
potest spirare. nec audet loqui ꝓpter presen
tiam Bartholomei apl̄i q̇ est amic⁹ dei oī-
potentis. et ideo in hanc ꝓuinciā venit vt
omnes deos euacuet. At illi querentes si-
gna quib⁹ eum noscere valerēt. Respōdit.
Pili eius nigri ⁊ candidi. barba ꝓlixa. pal
lio induitur albo. xxvj. anni sūt ex quibus
vestes et sandalia eius nec veterascunt nec
sordidantur. centies in die et centies in no-
cte flexis genibus orat deum. Angeli cum
eo ambulant: qui nūqꝫ eum esurire nec fa-
tigari permittunt. omnia preuidit. omniū

gentium linguas nouit ꝛ intelligit ꝛc. Cū aūt ꝑ duos dies eū querētes nō inuenirēt, quadā die quidā demoniacus exclamauit dicens. Bartholomee apostole dei incendunt me orōnes tue. Cui apl's. Obmutesce ꝛ veni ꝛ exi ab eo statim: et statim liberatus est. Audiēs rex regionis illius rogauit eum vt filiam suam lunaticam liberaret catenis ligatā ꝓpt̄ eius honorē, qđ ꝛ fecit, idolum cōfregit, oēs infirmos arte diabolica vt supra curauit, regē cōuertit cū vxore ꝛ liberis ac oī populo suo. et rex relicto regno discipul⁹ apl'i factus est. Tūc oēs pontifices temploꝝ cōgregati ad Astragē regem fratrem regis Polimij cōuersi cōuenerūt accusantes beatum Bartholomeū de deorum amissione, templi subuersiōe, et regꝭ ꝑ artem magicā deceptione. Tunc ille indignatus apostolū capi iussit ꝛ diuersis penis cū afflixit Vñ ꝗtum colligit̄ ex beato Theodoro et beato Dorotheo ita passus fuit vt primū fustib⁊ cederet̄, deinde crucifigeret̄ caput habēs deorsum. et anteꝗ̄ i cruce moreret̄ de cruce deposit⁹ fuit. ꝛ ob maiorem cruciatū viuus decoriatus fuit ꝛ postremo capite truncatus. Ecce ꝗ̄ ꝑ angustam portā beat⁹ Bartholomeus apl's intrauit in vitā eternā. Si ergo volum⁹ esse participes sue beatitudinis oportet et nos hic ꝑ angustā portam intrare, hoc est corpus nostrū castigare: et aīam a vicijs ꝛ peccatis purgare vt supra. ¶ Circa secūdum vicꝫ circa latā et spaciosam portaꝫ ꝑ quā multi intrant ad eternā damnationem est notandū ꝯm Nico. de lyra ꝙ lata porta hic appellat̄ mortalis culpa. q̄ bene đr lata. qꝛ peccare ꝯtingit multis modis. Vñ ꝑ quālibet ꝓcepti dei transgressionē intrat̄ ꝑ hanc portā. qꝛ peccat̄ mortaliter, sed nō ecōuerso ꝑ quālibet ꝓcepti obseruantiam intratur ꝑ angustā portā. sed oportet ꝙ hō obseruet omnia ꝓcepta diuina ꝛ nullū trāsgrediatur si vult intrare per portā q̄ ducit ad vitā. Jdeo bene dicit̄ angusta ex caussis supra dictis. Sed lata porta multis modis intratur, et dicit̄ porta mortꝭ. Vñ Job xxxviij. Nunqđ apte sunt tibi porte mortꝭ et ostia tenebrosa vidisti. et Matth. xvj. dicit saluator de ecclesia militante: hoc est cōgregatōe fideliū in fide ꝛ charitate vnitoꝝ. Porte inferi nō ꝑualebunt aduersus eam.

Hec porta mortis est valde spaciosa via q̄ dicitur voluptas seu delectatio ducēs ad peccatū. ꝯm illud Job. xiij. Vias meas in cōspectu eius arguā. Et in ps̄. Jnquinate sunt vie illius in omni tp̄e. Maūt hec via siue porta ducat ad perditionē pꝫ Ecci. xxj Via peccantiū cōplantata lapidib⁊ et in finē illoꝝ inferi tenebre ꝛ pene. Et puer. xvj. Est via que videt̄ homini recta sed nouissima ei⁹ ducūt ad mortē illius. Et multi sunt qui intrant per hanc viam: quia stultoꝝ infinitus est numerus. Eccs. j. Hanc viam se transisse deplangent finaliter damnati dicentes illud Sap. v. Errauimus a via veritatis ꝛ iusticie lumen nō illuxit nobis. Et sequit̄. Lassati sumus in via iniquitatis ꝛ ꝑditionis ꝛ ambulauimus vias difficiles: viaꝫ aūt dñi ignorauim⁹. Et sequit̄. Quid ꝓfuit nobis sup̄bia, aut q̄đ diuitiarū iactātia cōtulit nobis. transierunt oīa sicut vmbra ꝛ tanꝗ̄ nuncius ꝓcurrens ꝛc. Per hāc spaciosam portā et latā viā ambulauit lucifer quasi cū innumerabili exercitu qñ ipse cū suis cōplicib⁊ eiectus ē de celo. Esa. xiiij Quomodo cecidisti lucifer q̄ mane oriebaris ꝛc. Per hanc etiā viam ambulauerunt sodomite qñ qnꝗ̄ ciuitates ꝛ oēs circa regiōes cum habitatorib⁊ suis igne ꝛ sulphure submerse sunt. Geñ. xix. Per eandē viam ambulauit tp̄e Noe fere totus mund⁹ qui diluuio perijt: dempto octo animabus, scꝫ Noe et vxore ꝛ trib⁊ filijs ꝛ vxorib⁊ eorum Geñ. vij. Per eandē etiā viam transierunt Chore Dathan et Abyron cum oī sua familia ꝛ q̄ ad eos ꝑtinebant q̄s terra viuos deglutiuit: et sic viui in infernū descenderūt et ducēti q̄nquaginta viri q̄s oēs ignis interfecit. Nūe. xvj. Per eandē etiā viā ambulauit Pharao cū oī exercitu suo q̄ submersi sunt i mari rubro. Exo. xiiij. Et ita đ alijs multis exēplificari posset i canone biblie. Quia ḡ tot demones ꝛ hoīes sine numero ambulauerūt ꝑ hāc viā merito đr lata ꝛ spaciosa ducēs ad eternā damnationē. Dicit̄ etiā bñ lata ꝛ spaciosa. qꝛ multi sunt q̄ hodie ꝑ eā ambulāt. qꝛ oēs iudei, oēs gētiles, et oēs heretici, ꝛ innumerabilis exercitus christianoꝝ ꝯgregat⁹ ex septē cuneis vicꝫ sup̄bis, auaris, luxuriosis, iracundis, inuidis, et accidiosis, q̄ saltē finaliter in talibus peccatis oriuntur. Sicut heu nostris

temporibus cõtingit. quia dato q̃ plures cõfitentur et ecclesiastica sacramẽta suscipiunt. tñ hoc raro pcedit ex amore siue filiali timore quin potius seruili timore. q̃ magis respicit ad penã vicz mortẽ et infernũ q̃ ad dei offensam. qd videm⁹ in multis q̃s de⁹ pmit et punit infirmitate. paupertate. aduersitate. et tribulatiõe. et cũ laqueos illos euadunt deteriores fiunt. Hoc aduertẽs apl's dixit nob auisando. Uidete quõ caute ambuletis. nõ quasi insipientes sed sapientes redimentes tempus quoniã dies mali sũt ad Ephes. v. q̃si diceret. Diligenter attendite ne a via angusta et arta que ducit ad celestia gaudia deuietis: qr dies mali sunt. s. pter malitiã hominũ et miseriã huius mũdi vt dicit glo. Et est Aug. in de verbis euãgelij. Si enim debite vt oportet flebilem. miserabilem. et damnabilẽ mundi psentis cursum attendimus tũc oculo ad oculum cernimus quoniã dies mali sunt. qr vt dicit Johes i sua canonica. j. Joh. v. Quasi totus mũdus iam errat et in maligno positus est. Et hoc bene cũ dolore dicendũ et audiendũ est tam de capitib' q̃ de mẽbris. immo de omni statu spiritualiũ et secularium. tam in senibus q̃ in iuuenib'. imo frater fratri fidem nõ seruat neq̃ filius patri. Qd bñ deplangit b. Berñ. dicens. Nõ est nisi turpis amor in hoc seculo nec fides secura. quia omnia que sunt cõtaminauit superbia auaricia et luxuria. Recessit eñ lex a sacerdotib'. iusticia a principib'. cõsilium a senioribus. religio a clericis. amor a patribus. fides a populo. reuerentia a subditis. castitatis amor a virginib'. pudicicia a cõiugatis. et quid est nisi vt veniat antichristus. Jam enim a multis christus ignorat et a potentib' quasi peregrinus habetur. Hec Berñ. Caute ergo cuilibet est videndum vt ambulet per portam angustam: ne periclitetur ambulando p portã spaciosaz.

X Dubitat circa premissa. Ex quo superius dictum est q̃ lata est via q̃ ducit ad mortem. quia pro quolibet mortali in quo homo morit finaliter damnat. Cur ergo ẽ q̃ deus q̃ est misericordissimus p trãsgressione vnius mandati nõ deleti p penitentiam punit hominẽ ppetua damnatiõe cũ tñ aliqua peccata valde breuiter et cito fiunt. Respondetur q̃ iuste et rationabiliter deus hoc facit ex plurib' rõnibus infra dicendis. si bene cõsideramus naturã peccatorum. Unde dicit beat⁹ Aug⁹. xxj. de ciuitate dei. Nullus extitit gentilium legislatorum qui censeret tam cito nocentiũ finienda esse tormenta q̃ cito factũ est homicidium vel adulteriũ vl' sacrilegium aut aliud quodcũq̃ scelus magnũ. quia malũ nõ tẽporis longitudine: sed iniquitatis magnitudine metiendũ est. Hec ibi. Et post plura cõcludit q̃ nihil irrationabile põt homo allegare ex hoc q̃ deus cuius iusticia est ineffabilis p pctõ breui tempore cõmisso det longe duratiõis suppliciũ. aut etiam eternã infligat penã. Talia eñ egreferentes non cõsiderant malitiam peccati mortalis. qd fm Guilhel. Parisieñ. in de fide et legibus. multis rebus cõparatur. Ex quibus nunc elicitur q̃ digne eterna pena punitur vt patet infra. Primo ideo. qr peccatũ est vulneratio spũalis anime q̃ est ppetua. vñ in ps Libera me de sanguinib' deus deus salutis mee. Ecce quõ mortale vulnerat animã qr dicit. de sanguinib'. Sicut ergo nemo miratur q̃ ex breui vulneratione corporali quis ppetue in hoc mundo vita corporali per mortẽ priuat. sic nec mirẽt q̃ p mortale crimẽ q̃s eternaliter corã deo maneat mortuus. Secũdo peccatũ mortale est quidã casus voluntari⁹ in pfundũ. De q̃ christus ait Matth. xv. Cecus si ceco ducatũ prestet ambo in foueam cadũt. sed in ictu oculi quis se pcipitare potest in foueã quã ppio conatu nũq̃ exire potest. Nõ ergo miretur peccator q̃ nũq̃ liberabit q̃ se voluntarie in foueã damnationis p peccatũ pcipitauit. ex qua ppria virtute nõ valet resurgere. Tertio peccatũ mortale est trãsgressio pcepti sub morte interdicta. g̃ transgressor debet pati penã a legislatore institutam quã bene sciuit: nihilominus tñ peccauit. Vñ Matth. xix. Si vis ad vitã ingredi serua mandata. q̃si diceret. Nõ intrabis si pcepta nõ seruabis Nullus eñ mirat q̃ p transgressione humanarũ legũ temporaliter factarũ fur latro et alij malefactores reipublice ppetue puniunt hic suspendio vel simili. Unde sicut dicit Aug⁹. vbi sup. Et fm Tulliũ leges infligunt malefactorib' octo penas. videlicz damnum rerum. vincula. verbera. talionẽ. ignominiã. exilium.

seruitutē ꝛ mortē. Et tñ quālibet istarū pe
narū cōtingit ꝑ hoīes iuste ꝑpetuo infligi
ꝓ temporaliter cōmisso, cur ḡ nō similiter
ꝓ peccato mortali fieret. Quarto peccatuꝫ
mortale est cōtractus quidā ꝛ emptio infer
naliū tormentoꝝ, necnō ꝛ venditio q̄ breui
ꝑcio voluptatis seipm tā in aīa q̄ꝫ in cor-
pore vēdit fatuitas ꝛ insania peccatorum.
Vñ tales venundati sunt vt facerēt malū:
nulli eñ dubiū q̄n ex venditiōe ꝛ emptiōe
q̄ꝫtumcūq̄ꝫ breui tpe fiant: ius ꝑpetuuꝫ rei
empte acquirit̄ emptori. Ideo dixit Heli-
as ad Achab regē. iij. Re. xxj. Venunda-
tus es vt faceres malū. Quinto pcti mor-
talis ꝑpetratio est luminis gratie extinctio
et lucerne q̄ lucet ī cognitiōe ꝛ ardet ī amo
re. Cū ergo nemo ex seipo possit ista reac-
cendere ꝑpetue nisi xp̄us, ꝭm illud Joh. j.
Erat lux vera q̄ illuminat omnē hoīem ve
nientē in hūc mundū. Jccirco ad illō peri
culum se ꝓijciens merito puniet̄ perpetue.
Sexto quicūq̄ꝫ addit supra peccatū suum
impenitentiā seu ꝯtumaciaꝫ addit de iure
etiā penā: et iustissime q̄ꝫtum durat in vno
quoq̄ꝫ dei iniuria tantū in eo durare debet
et pena, sed existentes in inferno suꝑ pecca
to suo addūt impenitentiā ꝛ ꝯtumaciā ꝑ-
petue, ergo non solū iuste ꝑpetue puniunt̄
extensiue sed etiā intensiue deus penā eorū
augere posset imperpetuū. Septimo ꝭm
Aug. de ciui. dei. lib. xvj. Dignus est pena
eterna q̄ in se perimit bona eterna, sed pec-
cator mortalis est hmōi, quia pctōr ad ꝑ-
petuū seruitiū gratiarumactiōis tenet̄ deo
exhibendū de q̄libet mēbro vel dono tam
corꝑis q̄ꝫ anime qd̄ sibi deus gratiose cō-
tulit. Hec aūt oīa diabolo tradidit ꝑ pec-
catū ꝛ deo recepit: ergo ꝑpetuo puniri de-
bet. Si eñ in humana pollicia q̄ furatur
cappā certā meret̄ penā, qui furat̄ centū flo
renos maiorē meret̄, ergo q̄ ꝑpetuū censū
deo recipit quē habet in mēbris aīe ꝛ cor
poris vt quē in patria lete deo reddere de-
beret de membroꝝ obsequijs semꝑ puniri
debet. Octauo q̄ peccat in simplicē ꝓximū
eum ledendo alapa meretur penam, qui in
principem maiorē, vt dicit̄. v. ethic. ergo q̄
in infinitū bonū peccat: infinitam quodā-
modo penam meretur. De quolibet enim
peccatore dicit̄ illud ps̄. Supra dorsum
meū fabricauert̄ pctōres ꝓlongauerūt ini
quitatē sibi. Ergo dñs iustus cōcidet cer-
uices peccatoꝝ. Nono q̄ perdit ex sua ne-
gligentia aliquod donū: vt exempli gratia
florenū suum vel dñi sui meret̄ certā penā,
qui vero perdit decē florenos plus demere
tur, ergo qui perdit infinitū bonuꝫ puniri
debet ꝑpetua pena vt peccator facit. Deus
eñ est infinitū bonū: et est nostrū ꝑ gratiā
et gloriaꝫ. ꝭm illud Geñ. xv. q̄ñ deus dixit
Abraā. Ego sum merces tua mag̃ nimis.
Hāc aūt mercedē nouit b. Bartholome-
us ꝛ peccati malitiā, ergo magis elegit q̄-
lescūq̄ꝫ sustinere penas in p̄nti q̄ꝫ tāta mer-
cede priuari. Cum aūt magni fuerit meriti
hic in mundo in miraculoꝝ operatiōe: q̄n
te putatis iam sit potentie apud deū in ꝓ-
cum suarū impetratione. Digne ergo no-
bis est honorandus et implorandus vt ꝓ
nobis oret: et hoc deo placet. Quia vult de⁹
honorari in sanctis suis. Vñ legit̄ de san-
cto Bartholomeo ꝙ cum imperator q̄dā
Fridericus noīe Beneuentū destrueret et
omnes ecclesias q̄ ibi erant dirimi mandas
set: ciuitatē totā intendens transferre ad ali
um locum, vir quidā inuenit viros alba-
tos ꝛ fulgentes q̄ videbant̄ ad inuicem lo-
qui acsi aliq̄ tractare vellent, qui cū vehe-
menter admirans interrogaret qui essent,
vnus ex eis respondit. Jste est sanct⁹ Bar
tholomeus cū ceteris sanctis quoꝝ in hac
vrbe ecclesie habebant̄ qui insimul cōuene
runt vt tractarent quali pena esset plecten
dus qui eos de habitaculis suis eiecit. Et
iam inter eos inuiolabili est sententia fir-
matum vt ille sine mora ad iudiciū dei ac-
cedat de his omnib⁹ responsurus in iudi-
cio. Post modicum vero tempus dict⁹ im
perator miserabiliter vitā finiuit. Ecce q̄n-
tum placet sanctis eos honorare ī structu-
ris ecclesiarum et antiquas ecclesias ꝯser-
uare et dotare. Sed heu nunc antique ec-
clesie sanctoꝝ desolant̄ et noue q̄ñq̄ꝫ ad so-
la somnia erigunt̄, immo q̄ñq̄ꝫ ad ficta mi
racula mendacijs plena ꝛc̄, sicuti in multis
locis iam patꝫ. Imploremus ergo sanctū
Bartholomeū vt nobis diuinuꝫ impetret
auxilium ad obtinendū secum gaudiū sem
piternum. Amen.

In die natiuitatis beate virginis marie Sermo LXXX.

Bene omnia fecit. Mar. vij. Ex quo deus auctor omniũ & gubernator habz omnia necessaria ad op⁹: ideo oĩa facit bona & bñ. Habet enim potentiã cui oĩa sunt subiecta. Juxta illud Luc. j. Nõ est impossibile apud deum omne verbũ. Secundo habet sapientiã a q̃ oĩa sũt inspecta. Juxta illud apl'i ad Heb. iiij. Oĩa nuda & aperta sunt oculis eius. Tertio habet clementiã a q̃ oĩa bona sunt volita. Juxta illud ps̃. Oĩa q̃cũq; voluit fecit. Et ideo dr Gen. j. ca. Uidit deus cuncta q̃ fecerat & erãt valde bona. Et nõ solũ bona facit sed bñ. ẜm qd̃ in themate dicit. Bene omnia fecit. Et licet bñ oĩa fecerit tñ p̃ ceteris puris creaturis bñ fecit beatissimã genitricẽ suaz. Et hoc q̃tum ad tria. A Primo q̃tũ ad cõceptionẽ primariã. Secũdo q̃tũ ad cõpositionem corporeã. Et tertio q̃tum ad cõditionẽ ꝑcipuã. Primo q̃tum ad conceptionẽ primariã bñ fecit eã deus: q2 eam ĩ cõceptione sanctificauit. Ubi nota ẜm doctores in. iiij. dis. iij. q beata virgo maria tribus vicib2 est sanctificata. Primo in eius ꝯceptione: hoc est in natiuitate ĩ vtero. Secundo in eius natiuitate ex vtero. Tertio ĩ filij eius incarnatiõe in vtero. Per primã sanctificationẽ fuit ab originali pctõ ꝑseruata: vel ẜm alios statim emũdata. quam sanctificationẽ hec sola virgo inter puros hoĩes legit recepisse abundanti⁹. Qd̃ ostẽdit Berñ. in sermone p̃ñtis festiuitatis determinans quõ beata virgo sit nata dicit. Proculdubio mater dñi sancta añq̃ nata Et ĩ ep'la ad Lugdoneñ. canonicos dicit se sentire firmiter cũ ecclesia in vtero eã accepisse vt sctã ꝓdiret nõ min⁹ q̃ Hieremias aut Johãnes baptista. quia qd̃ paucis mortaliũ cõcessum est pbas nõ est suspicari tante virgini nõ esse collatũ. Et sequitur Ego puto q copiosior sanctificatiõis bñdictio in eam descenderit q̃ nõ solũ ipi⁹ sanctificaret ortũ. sed & vitã deinceps ab omĩ peccato seruaret immunẽ. B Quare notat quidã doctor vbi supra q triplex est sanctificatio. Prima est cõmunis q̃ fit ꝑ sacramentũ baptismi. Et hec remouet culpam & cõfert gratiã: relinq̃t tñ fomitẽ & ꝑnitatẽ ad peccãdũ. Et talis sanctificatio ẽ in baptisat;. Scdaẽ special' q̃ fit ꝑ gratiã spũssancti. Et hec remouet culpã & ꝑnitatem peccãdi mortal'r. Et talis sanctificatio fuit in Hieremia & Johe bap. etiã ĩ vtero. q̃ post h̃ aliq̃n licet raro peccauerũt venialiter ex speciali dei custodia vt cõiter dicũt doc. in. iiij. dist. iij. Tertia est specialissima q̃ fit ꝑ gratiã singularẽ toti⁹ trinitatis. et hec ꝑseruat a culpa originali. vel ẜm alios remouet culpã originalẽ & ꝑnitatẽ ad peccãdum tã mortaliter q̃ venialiter. Et talis fuit sanctificatio beate virginis in ei⁹ prima natiuitate. Ex q̃ sequit̃ q hec virgo ab exordio sui esse recepit fecundas oĩm virtutũ radices & seminaria. recepit eñ a patre potentiã naturalẽ ad opa virtutis cõtra peccatuz infirmitatis. A filio recepit castitatẽ cõtra peccatũ cecitatis. A spiritusancto recepit instinctũ habitualẽ ad oẽ opus bonũ cõtra peccatũ impietatis. Ex his radicib2 ptz in ea fuisse plenitudinẽ gratie adhuc ea in vtero matris existente. Ideo dicit Hyldefonsus Toletan⁹ eps. Beata virgo maria nisi ĩ vtero sanctificata esset minime ei⁹ natiuitas colenda esset. tunc autem q2 auctoritate totius ecclesie venerat̃ cõstat eam a peccato originali immunẽm fuisse ꝑ quã non solũ maledictio matris Eue soluta est verum & benedictio cõdonata est. Ex quibus possumus colligere q beate virgini ĩ puritate nulla creatura pura cõparari põt. Ideo bñ dicit̃ de ea Cañ. iiij. Tota pulcra es amica mea & macula nõ est in te. Et vere sine macula. quia est supra omnẽ creaturã puram purissima. C Sunt eñ quedam res q̃ nõ habẽt puritatẽ in se nec alijs possunt dare sicut terra. Quedã habẽt in se puritatẽ sed alijs nõ possunt retribuere sicut byssus. Quedam habent in se puritatẽ et alijs p̃ñt cõferre. sicut aqua q̃ in se est pura & alia purificat. Juxta illd̃ Ezech. xxxvj Effundã sup vos aquã mundã & mundabimini ab omnib2 inquinamentis vestris. Talis fuit virgo beata que fuit mũda ĩ se et alios purificauit. Nã añ eius natiuitatẽ totus mund⁹ erat caliginosus. Jn cui⁹ signum dicit̃ Exo. x. Facte sunt tenebre palpabiles sup vniuersam terram egypti. sed ipa sua puritate has tenebras effugauit. et ideo dicit Ansel. Decebat vt ea puritate niteret qua maior sub deo neq̃t intelligi. Se

cundo dico q̃ gloriosa virgo Maria ē secunda vice sanctificata in eius ex vtero materno ꝓgressione. Nā vt dicit q̃dā doctor q̃ virgo gloriosa speciali priuilegio hodie in sua natiuitate ꝓdotata sit. sic vicȝ cū ipaȝ exterius lumen solis tetigit mox gratiā veri solis sensit ipam interius illuminasse ⁊ speciali gratia dotasse. Quia ꝑ eā oīs ⁊ omnium lux ꝓcessit in mundū. nisi em̄ sic fuisset q̄re celebrior fuisset dies natiuitatis virginis ex vtero die ꝯceptiōis. Ideo hodie canit ecclesia. Natiuitas tua dei genitrix virgo gaudiū annūciauit vniuerso mūdo. ex te em̄ ortus est sol iusticie xp̄s deus nr̄ ⁊c. Et iterū. Hodie nata est btā ꝟgo maria ⁊c. Cuius vita gloriosa luceȝ dedit seculo. Et rursus. Natiuitas est hodie sancte Marie virginis cuius vita inclyta cūctas illustrat ecclesias. Dicāt ḡ oēs christifideles. Hec ē dies quā fecit dn̄s ⁊c. De ista sancte virginis natiuitate loquit̃ Damasce. li. iiij. sniarū. ca. vj. dicēs. Joachim igit̃ honestam ⁊ laudedignā Annā in matrimoniū duxit. Sed queadmodū vetus Anna steril' existens ꝑ votū ⁊ repromissionē Samuelem genuit: ita ⁊ hec ꝑ preces ⁊ repromissiones a deo dei genitricē parturit. Tertio dico q̃ hec virgo gloriosa tertia vice est sanctificata in filij dei in eius vtero incarnatiōe. qđ beatus exp̄ssit angelus Luc. j. Spūssanctus superueniet in te ⁊c. In hac sanctificatione ē penitus in bono ꝯfirmata ita q̃ nullo mō amplius peccare poterat. qꝛ in p̄ma ⁊ scđa fuit gr̄a plena. in illa vero superplena. Qđ iterū ostēdit angelus Gabriel ipam salutā do cū dixit. Aue gratia plena dn̄s tecū.

D Nā vt dicit Fulgentius in q̃dā ser. q̃ triplex est sanctitas. Prima in p̄cauendis malis. Scđa in ꝑagendis bonis. Tertia est p̄clara in opibꝫ p̄claris ⁊ in p̄gustandis eternis delitijs. Primā habuit btā virgo maria ab eius natiuitate. Secundā i eius adolescentia. Tertiā in filij dei cōceptione ex qua nobis oībꝫ eius interuenientibꝫ meritis salus aucta est. E Secundo deus eam bene fecit q̄tū ad cōpositionē corpoream. Fuit nāq̧ bene cōposita q̄tū ad humores et q̄tum ad partes essentiales ⁊ q̄tum ad mores. Primo q̄tū ad humores. nā oīs hō ex q̄ttuor humoribꝫ naturaliter cōponit̃ ex q̄bus ad diuersitates inclinat̃. Nā colera inclinat ad iracundiā. sanguis ad luxuriā. flegma ad pigriciā. et melancolia ad tristiciā. Sȝ corpus eius sic fuit bn̄ dispositū ac diuina ꝟtute cōplexionatū q̃ nō fuit in ea inclinatio ad aliq̄đ viciū. In cuius signū dꝛ. iij. Re. x. Fecit sibi rex Salomon thronū de ebore grandē. Scđo bn̄ fuit cōposita q̄tū ad ꝑtes essentiales. q̄libet em̄ ꝑsona cōponit̃ ex corpe ⁊ aīa: inter q̄ est ꝯtinua pugna. qꝛ caro vult delectari in tp̄alibꝫ ⁊ sensibilibꝫ. anīa vero ī spūalibꝫ et celestibꝫ. Et hec est pugna a q̄ ꝓcedunt oīa mala. Propter qđ clamat apl's ad Roma. vij. Video em̄ aliā legē i mēbris meis repugnātē legi mētis mee: In felix ego q̄s me liberabit de morte corpis huius ⁊c. Sed btā ꝟgo fuit bn̄ cōposita: qꝛ nulla fuit in ea pugna. Nā fomes fuit ī ea extinctus ita q̃ nō potuit inclinare ad malū. In cuius signum dꝛ Gen̄. vij. q̃ oīa aīalia fuerūt pacata in arca Noe. Per arcā em̄ in q̄ humanum genus fuit saluatū significat̃ btā ꝟgo q̄ fuit habitaculū saluatoris in q̄ oēs motus fuer̄t pacati ⁊ rōni subiecti. Tertio fuit bn̄ cōposita q̄tū ad mores. Fuit em̄ quoddā exemplar siue speculū oīm mulierū. Videmus nāq̧ q̃ oīa q̄ fiunt: fiunt ad exemplar vt patȝ in artibꝫ. Nā scriptores ⁊ pictores califices ac singuli artifices in opibꝫ artis ad exemplar respiciunt. ꝓpter qđ dixit dn̄s ad moisen Exo. xxvij. Oīa fac ſm exēplar qđ tibi in mōte monstratū est. Et ph̄s. vij. methaph. dicit q̃ domus facit domū. i. domus q̄ est ī lapidibꝫ fit ad exēplar domus q̄ est in mēte artificis. Et ſm hūc modū dn̄s posuit b. virginē tāq̧ q̄ddā vniuersale exēplar ad qđ oēs xp̄iani dn̄t vitā in moribꝫ regulare. ⁊ i eā tāq̧ i q̄ddā speculū mundissimū inspicere. nā i ea nihil inordinatū inuenit̃. ꝓpter qđ de ea dicit Amb. q̄n ista ꝓuocauit parētes. derisit paupes. fastidiuit inopes. nā nihil ꝓcax in ꝟbis. vel toruū ī oculis. nihil inuerecundū in facie. nō incessus solutior. nō sexus fragilior vt ipa spēs corporis simulachrū esset mentis et figura ꝓbitatis. F Hic cadit dubiū. q̄lis tn̄ fuerit b. virgo in corpe dispositiōis. Solutio. q̄lis fuerit in corpe i euāgelio nō legit̃. sicut nec de xp̄o. Ratio. qꝛ cū xp̄s ⁊ mr̄ eius sint dati in speculū saluos fiendi noluerunt a talibꝫ laudari quorū inordinatus appeti-

tus est multis causa pereundi. Potest tñ p
locũ a maiori inferre. Nam vt dicit Dama
scen⁹. Virgo beatissima a nullo illustrium
vincitur. Nam quicq̃d pulcritudinis fuit
in aliquo sanctorum ipi nõ fuit negatũ vt
dicit Albert⁹ super Missus est. Et sanct⁹
Epiphanus in tractatu devenerabili Ma
ria dicit. q fuit longitudine trium cubito
rum. longas manus ɀ longos digitos ha
bens. mediocris nasus. longo vultu. fru
menti coloris in cute. id est albi et rubei. cri
nibus subnigris. flaueis oculis. nigris su
percilijs: que omnia ostendũt eius pulcri
tudinem. Fuit etiam hebraicis litteris in
structa. modice loquele. magne obedientie.
sine risu. sine pturbatiõe. sine ira. discrete sa
lutans. que oĩa ei⁹ excellentẽ virginitatem
demonstrãt. Et in eo per excellentiã singu
larem virgo virginũ vocatur. Vñ et Am
bro. in lib. de virginitate. ipaz vocauit ima
ginem virginitatis quasi ad eius virgini
tatem aliarum virginũ castitas debeat re
gulari. et ob hoc hic virgines mente ɀ cor
pore specialiter diligit et custodit. G
Vñ refert Grego. iiij. dial. c. xviij. q q̃
dam nocte per visionẽ cuidam puelle appa
ruit ɀ coeuas ei puellas in albis vestibus
ostendit. quibus cum illa se admiscere vel
let sed nõ auderet requisita est a beata ma
ria an in consortio illarum vellet viuere. et
cum diceret illa: volo. mox mandatum re
cepit vt nil vltra leue ɀ puerile ageret. a ri
su ɀ iocis abstineret. sciens p omnia q in
ter easdem virgines die tricesimo viueret.
Post quam visionẽ puella in cunctis suis
morib⁹ fuit mutata. Parentes vero eius q̃
sierunt ab ea causam: et ipa respõdit de vi
sione ɀ quo die veniret ad obsequiũ Ma
rie. Deinde febrire cepit et die tricesima ho
ra mortis sue beatam virginẽ cum puellis
quas prius viderat ad se venire vidit. Cui
se vocanti respondit. Ecce o dña venio: in
qua voce emisit spiritũ cum sanctis virgi
nibus in eternum victura. H Tertio
deus eam bene fecit q̃tum ad cõditiones
pcipuas. nam in ea fuerũt quedam nobiles
cõditiones que non fuerunt cõmunicate
aliene creature. Nam ibi fuerunt cõiuncte
nature. cõiuncte mensure. ɀ virtutes preci
pue. Primo fuerũt piuncte nature. Est em̃
quedã natura pure corporalis sicut est na
tura elementoꝝ. ɀ quedã celestis sicut na
tura celorũ. et quedã pure spiritualis sicut
animarũ et angeloꝝ. et quedã supnatura
lis sicut diuina natura. cõiunxerat ɀ vnie
rat a principio de⁹ corpalia. sicut in mixto
quod cõponitur ex quattuor elemẽtis. Et
cõiunxerat elementalia ɀ celestia i vno mũ
do qui cõponitur ex creaturis inferiorib⁹
et celestib⁹. Item cõiunxerat creaturã cor
poralẽ ɀ spiritualẽ. vicz corpus ɀ animam
in vno hoĩe indiuiduo. Restabat ergo ad
perfectionẽ omniũ q cõiungerent in vna
psona natura corporalis ɀ spiritualis ɀ di
uina. Et hec cõiunctio facta est in vtero vir
ginali in filij dei cõceptione. In q̃ est na
tura corporalis. id est caro. ɀ spiritualis. id
est anima. et diuina scz filij dei psona. Hec
em̃ ẽ mulier q̃ tria sata farine miscuit. vt di
citur Gen. xviij. vicz nouum antiquum et
eternũ. Nouũ quantũ ad aĩam. Antiquũ
q̃tum ad corpus qd fuit de stirpe Adam
assumptũ. Et eternũ q̃tum ad diuinitatẽ:
q̃ fuit corpi ɀ aĩe vnita. I Itẽ cõiun
cte fuerũt in ea mensure. Est em̃ triplex mẽ
sura in genere. vicz eternitas q̃ caret pnci
pio ɀ fine. ɀ est mẽsura trinitatis q̃ ẽ eterna.
Scđa est euum: q̃ habet principiũ sed ca
ret fine. ɀ est mẽsura angelorũ celorũ ɀ ani
marum. Tertia est tempus q̃ habet princi
pium ɀ finẽ. Et hec est mensura corruptibi
lium. Hee tres mẽsure fuerunt cõiuncte et
vnite in vtero virginali. Nam ibi fuit tem
pus q̃tum ad corpus quod habuit pnci
pium generationis ɀ finẽ corruptionis. q̃
mortuũ fuit. Fuit ibi euum q̃tum ad ani
mam que de nouo fuit creata: sed q̃tuz ad
finẽ fuit ppetua. Fuit ibi eternitas q̃tũ ad
diuinam psonã q̃ est eterna. Fuerũt ibi cõ
iuncte virtutes. K Sunt nãq tria ge
nera virtutũ. scz morales. cardinales. ɀ the
ologice. Quedã em̃ sunt p q̃s ordinat̃ ho
mo ad seipm sic ṽtutes morales. Et iste fu
erunt in beata virgine genitrice dei cõiun
cte. declara de singulis put scis. Quedam
sunt p q̃s ordinat̃ hõ ad seipm ɀ ad primũ
ac deũ. vt sunt virtutes cardinales q̃ttuor.
Et iste fuerũt in b. virgine piuncte et vnite.
Nã i ea fuit tẽperantia p quã oĩa delecta
bilia moderauit. Fuit in ea fortitudo per
quã picula mortis sustinuit. Propter quod
iuxta crucẽ domini in passione firma per

mansit. Ideo dicit Aug9. q animā p filio et si nō posuit tñ exposuit. Cupiebat eñi sicut dicit Ambro. eleuatis in cruce manib9 celebrare cum filio sacrificiū vespertinū et humane redemptiōis cōsummare mysterium. Itē fuit in ea iusticia. Nam vnicuiq reddidit qđ cōpetebat fm ꝓpriam dignitatem. Dicit enim q quicqđ lucrabat in tres ptes diuidebat. vnā sibi ꝛ filio ad sustentādā corpalē vitā. et secundā ministris ecclesie. et tertiā pauperib9 tribuebat. Fuit etiaz in ea prudentia p quā in oībus qđ melius erat eligebat. ꝓpter qđ cant de ea. Virgo prudentissima q pgrederis. Tertio sūt virtutes diuine ꝛ theologice. p q̄s homo ordinatur immediate ad deū. Et iste fuerunt in beata ꝟgine. Fuit eñi in ea fides p quā tendebat in primū verū. Et spes p quā tendebat in summū arduuz. Et charitas per quā tendebat i summū bonū. Et propter hoc fuit vas aureū ornatū omni lapide p̄cioso. i. vniuersitate oīm virtutū. Et ideo dicit de ea Bern. Virgo regia gemmis ornata virtutū gemine mentis ꝛ corporis pariter decorata specie sua pulcritudine celi ciuium in se ꝓuocauit affectū ita vt regis animum in sui ↄcupiscentiā inclinaret ꝛ celestem nunciū ad se desuperius adduceret.

L Hic cadit dubiū vbi et qñ nata sit beata virgo maria. De primo dic Hiero. in eius historia q fuit ex stirpe Dauid oriunda in nazareth nata. hierosolymis in tēplo nutrita. pater eius Joachim: et mater eius Anna vocabat. Dom9 paterna ex nazareth. maternū gen9 ex bethleem erat. vita eoꝝ simplex ante dñm. et viginti annos sine ple duxerūt castū cōiugiū. Vouerunt tñ si deus eis daret sobolē ipam suo seruitio manciparēt. p eo templū dñi p singula festa frequētabāt. Et Isachar pontifex cū oblatiōib9 inter ciues eū astantē spreuit. et q2 nō genuisset semen in israel improperabat. sic cōfusus ad pastores declinauit vbi angelus sibi plem nasciturā ꝓmisit. et similiter Anne. et ambo sibi in porta aurea hierusalē obuiauerūt monitu angeli. Concepit ergo Anna et peperit filiā quā iuxta p̄ceptū angeli vocauit Mariā. Que dū trium annoꝝ esset ablactata est ꝛ eā in tēplo cū alijs virginib9 educandā reliquerūt. qñ aūt nata sit de hoc scribit Vincen. in spec. li. vij. c. clxiiij. q anno imperij Augusti circiter. xxvij. nata est virgo beata. Tñ quoto anno mūdi precise aut hora quota diei sit nata hoc ignorat. Et factū est hoc nō sine causa. sed ne daret nobis occasio errādi putantes q virgo maria sit virtuosa facta sub stella sicut errāt vani hoīes q imaginant q q̄libet nascat sub vna stella et fm qualitatē isti9 stelle viuat ꝛ operet. Et sic ex suggestiōe diaboli credūt eis talia opa esse naturalia et nō esse peccata vel nō ita magna. al's deus nō pmitteret eos ad ista temptari taliter. nō cōsiderantes q p liberū arbitriū oībus istis resistere pōt. Exemplifica de istis qui sunt inclinati ad furtum vel mendaciū. Dicit tñ Johes Beleth in summa sua q illud festū nūq nō fuit celebratū: sed quodā tpe vir sanctissimus deuote orabat. Et dū sic deuote oraret audiuit angelos i celo canere. et hoc idem cōtigit plurib9 annis eadem nocte. Et illo ad dñm orante vt hui9 rei causam sibi ostenderet. reuelatū est ei angelos sic gaudere in celis: q2 tali nocte que erat octaua mensis septembris nata est virgo Maria in terris. Et ob hoc papa instituit octauo septēbris festū natiuitatis virginis Marie celebrari. Cōfugiat igit q̄libet hac die natiuitatis ad eam et dicat. Te inuocamus in primis o maria de qua natus est iesus q vocat christ9. neq alia laus tibi dari pōt nisi q ex te natus est christus. Tu hodie ex regali ꝓgenie exorta refulges tuis p̄cib9 nos adiuuari mente ꝛ spiritu deuotissime poscimus. Fac nos obsecram9 in hac sacratissima natiuitate tua peccatis mori ꝛ deo viuere. fac vt renascat i nobis p gratiā iesus q vocat xp̄s vt cū illo viuere valeamus eternaliter. Qđ nobis p̄stare dignetur q viuit ꝛ reg. cū p̄re ꝛ sctō spū i sempiterna secula seculoꝝ. Amen.

De natiuitate btē virginis Marie Sermo. LXXXI. De euangelio.

Liber generationis iesu xp̄i. Mat. j. Ubi supplendū est scz. Hic est liber generationis. q. d. Liber generatiōis Jesu xp̄i hic est. vel hic est liber generatiōis scz tpalis Jesu xp̄i. q2 in eo genealogia Jesu xp̄i a Mattheo describit. Generationē ꝟo eter-

nam Jesu xpi describit Johānes in princi-
pio sui euangelij cū dicit. In pncipio erat
verbū ⁊c. Sed spūaliter iste liber est beata
xgo maria cuius hodie natiuitatē colimus.
M Que cōparatur libro pter tria. qz
liber scribitur. deinde illuminatur. ⁊ tertio legitur
Primo iste liber scriptus est. Quis fuit scri-
ptor hic Jo. viij. qz Jesus q inclinās se digi
to suo scribebat in terrā. Et qd est inclina-
re Jesum xpm nisi humiliare et descēdere i
istū mundū. scripsit suo in digito terrā. id ē
spūsancto cooperāte in beata virgine con
ceptus est. Secundo liber illuminatur. sic
ista virgo gloriosa fuit illuminata qn de se
genuit verā lucē que illuminat oēm homi-
nem venientē in hunc mundū. vt dr Jo. j.
Ita etiā canit ecclesia. Quādo nata est vir-
go sacratissima tūc illuminatus est mundus
⁊c. Tertio liber legitur. Sic in isto libro lege
re debēt xgines mulieres ⁊ peccatores hu
militatez. Vñ in cantico eius. Quia respe
xit humilitatem ancille sue. Item mundi-
ciam ⁊ castitatē. quia nec primā similē visa
est nec habere sequentē. qz virgo est et ma-
ter. Ideo bñ dicit sctūs Matthe. Liber
generationis Jesu xpi ⁊c. N In hoc
sermōe declarādū erit de triplici libro pcio
sissimo ⁊ nobilissimo iesu xpi: qrū qlibz cō
uenientissime est beata virgo Maria. Pri
mo beata virgo maria est pciosissimus li-
ber creationis Jesu christi. Et hoc triplici
de causa. vicz pter maiorē excellentiā. ma-
iorem admirationē. et singularē heredita-
tionē. Primo maria dr liber creationis pt
maiorē excellentiā. vbi pono hāc cōclusio-
nē. Maiori cū excellētia ⁊ dignitate crea-
uit deus virginē gloriosam q creauerit ange
los ⁊ totū orbē. Hec cōclusio pbatur triplici-
ter. scz auctoritate: rōne ⁊ exemplo. Primo
auctoritate. Audi pphetā. Elegit dñs syon
id est virginē. et pelegit scz p pdestinationē
eā in habitationē sibi. Sz nec angelos nec
totū orbē hac rōne creauit. ergo maiori di-
gnitate ⁊ excellentia ipam creauit. Scdo
Eccl. xxiiij. Qui creauit inqt me requieuit i
tabernaculo meo. qsi dicat virgo. Creator
meus qui creauit me filius meus requie-
uit in tabernaculo meo. scz p carnis assum
ptionē. sed nō sic creauit angelos nec totū
orbem. Scdo pbatur cōclusio rōne. Cum
eni deus hec oīa q cōspicimus creare vel-
let: dixit et facta sunt. mādauit ⁊ creata sunt.
Fiat inqt lux ⁊ facta ē lux. q noīe vt Aug.
exponit angeli intelliguntur. Cū vero ad ho
minis creationē deuenisset nō dixit: sed mi-
rabiliter accessit pater ⁊ filius ⁊ spūssanctus
⁊ ad inuicē dixerūt. Faciamus hominē ad
imaginē ⁊ similitudinē nostrā. Ad imagi-
nem quidē qntū ad animā. qz sicut deus est
in essentia vnus ⁊ trinus in psonis. ita ani
mam trinā fecit in potentijs. scz intellectu.
memoria ⁊ volūtate. et vnā in essentia. Et
addit summa trinitas. Et similitudinē no-
strā: quā scz habiturus est filius eternus ali-
quādo incarnandus. et hoc qntū ad corpus.
nō eni talis creatus est homo pter hoiem
sed pter xbū. Et homo creatus fuit hō: qz
verbū futurū erat hō. Ita exponit Bruno
sup Geñ. Nūc cōsidera an deus tā excellenti
mō venit ad hominē creare quē casurū p-
uidebat. qntū miro credis mō qn venit tem
pus vt massa ista fieret qua incarnandum
erat verbū. materiā illā carneā cōcipi ⁊ ge-
nerari faceret. Et qnta cū excellētia credis
ad virginis creandā animā attēderet. Cer
te sola trinitas animā creauit ⁊ materiā il-
lam omni labe ⁊ infectōe sublata miro mō
cōcipi fecit vt nihil pulcrius dici ⁊ fieri pos-
set. Audi Ansel. Decuit inqt vt ea puritate
q maior sub celo neqt intelligi xgo illa ni-
teret. Et psalmista. Sanctificauit tabernaculum
suū altissimus. Tertio pbatur exēplo. Si eni
dñi terreni domos qs inhabitare volunt
sibi mira excellentia ornāt ⁊ speciosas faci
unt. qnto magis domus illa in q rex regū et
dñs dominātiū habitare debebat mira de
bebat excellētia fabricari. Inde Arphaxat
gloriabatur in potentissima sua ciuitate Ju
dith. j. Scdo maria ē pciosissimus liber crea
tiōis pter maiorē admirationē. Ubi pono
hāc cōclusionē. qz maiorē admirationē hūa-
nis mētibus reliqt deus i creādo xginē q reli-
querit i creādo angelos ⁊ totū orbē. Pro-
batur hec cōclusio auctoritate rōne ⁊ exēplo.
Prio rōne. In creatiōe angelorum ⁊ totius or
bis nihil deo de potentia eius tā absoluta q
ordinata repugnās fuit: qm vt dictū ē sup
dixit. et facta sunt. sed i creatiōe xginis deo
sm potētiā ordinatā mlta repugnātia fue
rūt. g admirationē maiorē reliqt deus in vir
ginis creatione q angelorum et totius orbis
Maior huius rōnis satis nota est. sed mi-

nor ꝓbatur. nã in creatiõe virginis ab eterno decreuit ꝙ semꝑ virgo esset nec tñ remaneret infecũda. Remaneret quidẽ virgo añ partũ: in partu ꝛ post partũ: qḋ de potẽtia ordinata fieri nõ poterat. Item ab eterno decreuerat ꝙ hec benedicta ꝟgo sine virili semine cõciperet nõ hominẽ sed deũ et hominem Et hec de potẽtia dei ordinata erãt impossibilia. Natura em̃ nõ patiť ꝙ virgo cõcipiat sine virili semine. cum in semĩe virili cõsistat virtus formatiua. Item nõ patitur ꝙ generetur deus. et tñ gloriosus deꝰ de potẽtia sua absoluta oĩa ṗdicta in gloriosa virgine ꝑfecit. qm̃ et virgo deũ genuit ꝛ virgo semꝑ fuit atqꝫ ꝑmansit. Secũdo ꝓbať hec cõclusio auctoritate Ezech. xliiij Cõuerti inquit me ad vnã portã sanctuarij exterioris que respicit ad orientẽ ꝛ clausa erat. et dixit dñs ad me. Hec porta clausa erit in eternũ et nõ aperieť. et vir nõ trãsiet ꝑ eam: quoniã dñs deus israel ingressus est ꝑ eam. i. ingredieť accipiẽs ṗteritũ ꝓ futuro more ꝓphetarũ. Hec porta virgo gloriosa ẽ porta quidẽ huius seculi ꝑ quã ingressus est deus in hunc mundũ vt oẽs illuminaret. Et ꝑ quã accessum habemꝰ ad deum vt ait Bern. Et clausa erit in eternũ qꝛ virgo añ partũ: in partu et post partum qḋ mirabilius est q̃ꝫ creando angelos ꝛ totum orbem. Tertio ꝓbať hec cõclusio exẽplo. Nã scti angeli tantã virginis dignitatem miranť et cõtemplanť. Cañ. vj. Uiderunt eã filie syon. i. angeli. Syon em̃ speculatio interpretať. Et angeli semꝑ speculanť faciẽ patris q̇ in celo est. ergo a fortiori humana natura debet illã admirationẽ summam cõtemplari. Inde ipa ait Lu. j. Beatam me dicẽt omnes generatiões. Et ideo loquente Iesu ad turbas: extollẽs quedã mulier vocẽ de turba dixit. Luc. j. quare ꝛc̃ Tertio ꝓpter singularẽ hereditationẽ. vbi pono hanc ꝯclusionẽ. Cũ maria rõne creationis sit filia primogenita ante omnẽ creaturã merito cõstituiť heres xp̄i in toto regno celesti. D Pro veritate huius cõclusionis nota ꝙ principalis rõ quare creatus est homo est vt regnũ eternũ possideat Audi Gre. in moral. Ad hoc inq̇t erat hõ positus in paradiso vt se ad cõditoris sui obedientiã vinculis charitatis astringeret et ad celestẽ angeloꝝ patriam sine carnis morte trãsiret. Hec ille. Sed ꝯstat illũ in obediẽtia corruisse. ergo merito priuať hereditate. Sic em̃ iura volũt ꝙ q̇cũqꝫ parẽtibꝰ suis manꝰ iniecerit: aut grauẽ aut inhonestã iniuriã eis ingesserit merito exheredit etur ꝛ posset alius heres institui. vt i aut. vt cũ de appel. cog. §. causas. col. viij. et i. c. quintauallis. vbi bona glo. de iureiuran. Sed ṗmus hõ q̃ntã deo iniuriã cõtulerit peccando noscis. ps̃. Homo cũ in honore esset nõ intellexit cõparatꝰ est iumẽtis insipientibꝰ ꝛ similis factꝰ est illis. g̊ merito ṗuatur hereditate ꝛ debet alius heres institui P Hoc ṗsupposito ꝓbo auctoritate rõne et exẽplo. Et ṗmo rõne sic. Ille merito regni celestis dꝫ heres institui in q̊ nulla fuit causa exhereditatiõis. Sed in virgine nulla fuit causa exhereditatiõis. g̊ merito illa dꝫ heres institui. Cõsequentia nota cũ maiori apud oẽs iuristas. Minor patꝫ. nũq̃ꝫ em̃ fuit aut nũq̃ꝫ erit creatura sic suo obediens creatori: sic reseruãs honorem. sicqꝫ volũtati diuine cõformis sic gloriosa virgo. ergo ipa nullo pacto debuit exheredit ari. ptꝫ ꝯsequẽtia. qm̃ nulla alia de causa ṗuatus fuit primꝰ hõ hereditate nisi qꝛ illa nõ seruauit. Antecedẽs ptꝫ ꝑ Amb. li. de ꝟginitate. Quid inq̇t nobiliꝰ dei matre. q̇d splendidiꝰ ea quã splẽdor elegit. Quid castius ea q̃ corpꝰ sine corpis ꝯtagione generauit. et vt de ceteris eiꝰ virtutibꝰ taceã. virgo erat nõ solũ corꝑe sed ꝛ mente. corde humilis. verbis grauis. aĩo prudẽs. loq̃ndi parcior. legẽdi studiosior ꝛc̃. Quid em̃ i singulis moror q̃ digna fuit ex q̃ filius dei nasceret. Hec ille. Scđo hec ꝯclusio ꝓbať auctoritate Eccĩ. xxiiij. Ego ex ore prodiui primogenita añ oẽm creaturã. Et ibidem. Ab initio ꝛ añ secula creata sum ꝛc̃. Et in hodierna lectiõe misse. puer. viij. Dñs possedit me ab initio viarũ suaꝝ añq̃ꝫ q̇cq̃ꝫ faceret a ṗncipio. Intellige ṗdicta nõ tꝑe sed dignitate ꝛ ṗelectiõe. Ex q̇bꝰ formo hãc rõnẽ ṗdictã cõfirmantẽ. Nullꝰ ṗmogenitus dꝫ iure suo ṗuari cã legitima nõ obstante. sed ꝟgo est oĩm ṗmogenita. g̊ iure suo priuari nõ dꝫ. primogeniti aũt iure fiũt heredes. Gen. xxv. g̊ ipa ṗ oĩ creatura ṗmogeniti obtinuit dignitatẽ. Q Pro q̊ nota ꝙ in vete. test. ꝛ hodie ṗmogeniti ṗcesserũt in multis. i q̇bꝰ ꝫm spũales ṗrogatiuas ꝟgo

gloriosa primogenita fuit. Primo sunt ꝓ-
res in sede. Geñ. xliij. Sederũt coram Jo-
seph primogenit⁹ iuxta ꝓmogenita: et mi-
nimus iuxta etatẽ suam. Sic maria fuit
ꝓmogenita in sede, qꝛ sup̱ oẽs creaturas in
celesti throno est exaltata. vt canit ecclesia.
ps̃. Astitit regĩa a dextrꝭ tuis ⁊c̃. Ecc̃i. xxiiij
Ego in altissimis habito. Scd̃o ꝓmoge-
niti sunt in dignitate successores. Vñ pri-
mogenitus regis rex est. Geñ. xlix. Ruben
primogenit⁹ meus maior imp̱io. Sic ma-
ria est primogenita in dignitate. Hester. ij.
Adamauit eam rex sup̱ oẽs mulieres ⁊ po
suit diadema regni sup̱ caput eius. Tertio
primogenit⁹ potior est in hereditate. Geñ.
xxv. dixit Jacob ad Esau. Vẽde mihi ꝓ-
mogenita tua ⁊c̃. Sic maria est ꝓmogeni
ta ĩ hereditate. Ecc̃i. xxiiij. Et in hereditate
dñi. i. filij mei q̇ est dñs dominantiũ mora-
bor. Quarto primogenitus est in venera-
tione nobilior. Geñ. xxvij. Tu es Esau pri
mogenitus meus. Qui rñdit. Ego sum. et
pater ad eũ. Incuruent̃ añ te filij mr̃is tue.
Sic maria est primogenita in veneratiõe
et merito: qꝛ mater dei. et ideo sicut bon⁹ fi-
lius honorat eam. Ecc̃i. xxv. Obuiabit illi
quasi mater honorificata. Quinto primo-
genitus ẽ in benedictiõe maior. Geñ. xxvij
Qui bñdixerit tibi sit benedict⁹ ⁊ ip̃e. Sic
maria est primogenita in benedictiõe. Lu.
j. Beatã me dicẽt oẽs generatiões. Et Ju-
dith. xiij. Nõ recedet laus tua de ore homi
num. Sexto in veste delicatior. Geñ. xxvij.
Vt sensit odorem vestimentoꝝ ⁊c̃. Et loq̇-
tur de vestibꝫ Esau. Sic maria est primo-
genita in veste delicata. qm̃ iã duplici glo
ria. scꝫ corp̱is et anĩe est ornata. Apoc̃. xij.
Mulier amicta sole ⁊ luna sub pedibꝫ ei⁹
⁊c̃. Tertio hec ꝯclusio ꝓbatur exẽplo. Pre
nimia em̃ claritate ⁊ hereditate celi angeli
dicebãt ad seinuicem. Cañ. iij. Que est ista
q̃ ascendit p̱ desertuꝫ sicut virgula fumi ex
aromatibꝫ myrre et thuris. Et dicit̃. sic̃ vir
gula fumi. Sicut fumus in modum virge
formatus in terra orit̃ leuiter exalans sur-
sum versus celum tendit. Sic gloriosa vir
go in terra orta ẜm carnẽ leuiter exalans. i.
sine pctõ viuens celos ascẽdit. Propterea
dicit̃ ꝙ virgula fumi generata ẽ ex aroma-
tibꝫ myrre ⁊ thuris. non ex vaporibꝫ terre-
stribꝫ: qꝛ virgo lasciua nõ fuit. neqꝫ ex vapo
ribꝫ ignis resolutis. qꝛ virgo sup̱ba non
fuit. sed ex aromatibꝫ myrre ⁊ thuris. myr-
re. i. integritatis carnis. qꝛ myrra a putre-
factione p̃seruat. ⁊ thuris. i. deuotiõis mẽ-
tis. qꝛ thus in sacrificijs offert̃. ps̃. Ascen-
dat orõ mea sicut incensum in ꝯspectu tuo

R Secundo maria est liber nobilissi-
mus generatiõis Jesu xp̃i. Vbi pono hãc
cõclusionẽ. Virgo gloriosa ẜm carnem est
nobilior p̱sona siue creatura omnibꝫ crea-
turis q̃ in humana creatura fuerũt sint aut
possint generari. Hec ꝯclusio ꝓbat̃ aucto
ritate ⁊ rõne. Primo auctoritate. Matth. j.
Quadragintaduo nobiles viri fuerũt a q̇-
bus descendit beata virgo ẜm carnẽ. Vñ
sicut ait Matth. j. Oẽs ita generatiões ab
Abraam vsqꝫ ad Dauid generatiões. xiiij.
et a Dauid vsqꝫ ad trãsmigrationẽ babylo
nis generatiões. xiiij. et a transmigratione
babylonis vsqꝫ ad christũ scꝫ inclusiue ge-
neratiões. xiiij. Ex q̇bus verbis pꝫ ꝙ vir-
go fuit ẜm carnem. primo ex. xiiij. patriar-
chis. et ex. xiiij. regibus. et ex. xiiij. ducibus
et principibus prout enumerant̃ in hodi-
erno euãgelio. Luc̃. quoqꝫ. iij. ca. describẽs
nobilitatẽ originis sue exordiens ab Adã
et Eua vsqꝫ ad christum deum genealogi-
am suam protraxit. Secundo probat̃ con
clusio ratione. Habemus nanqꝫ ꝙ domin⁹
noster Jesus christus qui sine matre fuit
in celis ⁊ sine patre fuit in terris totã a ma
tre virgine humanitatem accepit et digni-
tates que humanitatem sequuntur. scilicet
cõsanguinitatis et cognationis vt dicere-
tur filius Dauid et habere fratres ex nobi
li parentela totum hoc a benedicta matre
accepit. ꝙ etiam esset vltimus dux. vltim⁹
rex. vltimus patriarcha totius populi is-
rael. Unde hoc habuit nisi a virgine glo-
riosa: vt ex hoc manifeste clarescat ꝙ om-
nis nobilitas corporalis concessa huma-
no generi in Adam a deo principaliter da
ta est vt descenderet per multas generatio-
nes et per virginem matrem terminaretur
in christo. Ex quibꝫ patet ꝙ tanta fuit hec
nobilis parentum dignitas ꝙ tota nobi-
litas iudeorum exhausta est et in christo et
Maria eius matre gloriosa terminata. ex
qua postea omnis dignitas et nobilitas
christianorum ortuum sumpsit. Hoc eti-
am manifesta experientia monstrat ꝙ post

K Secundũ de odio pximi declarandũ dicit̃ fructificatiõis. Ad cuius euidentiam nota q̃ odiũ pducit tres fructus pessimos. Primus dicit̃ induratiõis, secũdus crudelitatis, tertius damnificatiõis. Primus fructus malus odij dr induratio nis. Indurat enim odiũ cor terribiliter vt merito de odiente possit illud verificari qd dicit̃ de diabolo Job. xlj. Cor eius indurabit̃ quasi lapis. Cõditiones aũt duri cordis ponit Berñ. in li. de cõsideratione dicens. Cor durũ est qd ptritiõe nõ scindit̃, pietate nõ emollit̃, pcibus nõ flectit̃, minis nõ cedit, flagellis obdurat̃. Hec oĩa impleri vident̃ in odiente, nam cor eius nõ põt habere cõtritionẽ, vñ nec in pfessione absolutionẽ, nec veniam, nec cõmunionẽ. Expresse em̃ dr in. c. falsas. de pe. di. v. q̃ talis q̃ odium tenet in corde admitti non debet ad penitentiã, scz q̃ absoluat̃ a cõfessore, et quãto magis pmanet in odio tãto magis indurat̃. Pietate nõ emollit̃ talis, qr et si videat inimicũ in aduersitate nõ cõpatitur, sed appetit ei maiora mala vsq ad cõsumptionẽ. Sicut iudei odientes christũ non fuerũt moti pietate ad ipm cũ viderẽt eum terribiliter flagellatũ, qd tñ fecit pilat⁹ flectendo eos ad pietatẽ erga eum, sed omnino voluerunt eum crucifigi vt satiarentur de penis ei⁹ acerbissimis. Item odiẽs nec flectit̃ pcibus. Nam si amici et vicini religiosi et plati deprecent̃ tales vt odia dimittãt et inimicicias nõ acquiescũt, q̃nimo nec pcibus ei⁹ ad quẽ odiũ habent etiã iniuste flectunt̃ pcibꝫ. Sicut nec iudei pcibꝫ Stephani orantis p lapidãtibꝫ quẽ iniuste oderãt. Item nõ cedit minis odiẽs, qr et si fiãt ei pminatiões a pdicatoribꝫ mltorum malorum q̃ de⁹ p odio infert et pcipue eterne damnationis non videt̃ curare sed nec minas dei. Itẽ odiẽs flagellis obdurat̃, nam incurrit dãna et infirmitates, mortẽ familie sentit et tñ odiũ tenet, vñ et in nouissimo male habebit, sicut dicit sapẽs. Cor durũ male habebit in nouissimo, qr in morte cũ odio trãsiens a demonibꝫ cruciãdus ad inferna descendet. Secundus pessimus fructus odij est crudelitas, nulli placere sinit odiuz nec amico nec consanguineo. Cayn ex odio ita crudelis factus est vt non parceret germano Abel innocenti. Egyptij qr oderãt

hebreos. vt habetur Exo. j. affligebāt eos mult; modis ꝛ obprobrijs: adeo crudeles effecti ad eos vt mādaret Pharao oēs mares cū nascerent͂ submergi ī flumine: quid crudelius esse poterat. Iratus herodes ex odio quē ꝯcepit ad regē iudeoꝝ recēter natum scʒ xp̄m vt occideret eū: occidit oēs pueros etiā filios ꝓprios a bimatu et infra in finibꝫ Bethleem repertos. vt hʒ Math. ij. Lancea Longini milit; nō fuit ita crudelis sicut est odiū. qꝛ illa trāsuerberauit corpꝰ mortuū. odiū aūt aīam viuentē ꝛ aliqñ corpus. ¶ Tertius fructꝰ odij ē damnū Nā odiū q̄rit in exoso septē genera dānorū vel sil' vel sepatim. et in q̄libet est mortale. Primū ī substātia appetēs q ipam amittat vel diminuat. et ad hoc opat͂ si pōt p se vel p alios. Scōm in fama. qꝛ detrahit sibi et bona audita de eo peruertit dicēs malam intentionē habere. Tertio ī patria. qꝛ querit quō expellat͂ de ciuitate vel saltem hoc desiderat. Quarto in familia. qꝛ appetit infirmitates: vel mortē filioꝝ: vel dānationē ꝛ iniurias eiꝰ. Quinto in libertate. qꝛ appetit q incarceretur ꝓpter debita vel al's. etiā q seruituti subijciat͂. Sexto in corpore. qꝛ cupit illum infirmari vel mori. vñ et imprecat͂ ei multas maledictiones. ꝛ si ipe nō velit p se occidere: optat tñ vt alius vel deus hoc faciat in vindictā sibi. Septimo in aīa. qꝛ vellet animā eiꝰ ad inferna descēdere. Quodlibet hoꝝ q̄s appetēs ꝓximo ex odio mortaliter peccat. Ita nō fecerūt scti apostoli Symon ꝛ Judas: sed salutē ꝓximoꝝ valde dilexerūt: ita q in Persia p annū et tres menses plus q̄ȝ sexaginta milia hoīm cū rege cōuerterūt. vt hʒ in legenda: quā hic applica. ¶ Tertiū de odio ꝓximi declarandū dꝛ punitio. De q̄ loquit͂ ps. Posuerūt aduersum me mala p bonis et odium p dilectiōe mea. Cōstitue sup eū peccatorē ꝛ diabolꝰ stet a dextris eius. Cū iudicat͂ exeat cōdemnatus ꝛc. Ubi tangit͂ triplex punitio odij. scʒ tpalis. spūalis. ꝛ infernalis. Primo punitio tpalis. ibi. Cōstitue sup eū peccatorē. id est ꝯstitues sup odientē peccatorē. scʒ ad dominandū ꝛ affligēdum. Sic accidit odiētibꝫ q in punitionē pcti eoꝝ deꝰ subijcit eos pctōribꝫ qui affligant eos. Sicut factum est in iudeis xp̄m odientibꝫ p Titū et Vespasianū. Jō dicit ps. Dñati sunt eoꝝ q̄ oderunt eos. Scōa punitio spūalis notat͂ ibi. Diabolus stet a dextris eiꝰ. Dextra spūalis hoīs est opus de genere bonoꝝ. vt elemosyne: ieiunia et hmōi. Sed stat diabolꝰ ad dextrā odiētis. qꝛ tollit sibi fructū oīs boni opis. Nam vt ait apl's. j. ad Coꝝ. xiij. ca. Si distribuero oēs facultates meas in cibos pauperū. et si ꝛc. nihil mihi pdest. scʒ ad meritum sine charitate hec faciendo. Ideo vt ait Augꝰ. tolle charitatē: odiū tenet. nil ita ꝯtrarium charitati vt odiū. Impossibile est q̄ charitatē dei inesse vbi est odiū. ꝓpter qd diabolus a dextris eiꝰ stare dꝛ. scʒ ad auferenduȝ sibi fructū. Tertio punitio infernalis notatur ibi. Cū iudicat͂ scʒ in morte a deo exeat cōdemnatꝰ ad penas eternas. sicut patet in parabola Math. xviij. de seruo debitore decē miliū talentoꝝ: q̄ ex eo q noluit ꝯseruo dimittere centū denarios: qd signat retentionē odij ex iniuria recepta tradidit eū tortoribꝫ. i. demonibus q̄usqȝ redderet vniuersum debituȝ. qd exponit͂ de odio. ꝓpter qd q̄s moriēs cū eo ꝯdemnat͂ ad penā inferni. Ita ꝓpt͂ odiū duoꝝ magoꝝ p̄dictoꝝ euenit: q̄ ictu fulminis ī carbones sunt cōuersi ꝛ ppetuis cruciatibꝫ addicti. qꝛ ī ciuitate q̄dā noīe Semair. lxxx. pōtifices idoloꝝ cōtra eos cōcitauerūt p q̄s in templo solis sunt trucidati. Applica hic legendam vsqȝ ad finem ꝛc.

Sermo alius de sanctis Symone et Juda aplis. XCI.

wann. XVIII.

Nimis honorati sūt amici tui deꝰ: nimis cōfortatꝰ ē pncipatꝰ eoꝝ. ps. cxxxviij. et canit eccl'ia ī officio hodierno. Quantū p̄ ceter; dei scti sūt honorādi apl'i liquet ex mult; singularibꝫ p̄rogatiuis q̄bꝫ xp̄s dñs illos p̄ ceteris honorauit ꝛ magnificauit. ¶ Ipi em̄ sunt q̄bꝫ dñs p̄mū tradidit corpus ꝛ sanguinē suū in cibū ꝛ potū: et vt alijs in sui memoriā darēt et ipi celebrādo sumerēt p̄cepit: cū dixit. Hoc facite in meā cōmemorationē. Hi sunt q̄bꝫ p̄mū dñs dedit ptātē remittēdi ꝛ retinendi pctā dicens. Quoꝝ remiseritis pctā remittunt͂ eis. ꝛ q̄rū retinueritis pctā retēta sūt eis. Hi etiā sūt q̄ familiariter cū dño hic in mundo vixerūt.

quos ⁊ dñs instituit iudices super duodecim tribus israel dicēs. Uos sedebitis sup sedes .xij. iudicātes duodecim trib⁊ israel. hoc est oēs viuos ⁊ mortuos. Erūt enī assessores xp̄i dñi in finali iudicio. Ideo merito sunt a nobis honorandi. qꝛ ꝓpheta testante sunt nimis honorati. q̄si di. Tantuz honorē nō valemus eis hic impendere in hoc mūdo quin sint maiori honore digni. Specialiter aūt a nobis sunt honorandi hodie sancti ap̄li Simon ⁊ Judas q̇bus nō solū ea q̄ dicta sunt cōueniunt. Sed et etiā ampliori p̄rogatiua relucēt. qꝛ cognati sūt xp̄i dñi. qꝛ filij sororis virginis bn̄dicte. quoꝝ pater Cleophas. Ideo bn̄ ꝺ eis recitaꝛ thema p̄missum. Nimis honorati sunt amici tui deus ⁊c̄. vbi supra. Pro grā dicam⁹. Aue maria. In his ꝟbis duo nobis insinuāꝛ ad laudē beatoꝝ ap̄loꝝ Simonis et Jude vicz ipoꝝ honor et principatus siue dominiū. honor tangiꝛ cū diciꝛ Nimis honorati sunt amici tui deus. ꝑncipatus vero siue dominiū vel auctoritas cū subiungiꝛ. Nimis cōfortatus est principat⁹ eoꝝ. scz a xp̄o dño q̇ eos p̄ncipes constituit sup omnē terrā. Circa primū est aduertēdū ꝙ glo. exponit h̄ ꝟbū nimis. i. valde vel vltra q̄ꝫ dici posset. Sunt ergo valde honorati vel honorandi ap̄li quoꝝ hodie festū agim⁹ qꝛ amici dei. Dicit enī ꝓpheta. Nimis honorati sunt amici tui de⁹. Et saluator Joh. xv. eos alloq̇ꝛ vnacū alijs ap̄lis dicēs. Uos amici mei estis si feceritis ea q̄ p̄cipio vobis. Et iteꝝ ibidē. Uos aūt dixi amicos qꝛ q̄cunqꝫ audiui a patre meo nota feci vobis. Et Luc̄. xij. Dico aūt vob amicis meis ne terreamini ab his q̇ occidūt corp⁹ ⁊ post hoc amplius non habent q̇d faciāt. In q̊ aūt potest q̇s ampli⁹ honorari q̄ꝫ vt veri dei veraciter appelleꝛ amicus. Si enī honorificū reputatur iter amicos terreni regis ascribi: q̄nto plus debet honorabile reputari celestis regis esse amicū. O Pro quo notandū ꝙ inter veros amicos debēt esse tria. Cōmunitas euētuū. cōmunicatio secretoꝝ. ⁊ cōmunio voluntatuz. Cōmunitas euentuū ita ꝙ id qꝺ vni accidit boni siue mali sibi factū reputet ⁊ de eo tāq̄ꝫ sibi exhibito gaudeat vł doleat. Cōmunicatio secretoꝝ ita ꝙ vnus alteri secretū suū nō abscondat. Cōmunio volūtatū id est ꝙ vnus ab alterius voluntate nō discordet. Sed dolendū est, quia heu tales amici rarissime nūc inueniunꝛ q̇bus hec tria cōuenirent quin potius verificāꝛ de amicis ea q̄ scripta sunt. Eccī. vj. Est amicus ſm tp̄s suū ⁊ nō ꝑmanebit in tp̄e tribulationis. Et sequiꝛ. Est ⁊ amic⁹ q̇ cōuertiꝛ ad inimiciciā. ⁊ est q̇ odiuz ⁊ rixā ⁊ ꝯuicia denudabit. Et iterum ibidez. Est amicus socius mense ⁊ nō ꝑmanebit ī die necessitatis. Et post pauca dicitur ꝺ vero amico. Amico fideli nulla ē cōꝑatio. non est digna ponderatio auri ⁊ argēti contra bonitatē fidei illius. Ecce iam audistis q̄les sunt ꝯditiōes amici falsi ⁊ ficti. ⁊ q̄les amici veri. Nā ex supradictis trib⁊ cōprobatur fidelis amicicia. q̄ tria vtiqꝫ xp̄s domin⁹ habuit ad suos discipulos q̇s amicos suos dixit. ⁊ nō solū ad illos. sed et ad oēs q̇ voluntatē eius faciūt. Primo ḡ erat cōmunitas euentuū inter xp̄m et apostolos. xp̄s enī tā insolubili charitate sibi cōiunxit ap̄los vt ipoꝝ euent⁹ reputaret suos. vn̄ eis dixit. Qui vos audit me audit. ⁊ q̇ vos spernit me spernit. ⁊ q̇ vos recipit me recipit. Mat. x. ⁊ Luc̄. x. Et nō solū ꝓ illis duodecim dixit hoc sed ꝓ oībus q̇ facturi erāt voluntatē ei⁹ vt supra dixi. Propter quod Saulo dicebat Act. ix. Saule saule q̇d me ꝑsequeris: durū est tibi cōtra stimulū calcitrare. qꝛ illud qꝺ saulus fecit cōtra xp̄ianos xp̄s sibi factū dixit. q̄si diceret. ꝑsequēdo xp̄ianos me ꝑsequeris. Idē q̄ꝫ Petro q̄renti. Dñe q̊ vadis. rn̄dit. Uenio romā iterū crucifigi. Ip̄e q̇dez impassibilis regnabat ī celis ⁊ tn̄ passibilē se dixit in terris. quoniā ⁊ sua reputat esse suoꝝ ⁊ suoꝝ reputat esse sua. Un̄ dicebat. Uolo pr̄ vt vbi ego sū illic sit et minister me⁹. Joh. xij. Et iterū Joh. xvij. Pater q̇s dedisti mihi volo vt vbi ego sū ⁊ illic sint mecum vt dilectio qua dilexisti me in ip̄is sit ⁊ ego in ip̄is vt sint vnū sicut ⁊ nos vnum sum⁹. Scd̄o xp̄s ap̄los tā sincera amicicia sibi copulauit ꝙ suoꝝ eos fecit ꝯscios secretoꝝ. Iuxta illud. Iā nō dicā vos seruos sed amicos. qꝛ seruus nescit q̇d faciat dñs eius. vos aūt dixi amicos qꝛ oīa q̄cūq̄ꝫ audiui a pr̄e meo nota feci vobis vbi supra Joh. xv. P Sed diceret q̇s. quō verū ē ꝙ oīa q̄cunq̄ꝫ audiuit a patre nota

fecit apl'is cū dicat postea Jo.xvj. Adhuc multa habeo vobis dicere sed nō potestis portare mō. Ad hoc rñdet Inno. in q̄dā sermone de apl'is. Considerandū est quis hoc dixerit. ille pfecto q̄ dixit ⁊ facta sunt. q̄ cūcta fecit anteq̄ fierēt. cui sūt futura p̄terita. vel poti⁹ cui sūt vniuersa p̄ntia tam p̄terita q̄ futura: qm̄ q̄ viuit in eternū creauit oīa simul. Eccl. xviij. Quedam ḡ q̄stuz ad ipm notificauit xp̄s apl'is q̄ q̄stuz ad illos notificanda erāt eisdē. Vn̄ inq̄t Joh. xvj. Cū venerit ille sp̄ūs veritatis docebit vos oēm veritatē. xp̄s ergo tāq̄ ver⁹ amicus reuelauit apl'is suis occulta. sic ḡ q̄cū q̄ audiuit a patre nota fecit apl'is nō ante passionē suā sed post ascensionē i celū mittendo eis spiritūsanctū. lz illud tunc eēt futurū cū diceret. tn̄ sibi erat tāq̄ p̄ns. ⁊ ideo oīa q̄ audiuit a p̄re saltē eis ad salutē necessaria reuelauit eis. Ad hūc sensum intelligitur verbum xp̄i ⁊ tunc nō est ꝯtrarietas. Tertio apl'i bn̄ dicebāt veraces amici dei ꝓpter cōmunionē ⁊ vnionē voluntatū cuz deo. ipi enī tanq̄ veraces amici voluntatē dn̄i sui pfecerunt sicut eis dixit vbi supra. Vos amici mei estis si feceritis ea q̄ precipio vobis. Et iterū. Si q̄s diligit me sermonē meū ꝯuabit. Joh. xiiij. Et iterꝝ. Qui fecerit volūtatē p̄ris mei q̄ in celis est ipse meus frater ⁊ soror ⁊ mater ē. Matth. xij. Quapropter extendēs manus suas in discipulos ait. Hec est mater mea. ⁊ fratres mei hi sūt. Et ideo nimirū q̄ ipe aīam suā pro eis posuit ⁊ ipi pro illo aīas suas posuerūt. Maiorē aūt charitatē nemo habet vt aīam suā ponat q̄s p amicis suis Joh. xv. Qđ fec xp̄s et discipuli eius. Unde et apl'i gaudētes ibāt a ꝯspectu concilij qm̄ digni habiti sūt p noīe Jesu ꝯtumeliā pati. Act. v. Memores enī erāt apl'i verboꝝ magistri sui dicētis. Qui me ꝯfessus fuerit corā hoīb⁹ cōfitebor ⁊ ego eum corā patre meo. ⁊ qui me erubuerit ⁊ ꝯmones meos: hūc erubescet fili⁹ hoīs cū venerit in maiestate sua ⁊ p̄ris ⁊ scōꝝ angeloꝝ. Lu. ix. O vtinā hoc attenderēt multi q̄ sibi verecundiam putāt p̄dicare ꝟbū dei. multi etiā verecundant̄ d̄ bono ope ⁊ ꝓpter verecundiam sepe ab incepto desistūt. Timendū est in illis verificari verbū saluatoris iam expressum. Ecce iam patz quō apl'i dei Simon et Judas et alij oēs sunt nimis id est valde honorati ⁊ honorādi. vtiq̄ valde honorati. q2 amici singulares et veri xp̄i dn̄i ꝓpter cōitatē euentuū. cōicatione secretoꝝ ⁊ cōmunionē voluntatū ad sensum expressū. Et hinc est q̄ ex magna amicicia et charitate ad xp̄m beatissimi apl'i Simō ⁊ Judas p xp̄o mori nō timuerūt bn̄ ꝯsiderantes verbū amici sui dn̄i dicētis. Dico vobis amicis meis ne terreamini ab his qui occidūt corpus: aīaz aūt nō p̄nt occidere. Vn̄ ⁊ ipsi pariter p xp̄o trucidati sunt per pōtifices tēploꝝ postq̄ suis orōnib⁹ simulacra ꝯfregerūt ⁊ cū tunc magna esset serenitas duo magi ictu fulguris i carbones sunt versi ⁊ templū tripharie scissum. sicut clarius hoc refert legēda eoꝝ. Q. Circa scōm videlz principatū vel dominium apl'oꝝ est notandū ꝯm Innocentiū vbi supra. q̄ tria sunt ex q̄b⁹ cōmendat̄ p̄ncipat⁹ siue dominiū apl'oꝝ. scz dignitas. auctoritas. et potestas. De dignitate ait veritas apl'is Luc. xxij. Vos estis qui ꝑmansistis mecū in tēptationib⁹ meis et ego dispono vobis regnū sicut pater me⁹ mihi disposuit vt edatis ⁊ bibatis sup mensam meaz in regno meo. O q̄nta dignatio dn̄i. q̄nta dignitas serui. vt vicz seru⁹ dn̄o coheres ꝯstituatur in regno. edatq̄ panē vite q̄ de celo descēdit. ⁊ bibat vinū qđ de latere xp̄i profluxit: sup mensam altaris in regno eccl'ie militātis. De his etiā apl'is ⁊ eoꝝ dignitate dicit̄ ad sponsam p p̄s. l. ad eccl'iaz militātē. Pro patrib⁹ tuis nati sūt tibi filij cōstitues eos p̄ncipes sup oēm terraz. Duodecim enī apl'i nati sūt eccl'ie p duodecim patriarchis totidēq̄ ꝓphetis: q̄s ipa p̄ncipes ꝯstituit sup oēm terrā. Qm̄ ipi sūt p̄ncipes ꝓploꝝ q̄ cū deo Abraam cōgregati sūt. Sicut fili⁹ dei d̄r de⁹ Abraā Isaac et Jacob cū q̄ erāt ꝯgregati apl'i. Est tn̄ verum q̄ iste p̄ncipatus nō ꝯfert dominiū sz tribuit mysteriū: qm̄ iterdicit̄ dominatio ⁊ indicitur ministratio. Juxta qđ dn̄s ait apl'is vbi sup. Principes gentiū dominātur eorū ⁊ q̄ ptātez habēt sup eos benefici vocant̄. vos aūt nō sic sz q̄ maior est inter vos erit sicut minor. ⁊ q̄ p̄cessor sicut ministrator. q2 q̄ se humiliat exaltabit̄. Vn̄ scriptū ē Eccl. iij. Quanto maior es humilia te in omnib⁹. Et eiusdē. xxxij. Rectorem te

posuerũt noli extolli sed esto in illis quasi vnus ex ipis. quãto eni humilior est subli mitas tãto sublimior est humilitas. Ideo sint humiles q̃ volũt esse sublimes Scdo principat⁹ aplõꝝ cõmendat̃ ex autoritate. quã autoritatẽ dñs aplis cõmendauit cũ dixit. Accipite spiritũsanctũ quoꝝ remise ritis peccata remittũt̃ eis: ⁊ quoꝝ retinue ritis retẽta sũt. Joh. xx. Facti aũt sunt pn cipes tã corpoꝝ q̃ iudices aiaꝝ. q cum se derit filius hois in sede maiestat̃ sue sede bunt ⁊ ipi sup sedes duodecim iudicãtes duodecim trib⁹ isrl̃. Mat. xix. R Ubi dicit Innoc. q numer⁹ duodenari⁹ sit spe cialiter sacratus in duodecim aplis. i. duo decim ꝓphetis. in. xij. patriarchis. in. xij. ex ploratorib⁹. in. xij. principib⁹. in. xij. tribu bus. in. xij. fontib⁹. xij. lapidib⁹. et. xij. sedi bus. in. xij. horis. xij. mensibus. et. xij. an nis. i. xij. signis. xij. stellis. et. xij. gemmis. in. xij. portis. xij. angelis. et. xij. fundamen tis. in. xij. virgis. xij. cubitis. xij. cophinis. in. xij. phialis. xij. acitalib⁹. et. xij. mortario lis. in. xij. bubalis. i. xij. leũculis. ⁊. xij. arie tibus. Est autẽ numer⁹ supabundans con stans ex duob⁹ senarijs significantib⁹ ꝑfe ctionẽ cogitatiõis ⁊ opis siue mẽtis ⁊ cor poris. Et ex ternario multiplicato ꝑ q̃ter nariũ. ⁊ q̃ternario ꝑ ternariũ significanti bus fidẽ indiuidue trinitatis. ⁊ q̃ttuor euã gelistaꝝ doctrinã: siue tres ꝟtutes theolo gicas ⁊ q̃ttuor cardiales. Cõstat etiã duo denarius ex quinario ⁊ septenario. Quina rius repñsentat sensum q̃ spectat ad corpus septenari⁹ aũt dona q̃ spectãt ad spiritum. Uñ xp̃s primo de q̃nq3 panib⁹ ordeaceis ꝓpt̃ vitã actiuã. cui deseruiũt q̃nq3 sensus corpis. et postea de septẽ panib⁹ triticeis. ꝓpter vitã cõtẽplatiuã cui deseruiũt dona spũs ꝑ man⁹ aploꝝ multitudinẽ satiauit. Hic numer⁹ ex duab⁹ ptibus constat. vi3 duob⁹ senarijs q̃ ꝑfectionẽ corpis et aie si gnificare solẽt Hui⁹ aũt duodenarij myste rium ⁊ sacramentũ bñ expressit Johãnes in Apoc. vij. cũ vidit ex oi tribu filioꝝ isrl̃ duodecim milia signata ⁊c̃. Tertio princi patus aploꝝ cõmẽdat̃ ex potestate. Pote statẽ aũt saluator cõmemorat dicẽs. Cõuo cat̃ duodecim discipulis dedit illis pote statẽ spirituũ immundoꝝ vt eijcerẽt eos ⁊ curarẽt oẽm languorẽ ⁊ oẽm infirmitate3.

Mat. x. hinc illis alebat. Si habuerit̃ fi dem sicut granũ sinapis dicetis mõti huic transi hinc ⁊ trãsiet. Mat. xvij. Unde ait Jo. xiiij. Qui crediderit i me opa q̃ ego fa cio ⁊ ipẽ faciet ⁊ maiora horum faciet: qm̃ oia possibilia sũt credẽti. Mar. ix. Uñ re uersi sũt discipuli cũ gaudio dicẽtes. Dñe etiã demonia subijciunt̃ nobis i noie tuo. Ideo ait apl's ad Heb. xj. Sancti ꝑ fide3 vicerũt regna. Et. j. Jo. v. Hec est victoria q̃ vincit mundũ fides nr̃a. Uñ et apl'i sua p̃dicatõe ⁊ doctrina fidẽ xp̃i ꝑ totũ mũdũ plãtauerũt. Uñ cũ ꝓhibiti fuissent apl'i i noie Jesu p̃dicare responderũt dicentes. Oportet deo magis q̃ hoib⁹ obedire. nõ est aliud nomen sub celo in q̃ oporteat ho mines saluos fieri. Act. iiij. ⁊. v. Ex oibus dictis in p̃ma pte diuisionis habem⁹ q̃n to honore digni sũt sãcti apl'i Simõ ⁊ Ju das ⁊ ꝯsequẽter oẽs alij q̃s de⁹ singulari ter amicos appellat. Et q̃re quib⁹ etia3 mo dis noscit̃ vera amicicia ⁊ in q̃ ꝯsistit. In scda pte habem⁹ in q̃ ꝯfortatus sit pncipa tus siue dominiũ aploꝝ puta i dignitate autoritate ⁊ potestate. ⁊ ꝑ ꝯsequẽs pt3 dif ferentia inter dignitatẽ ⁊ honorẽ ex vna. ⁊ iter autoritatẽ ⁊ potestatẽ ex altera. na3 ho nor ẽ exhibitio reuerẽtie. ⁊ sic honor est in honorante. Dignitas aũt est in honorato ex virtute aut ex virtuosis opib⁹. Ita diffe runt autoritas et potestas. Autoritas eni respicit ꝑsone dignitatẽ Potestas aũt ꝑso ne fortitudinẽ. Autoritas est in ligando ⁊ soluẽdo a peccatis. in imperãdo ⁊ p̃cipiẽ do subiectis. S3 potestas magis respicit fortitudinẽ in exequẽdo. multi eni habent autoritatẽ ex officio aliq̃d faciẽdi aut mã dãdi: s3 nõ habẽt ptãte3 id exequẽdi. Sed q laudes aploꝝ nõ sufficim⁹ dignas enar rare q nimis honorati sunt a deo. ꝯuerta mur ad p̃ces illos implorãtes suppliciter vt q̃ tantã dignitatẽ autoritate3 ⁊ ptãte3 a dño acceperũt q obtinere merent̃ quicq̃d postulant in noie saluatoris ipi ꝓ nob ⁊ ꝑ peccatis nr̃is interueniãt apud deũ q̃ illo rum p̃ces libẽter audit ⁊ exaudit. S Dubitat̃ circa dicta ex q̃ superius dictũ est de amicicia et q apl'i sint valde in hoc ho norati q facti sũt amici dei. i q̃ tñ differũt amici dei ab alijs amic̃ ⁊ q̃liter nosci pos sunt. Pro responsione ad hãc dubitatiõe3

est notandū q̄ triplex amicus ostendit̄ nobis in sacra scriptura. prim⁹ homo. secundus angelus. tertius deus. De primo dicit Aug⁹ li. v. omeliarū. omel. xxxix. distinguēs amiciciā hoīm ī tria genera. Est eñ quedā amicicia hoīm quam facit mala cōscientia. vt sunt hoīes q̄ pariter mala committunt. z ideo vident̄ sibi vniti q꞉ sūt mala ꝯsciētia ligati. vtputa in furto. in latrocinio. in fornicatione vel adulterio. et sic de alijs malis z peccatis. De hac dicit Aug⁹ q̄ nō ē dicēda amicicia ſ꞉ inimicicia. q꞉ tales sibīīnuicē ꝑdunt aīas suas in eternam damnationē Alia est amicicia hoīm honesta ſ꞉ carnalis. hominū inter se ꝑ ꝯsuetudinem colloquēdi cohabitandi z simul conuersandi ita vt ꝯtristet̄ homo cū deseritur ab amico cum q̄ solet loqui et habere conuentiones. de hac amicicia dic̄ Aug⁹ vbi sup̄. Ista amicicie dulcedo est honesta q̄dem sed cōsuetudinis nō rōnis. habet eñ illā z pecora. duo equi sil' manducant desiderāt se ad aliā diem si p̄cedit vn⁹ festinat alter desiderās quasi amicum suum vlz a sessore suo regitur et tamdiu impetu suo se ꝓuocat quousq̄ ꝑueniat. Et q꞉ ista amicicia ꝯsuetudinis est in peccatoribus nō est multū cōmēdanda. imo q̄n꞉ multū vituperanda. maxīe inter hoīes diuersi sexus. id est virū et mulierem. q꞉ ex tali amicicia oriunt̄ delectationes carnales z nōnunq̄ ꝑsone reputate sanctissime corruunt. Incipit eñ q̄nq꞉ talis amicicia a spū et ad carnalia degenerat. ¶ Potest tñ cognosci talis amor carnalis ꝑ q̄nq꞉ signa. Primū q̄ ī tali amore capti loquūt̄ ad inuicē pauca de spūalib꞉ z ꝟtutib꞉. z multa de tēporalibus z inutilib꞉. z ad talia verba vix sufficit eis tempus. Hec ergo sentiens caueat ne capiat̄ laqueo carnalis pcti. Per oppositū spiritualis amor amici pascit z pascit̄ spiritualib꞉ et ociosa fugit. Secundum signū q̄ inquieto corde cogitāt de se inuicem cū sunt a se absentes et libenter se mutuo viderēt. sed spiritualis amor quiescit in deo. z quē vere amat cōmendat deo orōnib꞉ quieto corde. nec cōpatit̄ nec congaudet amico nisi q̄tuz recta ratio dictat. Tertiū signū ē impatiētia conamici siue condilecti. vt si quē diligit vn⁹ alter tristat̄ aut timet se minus diligi: tristat̄ si alteri familiaris est. sed charitas oēm hominē diligit z cōdiligi letat̄ z de beneficio alteri īpenso ꝯgaudet. Quartū signū sunt munuscula. dulces lr̄e. sudariola z hmōi trāsmissa. q̄ ſm Hiero. xp̄i amor non habet. Naz talia cōseruata sepe dilectionē nociuā nutriunt z inspecta inficiūt. sed spūalis amicicia habet puras et crebras orōnes exhortatorias locutiōes z piarū necessitatū subuētiones Quintū signū ē inordinata dissimulatio vitioꝝ ad inuicē. ꝓditio maioris ꝓfectus in casu quo alteꝝ localiter distare oporteret z defensio alteri⁹ ī aliq̄ vitio vel excessu. Sz amor siue spūalis amicicia dicit illō Apoc. iij. Ego q̄s amo arguo z castigo. Ex his ḡ quinq꞉ signis amoris carnalis z spūalis patz differētia īter amicos dei z mūdi amicos siue carnales. et q̄liter tales nosci pñt z ꝑ ꝯsequēs rn̄sio ad dubium motū. Est ḡ tertia amicicia supior nō cōsuetudinis seu carnis sed rōnis. q꞉ vicz diligimus hominē ꝓpter fidez z mutuā beniuolentiaz in ista vita mortali et sic amat amicū ꝓpter deū. Incipiat ergo hō amare deū z nō amabit in hoīe nisi deū. nō enim principaliter ꝓpterea debes amare amicuz vt aliq̄d tibi p̄stet tēporale. q꞉ si sic nō illū amas sed id qō p̄stat. sed h̄ est verorū amicorum vt vnus aliū honorare ꝑueniat ꝓpter deum quē p̄ncipaliter in eo honorat. Alter alterius bonū ꝓcuret ꝓpter deū qui hoc mandat. et alter pro altero si necesse ē periculo siue morti se exponat si saltē illud tendit ad honorē dei. ¶ De hoc ponit Ambro. exemplū in li. de sancta virginitate de duob꞉ ph̄is īter se amicis quorū vn⁹ cuz esset morti adiudicat⁹ petiuit dilationē ꝑ cōmutandis z ordinandis rebus suis. Tyrann⁹ aūt astutissim⁹ estimans q̄ repiri nō posset petiuit vt sp̄sorē daret q̄ ꝑ eo mortē pateret̄ si ip̄e morā faceret in redeundo. Sed ecce q̄d de duob꞉ p̄clarius imo vtiq꞉ p̄claꝝ. alter vadem. i. fideiussorē mortis inuenit. alter se obtulit. itaq꞉ cū re⁹ morā faceret redeūdo fideiussor sereno vultu mortē subire nō recusauit. Cū aūt duceret̄ amic⁹ reuertit̄ ceruicē substituit et collū gladio subiecit. tūc admirat⁹ tyrannus cariorē ph̄is fuisse amiciciā q̄̄ vitā petiuit vt ip̄e ab his q̄s ꝑ sn̄iaz damnauerat in amiciciā reciperet̄. z sic ambo ꝑ amiciciam in

vita saluati sunt. ecce tanta virtus est amicicia vt etiã tyrannũ ad se inclinaret. nec tñ illa erat amicicia meritoria apud deuz: qr erant ambo gentiles. Uera autẽ amicicia est vt supra dũmodo amicus amaꝛ ꝓpter deũ. Secũdus amicus est angelus, de q̃ dicit Aug. in li. de ciui. dei. ostẽdẽs q̃liter bonos angelos a malis tanq̃ amicos ab inimicis discernere debeamus sic inquiẽs. In societate sctõꝝ angeloꝝ nullo mõ metuimus ne nos cõtristent morte vel depravatione sua. sed quia nobis nõ ea familiaritate qua homies miscẽꝛ. Et aliqñ sathanas i angelũ lucis se transfigurat ad temptandũ eos quos ita vel erudiri opꝰ ẽ vel decipi iustum est. idõ sepe timemus. Magna ergo nobis misericordia necessaria ẽ ne quis q̃ cũ bonos angelos se habere putat habeat malos demões fictos amicos. Hec Aug. Et subdit. Cui magis ista misericordia necessaria est nisi humane magne miserie q̃ ignorãtia tanta ꝓmitur vt facile istoꝝ simulatione fallaꝛ. X Ex quibꝫ patet ꝙ q̃libet homo debet diligẽter seruire et obedire bono angelo sibi ad custodiã dato tãq̃ fidelissimo amico q̃ hoiez semꝑ et vbiq̃ ab inimicis visibilibꝫ et inuisibilibus ꝓtegũt et defendunt inquantũ sibi vtile foret ad salutẽ ipm instruunt. ac bonum inclinant et ꝑsuadẽt ad ea que sunt salutis. idõ etc. Tertius amicus est deus qui nos modis oibus nũc minis. nũc ꝓmissione. nũc aduersitate. nũc ꝓsperitate in sui amorem allicit atq̃ trahit. De quo fidelissimo amico dic Aug. in q̃daz ep̃la ad Uincentium. Non ois qui parcit amicus est: nec ois qui verberat inimicꝰ. meliora enĩ sunt vulnera amici q̃ oscula volũtaria inimici melius ẽ seueritate diligere q̃ lenitate decipere. vtilius esuriẽti panis tollitur si de cibo securꝰ iusticiã negligat q̃ esurienti panis frãgiꝛ vt seductꝰ iniusticie acquiescat. Et subdit. Quis nos ampliꝰ potest amare q̃ deus: et tñ nos nõ soluz docere suauiter verũetiã salubriter terrere non cessat ac fomentis lenibꝫ q̃bus deus sepe nos ꝯsolatur etiã mordacissimũ tribulatõis medicamẽtũ adiungit. exercet fame patriarchas etiã pios et religiosos. populũ ꝯtumacem penis grauioribꝫ agitat et nõ aufert a Paulo stimulũ carnis tertio rogatus vt virtutem i infirmitate perficiat. Hec Augusti. Christus ergo ꝓ amico se diligendũ innuit plus q̃ hominẽ vel angelũ. patet. quia nos nõ humano vel angelico modo sꝫ diuino mõ dilexit. ideo sic diligamꝰ deũ tanq̃ hominẽ. qr ipe ꝓ nobis homo factꝰ est. vel tãq̃ angelũ. qr eos nob ad ministeriũ dedit. non sufficit illa amicicia eo ꝙ nos sue diuinitatis fecit esse ꝑticipes. Et h̄ ideo fecit vt ei amicicia supra omnẽ modũ humanũ et angelicũ iũgeremur. Y Sed adhuc diceret q̃s. plura dicta sunt de bonis et veris amicis q̃bus tñ modis possumus discernere inter veros et falsos amicos. Ad hoc dubiũ respõdeꝛ ꝺm Holgot sup libro sapie. lec. xij. ꝙ iter oĩa ꝑñti vite necessaria maxime foret vtile discernere inter amicos et inimicos. qr frequẽter credimus illos esse amicos q̃ sũt realiter inimici: et illos inimicos aliquotiẽs estimamus q̃ nobis realiter sunt amici. Sũt enĩ duo genera hoim q̃ apparẽt amici et sũt hostes et inimici. vicꝫ blandi adulatores et falsi cõsiliatores. Et duo genera hominũ videnꝛ inimici et sunt amici vicꝫ detrahẽtes et ꝑsecutores. corripientes et correptores. Et sic erũt q̃ttuor genera hoim. Primi sũt examinandi ꝑ ꝯsciẽtiã. Secũdi sũt repudiandi ꝑ prudentiã. Tertij sũt tolerandi ꝑ patientiã. Et quarti sũt acceptãdi ꝑ beniuolẽtiã.

Z Primi ḡ inimici a q̃bus nos custodire debemꝰ sunt blandi adulatores. q̃ enĩ ita suauiꝛ raderet vt guttur amputaret vel genã tuaz tergeret vt oculũ erueret merito foret inimicus dicẽdus. sed adulator ideo tibi blandiꝛ vt te decipiat et oculuz discretionis tibi eruat. Juxta illud Eccĩ. xij. In labijs tuis indulcat inimicꝰ et in corde suo insidiaꝛ vt subuertat te i foueã. In oculis tuis lachrymaꝛ inimicꝰ et si iuenerit tempꝰ nõ satiaꝛ sãguine. si incurrerint tibi mala iuenies eũ illic tibi priorẽ. In oculis tuis lachrymaꝛ inimicꝰ et q̃si adiuuãs suffodiet plãtas tuas. De his adulatoribꝫ dicit Seneca in q̃dã ep̃la. Nõ sumꝰ contenti modica laudatiõe. imo si q̃s nos sãctissimos sapientissimos modestissimos ꝑdicet totuz acceptamꝰ tãq̃ nob debituz. et tñ ꝯstat nobis ꝙ illi solẽt mẽtiri cõiter q̃ nos laudãt in laudibꝫ nr̃is credimꝰ eis. et idõ nos non corrigimꝰ nõ imutari volumus quia nos

optimos credimus esse. Et ideo snia Pla
tonis fuit sicut dicit in lib. de dictis phoꝝ
seu sapientũ. qꝫ hoĩes ex inimicis sibi ma-
gis q̃ʒ amicis ꝓficiũt. qꝛ dũ inimici eis er-
rores improperãt corrigunt. Amici vero
eis nõ improperãt errores sʒ tolerãt et oc-
cultãt. ſm illud Mat. x. Inimici hoĩs do
mestici eius. Et Esa. xxx. Popule meus q̇
te beatũ dicũt ipi te decipiũt. Isti ergo ap
parẽtes amici adulatores examinãdi sũt
ꝑ ꝯsciẽtias. Cõsiderem⁹ defectus nostros
de q̇bus ꝯscij sum⁹ tunc non decipiemur.
Et hoc ẽ qd̃ dicit Seneca ĩ epl'a vlt. alle-
gata inducens exemplũ de Alexãdro q̇ ĩ
obsidione cuiusdã vrbis dũ circuiret mu-
ros sagitta ꝑcussus cuʒ vuln⁹ vehementer
doleret ait. Oẽs inq̇t iurãt me eẽ filiũ Jo-
uis sed vuln⁹ hoc me hominẽ esse clamat.
Idẽ ꝛ nos faciam⁹ dicit Seneca. dicam⁹
adulatoribꝫ. vos dicitis me prudẽtẽ esse et
ego video qꝛ multa inutilia cõcupisco. nec
hoc q̇dẽ intelligo qd̃ aĩalibꝫ satietas mon
strat: q̇s cibo. q̇s potioni debeat eẽ mod⁹.
De isto inimico põt exponi illd̃ Eccl̃. xij.
Ne credas inimico tuo ĩ etnũ. ꝛ Se
cundi inimici nostri sunt falsi cõsiliatores
q̇ tñ apparẽt amici. qꝛ nobis aliud sugge-
runt q̃ʒ expedit aĩabus. ꝛ hi maxime sunt
periculosi in quacũqꝫ cõmunitate. qꝛ sicut
in bonis cõsiliatoribꝫ maxime cõsistit ho-
nor laus et potestas reipublice. ita in ma-
lis ꝯsiliatoribꝫ maxime ꝯsistit ꝯfusio ꝛ sub
uersio eiusdẽ. Dicit eñ Tulli⁹ li. suo de se-
nectute. qꝫ ꝯsiliator ẽ in republica sicut gu
bernator ĩ naui in q̃ alij sentinam exhauri-
unt. alij cordas trahũt. alij malũ scandũt.
tenẽs aũt clauũ est quietus sedẽs ĩ puppi
ꝛ multo maiora facit. Ideo dicit Auicẽna
qꝫ ꝯsiliãs est sicut dans formã ſm quã ali
us habet oꝑari. Ve ergo illis amicis cõsi
liarijs q̇ ea ꝯsulũt q̃ sunt in ꝑiculũ anima-
rũ. O deus q̃tiẽs hec ꝯtingũt vbi non cu
rant si iuste vel iniuste fiat sed vt solũ pñt
ꝓsequi qd̃ intendãt ꝑ phas ꝛ nephas. vel
ad replendũ bursas eoꝝ. vel ad explenduʒ
vindictã. vl' vt placeãt ꝓncipi. vl' vt aliq̇d
noui ꝛ singulare videãt excogitasse ad qd̃
plurimũ mẽtes hoĩm aspirãt. puta vindi-
ctam ꝛ oĩa mala vt sic ꝑ hoc ab alijs se sen
tiãt laudẽ ꝛ gl'iaʒ reportasse. Hi g̃ duo ap
parẽtes amici vere sũt inimici. ꝯ Ter

tij inimici sunt detrahẽtes et ꝑsecutores et
illos vulgarit' vocam⁹ hostes et inimicos
q̇ ꝯditiones ꝛ ꝑsonas nr̃as ledũt ꝛ tñ ſm
rem sunt amici nr̃i. qꝛ ipi frequẽter nobis
ꝓficiũt. Sicut eñ docet Boeti⁹. iiij. d̃ cõ-
sola. ꝓsa. vj. Prouidentia diuina exinde se
pe ꝓduxit miraculũ insigne qꝫ malos mali
bonos faciũt. nã dũ mali ꝯsiderãt se nũq̃ʒ
q̇dem ꝑpeti a pessimo noxioꝝ ex quodaʒ
odio redeũt ad bonũ vt saltẽ illis fiãt dissi
miles q̃s oderãt. hinc est qꝫ sepe maximis
pctis onerati dũ se vidẽt a malis cõfundi
ꝓpter cõfusionẽ cessant q̇ al's in pctis ꝑsti-
tissent. ita ꝛ bonis nõ nocet malorũ detra-
ctio. Vñ Greg. sup Ezech. Peruersoꝝ de
rogatio vite nr̃e approbatio est. qꝛ iã osten
dit nos iusticie aliq̇d hr̃e si illis q̇ deo nõ
placẽt incipim⁹ displicere. Et illud decla-
rat ꝑ sil'itudines quattuor. Prima qꝛ non
est derogatio sed cõmendatio lucis si eam
odiũt ꝛ fugiũt vespertiliones. Sancti vi-
ri sũt lux mũdi ꝑ lucidã famã ꝛ sincerã cõ-
scientiam. Juxta illud apl'i. j. ad Thess. v.
Vos filij lucis estis ꝛ filij diei. peccatores
aũt sũt sicut vespertiliones amãtes sp̃ oꝑa
tenebrarũ. Scd̃a sil'itudo non est deroga-
tio sʒ cõmẽdatio odoris si eũ serpentes fu
giant. Boni viri sũt bon⁹ odor xp̃i ꝑ bonã
ꝯuersatiõeʒ suã. ſm illud apl'i. ij. ad Coꝝ.
ij. Alijs q̇dem sumus odor mortis ĩ mor-
tem. alijs odor vite in vitam. Pctõres aũt
sũt serpẽtes pleni veneno peccati. Tertia
similitudo ẽ derogatio coloris si ceci de il
lo mentiant' ꝛ iudicẽt falsum. Peccatores
ceci sunt iuxta illud Sopho. j. Ambula-
bũt vt ceci qꝛ dñō peccauert ꝛc. Et Sap.
ij. Excecauit eos malicia eoruʒ. vñ ꝛ iudi
cia temeraria de sctis sũt simpl'r ꝯtẽnẽda.
Vñ cũ q̇dã iuuenis speciosus diceret De
mostheni pho. Si hoĩes me odirent sic te
meipm ꝑimerẽ. Qui rñdit. Et ego me ꝑi-
merẽ si me queadmodũ te amarent. Quar
ta sil'itudo nõ est derogatio sʒ cõmẽdatio
medici si freneticus sibi maledicat. Serui
dei sũt medici aĩaꝝ. pctõres aũt st' freneti-
ci. Si aũt tales sctõs viros diffamẽt opor
tet eorũ blasphemias deridere. Sic legit'
de Vespasiano imꝑatore qꝫ cũ esset auar⁹
ꝛ senex quendãqꝫ improperãdo sibi audi-
ret dicere. Vulpẽ pellem posse mutare nõ
animũ. rñdit. Hmõi hominibꝫ debemus

risum, correctionē nobis, penā criminosis Quarti inimici q̄s habem⁹ apparenter sed tū̄ realiter sunt amici corripientes ⁊ corre-ptores q̄ nos de nostris excessib⁹ ⁊ errori-bus arguūt puniūt ⁊ emendant. Ueritas eni̅ errantib⁹ est odiosa q̄diu in errorib⁹ p̄-seuerāt. Talis fuit Paul⁹ contra Galath. q̄bus dixit ad Gal. iiij. Ergo inimicus fa-ctus sum verū dicēs vobis. Isti sūt inimi-ci acceptādi p̄ beniuolentiā. Mat. v. Dili-gite inimicos vestros bn̄facite his q̄ ode-rūt vos, hoc est vitiosos mores vr̄os. Ita fecerūt sc̄ti apl̄i Simō ⁊ Judas q̄ eos di-ligebāt ⁊ eis bona fecerūt q̄ tā q̄ blasphe-mos illos punierūt. Implorem⁹ ḡ hodie beatissimos apl̄os n̄ros Simonē ⁊ Ju-dam vt sicut ipi facti sūt amici dei p̄ meri-torū suoꝝ excellentiā ita nobis grā̄ impe-trēt q̄ mereamur deo p̄ amiciciā h̄ vniri et tandē cū eis eternaliter letari. Amen.

In die omniū sanctoꝝ sermo de euan-gelio. XCII.

Gaudete et exultate q̄m merces vr̄a copiosa est in celis. Mat. v. Luc. vj. Licet singule celebritates sanctoꝝ excitēt ani-mū: hec tū̄ oīm sanctoꝝ solennitas animū debet vigilantius eleuare, in qua reg̃ no-stri maiestas, ministroꝝ eius nobilitas, conciuiū nostroꝝ beata societas ⁊ exulta-tio declarat̄, de q̄b⁹ agit̄ in verbis p̄missis In q̄b⁹ oīm sanctorū duplex beatitudo meriti tangit̄, vnam quā habēt in spe, alte-ram quā habent in re. De p̄ma dicit. Gau-dete interius et exultate exterius. De sc̄da q̄ est in re subdit̄. Quoniā merces vr̄a co-piosa est i celis, si merces: ergo iusta, si ve-stra: ergo p̄pria, si copiosa: ergo plena boni-tate, si in celis: ḡ secura eternitate. Illa bea-titudo iusticia₃ h₃ mercedis. Mat. xviij. Uoca operarios ⁊ redde illis mercedem Esa. lxij. Ecce merces ei⁹ cū eo et opus il-lius cū illo. Itē hoc solū ē sc̄toꝝ bonū q̄d nemo ab illis auferre poterat. hec merces copiose bonitatis ē cui nullū bonū deficit cui om̄e malū abest. Gen̄. xv. Ego p̄tector tu⁹ ⁊ merces tua magna nimis. Hec mer-ces secure sublimitatis ē: vbi nec erugo nec tinea demolit̄: nec fures effodiūt nec furāt̄

A Quantū ad p̄mū nota de gaudijs interiorib⁹ sanctorū q̄ taliū reperiunt̄ sex. Primū est in sensuū exteriorū melioratiōe p̄pter debita₃ spirituū quātitatē vel admi-nus spirituū maiorē puritatē. Ite₃ ⁊ p̄pter cōplexionis bonitatē, ibi eni̅ magis a lon-ginquo vidēt sancti corpa sc̄toꝝ gloriosa, audiūt ⁊ odorāt, ⁊ sic d̄ alijs sensib⁹ q̄d de-lectabil⁹ ē, q₂ a longinquo vidēdo audiē-do plura vidēt ⁊ audiūt. Secundū princi-pale gaudiū interius ē de irascibilis et cō-cupiscibilis quietatōe, q₂ ɔcupiscibil' am-plius de sensibilib⁹ delitijs nō optat cū sit p̄fecta, nec irascibilis alicui h₃ tristi repu-gnare aut aliq̄d tā q̄ difficile et arduū ɔsi-derare. Tertiū p̄ncipale gaudiu₃ interius est de intellect⁹ respectu oīm scibiliū perfe-ctione. B Ubi nota s̄m sāctu₃ Tho. di. xlix. q̄rti. Intellect⁹ aīe beate q̄dammō sciet innumerabilia p̄ q̄nq₃ influxus. Pri-mo cognoscet p̄ spēs influxas sic alie sub-stantie sepate naturalr̄ plura. Sc̄do p̄ spe-cies aq̄sitas hic i vita. Tertio per spēs re-ceptas p̄ sensus corpis glorificati. Quarto p̄ illuminatiōe₃ aīe xp̄i ⁊ btē v̄ginis ⁊ alio-rū supioꝝ sc̄toꝝ. Quinto i diuina essentia vl' speciali dei influētia cognoscēt oīa etiā indiuidua. Un̄ Ansel. lib. de similitudini-bus dicit. In futuro beat⁹ nihil eoꝝ q̄ sci-re voluerit ignorabit, q₂ in summa sapien-tia totius creature bonitatē videbit: q̄m̄ i deo melius q̄ in seipsa relucere cōstat. ibi singuli oēs ibi ab oīb⁹ singuli cognoscent̄ nec queq₃ oīno latebit q̄ patria, q̄ gente, q̄ stirpe q̄s edit⁹ fuerit, vel q̄d etiā i vita sua fecerit. Quartū p̄ncipale gaudiū intrinse-cū ɔsistit in oīm p̄teritorū gratissima ɔtē-platione, nā distinctissime videt tā in pro-prijs opib⁹ q̄ i alienis quō diligētib⁹ deū s̄m apl̄m oīa coopant̄ in bonū, celū ⁊ ter-ra, mūdus, infern⁹, boni ⁊ mali, p̄spera ad-uersa, demō ⁊ bon⁹ angel⁹ tūc videre pote-rūt iudicia dei que hic sūt abyssus multa. Quintū intrinsecū gaudiu₃ ɔsistit in oīm opationū ad dei volūtatē ɔformatōe, ⁊ sic dānati p̄petue peccāt: ita isti p̄petue deu₃ honorāt, ⁊ sicut dānati p̄ quolibet mō suo actu essentialē penā h̄nt, i. sepabilē deordi-nationē, s̄m illō Aug. li. ɔfes. Iussisti dn̄e ⁊ ita factū ē, vt pena sit sibi ois anim⁹ inor-dinat⁹, ita saluati i q̄libet suo actu q̄ddā i-sepabile ⁊ ɔtinuū p̄miū h̄nt ⁊ cōplacētia₃

de bonis actib⁹ quos deū in eis vidēt ope
rari. ¶ Sextū intrinsecū gaudiū ꝯsi
stit in trib⁹ dotibus aīe. Prima est visio.i.
habit⁹ luminis glorie seu sapīe.ex q̄ aīa eli
cit clarā dei visionē.ps̄. Et ī lumīe tuo vi-
debim⁹ lumē. Scd̄a dos est dilectio siue
fruitio.i.charitatis habit⁹ in summa sui ꝑ
fectione cōsistēs ex q̄ elicit summā dei dile
ctionē.hec charitas sola ē de q̄.j. ad Coꝝ.
xiij. Charitas nunq̄ꝫ excidit. hec charitas
amplexabit̃ infinitū bonū sine medio im-
perdibiliter q̄ in via ꝑ media ⁊ insecura de
um dilexit. Tertia dos est cōprehensio si-
ue firma tentio dei infiniti boni q̇ se tradit
sua vnione ipius aīe essentie ītellectui vo-
lūtati ⁊ memorie.ex q̄ elicit certitudinē de
non amissibilitate supremā. In patria enī
spes desinit ⁊ certitudo ⁊ securitas de feli-
citate ꝑpetua dabit̃. De his dotib⁹ vide la
tius ꝑ doc.in.iiij.di.xlix. Nūc dicendū est
de gaudijs exteriorib⁹ btōꝝ q̄ innuunt̃ in
themate cū dr̄. Exultate scꝫ exterius. ¶
Et sunt hm̄ōi gaudia sctōꝝ sex. Primū
est celi collocatio. Est aūt celū ī q̇ collocāt̃
sancti ſm doct.in.ij.dis.ij.dictū empyreuꝫ
ob sui luminositatē n̄ ob calorē.⁊ ē capaci
tatis quodāmodo infinite ⁊ vniforme im-
mobile ⁊ incorruptibile intra se splendidis
simū ad extra nō radiatū ad nostrū visum
lꝫ ista inferiora nobilissime influat. Scd̄ꝫ
ē mūdi visibilis purgatio ⁊ īnouatio ꝑ ig-
nis ꝯflagrationē.vt habet̃ ī glo.j.ad Co-
rinth.vij. Figura huius mūdi p̄terit. illa
mūdi purgatio remouebit a mūdo īfectio
nē ex culpa relictā ⁊ impuritatē cōmixtio-
nis ⁊ erit dispositio ad gl'ie ꝑfectioneꝫ. Et
p̄cedet illa purgatio vltimū aduētū iudiciꝫ
ps̄. Ignis an̄ ipm̄ p̄cedet ⁊c̄. Unde dicūt
doc.in.iiij.di.xlviij.ꝙ terra erit tunc vt cri
stall⁹ ⁊ planabitur.aer erit clarior nec habe
bit obscuritatē ⁊ vētos aut īpssiones alias
silr̄ aq̄ ⁊ ignis fi[...]t puriora et manebūt ſm
substantiā ⁊ q̄litates ꝓprias q̄ sensus sctōꝝ
mulcebūt luciꝫ ꝑspicuitate ⁊ ꝓmis q̄litati-
bus.nō aūt nocebūt. Alia aūt corpa inno
uabūt̃ superi⁹.q: sol stabit ī oriēte.luna in
occidēte.⁊ mot⁹ oīm celoꝝ cessabunt ipis
q̇escētib⁹ ⁊ oīa ampliori lumīe illustrabūt̃
Esa.xxx. Erit lux lune sicut lux solis.⁊ lux
solis erit septēpliciter ⁊c̄. Cū igit̃ tāta īno-
uatio fiet bn̄ ait xp̄s Luc.xxj. Celū ⁊ terra
trāsibūt scꝫ q̇ ad speciē quā tūc hn̄t.non q̇
ad substantiā. Tertiū ꝓncipale gaudiū ex
trinsecū ē actuatio q̇nq̄ꝫ sensuū exteriorum
delectabilissima. vn̄ oēs q̇nq̄ꝫ sensus erūt
ī actu in patria vt notāt doc.di.xliiij.q̄rti.
Erit enim ibi visio corꝑalis delectabilissi
ma. Primo ī h̄ ꝙ videbit nō existētia post
iudiciū vt flores aīalia ⁊c̄.ꝑ spēs sensibili-
bus a deo influxas. Scd̄o videbūt sancti
mundū purgatū tūc ⁊ innouatū vt dictuꝫ
ē. Tertio videbūt corꝑa beatoꝝ pulcherri
ma.q: fulgebunt iusti sicut sol. Mat.xiij.
Quarto videbūt dānatos in inferno.vt ī
laudē dei accendant̃. Esa.vlti. Egredient̃
⁊ videbūt cadauera viroꝝ q̇ ꝑuaricati sūt
in me. Quinto videbūt xp̄i hūanitatē ī iu-
dicio ⁊ sp. Lu.xxj. Tūc videbūt filiū hoīs
⁊c̄. Ultimo videbūt diuinā essentiā in q̄li
bet creatura tūc existente.⁊ in oīb⁹ his vi-
sionib⁹ sancti sūmū gaudiū habebūt. Ita
etiā poteris exēplificare de gaudio audit⁹
qđ erit ī actu vel ī cantu. ps̄. Exultatiōes
dei ī gutture coꝝ. Corda ⁊ lingue coꝝ non
desinēt laudare deū. Ibi habebūt iocundi-
tatē cantus philomene ⁊ al[...]rū auium ⁊c̄.
etiā nō existentiū ꝑ spēs a deo influxas vt
dictū est de visu Idō hodie canit̃ ī matuti
nis sup ꝑ bn̄dict⁹. In ciuitate dn̄i ibi sonāt
iugiter organa sctōꝝ ⁊c̄. Sic etiā de gau-
dio olfact⁹ siue odorat⁹. Est enī ibi odor
suauissim⁹ cū eccl'ia cātet ibi. Cynamomū
⁊ balsamū odor suauissim⁹ carmia coꝝ. Ex
emplifica etiā đ gaudijs gust⁹ ⁊ tact⁹. ¶
Quartū ꝓncipale gaudiū extrīsecū ꝯsistit
ī dotib⁹ corꝑis q̄ sūt q̄ttuor.scꝫ īpassibilitas.
subtilitas.agilitas.⁊ claritas.q̄ q̄ttuor po
nūt̃ in lr̄a.j.Coꝝ.xv. Cū seminat̃ in corru
ptiōe scꝫ corp⁹ resurget ī incorruptiōe. Ec-
ce dos īpassibilitatiꝫ. Seminat̃ corp⁹ aīale
surget corp⁹ spūale.i. spūi sil'e. Ecce dos
subtilitatiꝫ. Erūt enī corꝑa btōꝝ subtilia et
penetrabilia.q: eis cedēt oīa alia nō gl'ifi-
cata sine resistētia. Seq̇t̃. Seminat̃ ī infir
mitate: resurget ī ꝟtute.glo.id ē mobile vl'
viuū.ecce dos agilitatiꝫ.seq̇t̃. Seminat̃ in
ignobilitate surget ī gl'ia qđ ad dotē clari-
tatis ꝑtinet Mat.xiij. Fulgebunt iusti sic
sol ⁊c̄. Hec claritas erit intrinseca corpori
gl'ioso ⁊ causabit̃ ex redūdantia aīe ad cor
pus.⁊ ſm ꝙ aīa fuerit maioris claritatiꝫ in
lumīe gl'ie ⁊ fruitiōe beatifica: ſm hoc cor

pus eiꝰ clarificabit.j.Coꝝ.xv. Stella dif-
fert a stella ī claritate.ita ⁊ resurrectio mor
tuoꝝ. Quintū gaudiū extrinsecū est aureo
larū ⁊ fructuū datio q̄ hn̄t se circa aīam et
corpa btā sic̄ parafernalia ī matrimonio.

F Differūt aūt ſm doc.in.iiij.di.xlix.
aurea.aureola.⁊ fructꝰ. Nā aurea est gau-
diū qđ đ deo immediate hʒ aīa in supiori
bus virib᷒.s.de visione dei clara.đ fruitio-
ne ⁊ certitudīe tētionis. hāc hn̄t oēs sācti
Aureola ꝟo est gaudiū aīe de opib᷒ a se fa
ctis q̄ hn̄t rōnez victorie excellētis xp̄iformiter facta. et hāc meremur aut martyrio
aut doctrine aut ꝟginitate.⁊ sic sūt tres au
reole.scʒ martyrū.ꝟginū.et doctorū. Fru-
ctus ꝟo ē gaudiū ⁊ delectatio de spūali ex
ercitio ī spernēte delectatōes ꝑsertim vene
reas.⁊ hūc meremur aut ꝯtinentia cōiuga
li.aut viduali.aut virginali. Ex q̄b᷒ ptʒ ꝙ
aurea est gaudiū de deo.aureola de trium
pho excellēti.⁊ fructꝰ est gaudiū ⁊ delecta-
tio đ exercitio spūali.de q̄ loq̄t xp̄s Mat.
xiij.⁊ Luc.viij. quē diuidit in centesimuʒ
sexagesimū.⁊ tricesimū.cētesimꝰ dat ꝟgini
bus.sexagesimꝰ viduis.tricesimꝰ cōiugatꝭ.
Sextū extrinsecū gaudiū corpis erit đ so-
cietate iocūdissima btōꝝ ⁊ segregatōe a cō
sortio maloꝝ.gaudebūt eni scti tot gaudijs
q̄t sūt ꝯsodales bti angeli ⁊ hoīes. Scđo
tot gaudijs q̄t dānatoꝝ demonū et hoīm
sodales vt dicit Ansel. ꝓsolo.c. vlt. Bn̄ g̃
ꝓpt tot gaudia dic̄ saluator oīb᷒ sctis. Gau
dete ⁊ exultate ⁊c̄.

G Hic cadit dubiū
q̄re sctā mr̄ eccl'ia instituit h̄ festū oīm san-
ctorū. Solutio. q̄druplici de cā. Pria ꝓpt
omissoꝝ suppletionē.nos eni ml'tos sctōs
omisimꝰ đ q̄b᷒ nullā festiuitatē siue memo
riā fecimꝰ.nō eni possumꝰ oīm sctōꝝ festa
agere.tū ꝓpt sctōꝝ ml'tiplicitatē.q2 multi ⁊
q̄si infiniti.tū ꝓpt nr̄am infirmitatē.q2 nec
ad h̄ sufficere possumꝰ. tū etiā ꝓpt tpis bre
uitatē:q2 nō sufficeret. Nā dicit Hiero. in
q̄dā epl'a ꝙ nullꝰ sit dies excepto die kal'.
ianuarij q̄n q̄nq3 milia martyꝝ passi sunt.
Jō eccl'ia rōnabil'r ordinauit ⁊c̄. Scđa cā
ꝓpt nr̄aʒ negligētiā:q2 festa etiā istoꝝ sācto
rū q̄s scimꝰ īdeuote ⁊ negligenter pagimꝰ.
Si q̄d igit̄ ī alijs solēnitatib᷒ sctōꝝ q̄s agi
mꝰ neglexīmꝰ ī hac generali festiuitate sup
plere debemꝰ. Tertia cā ꝓpt faciliorē ora-
tionū nr̄aꝝ impetrationē vt sic̄ oēs sāctos
vniuersalit̄ hac die honoramꝰ.sic ⁊ ipi oēs
ꝓ nob̄ īsimul ītercedāt vt sic dei miscđiam
faciliꝰ impetremꝰ. Hec rō canit̄ in collecta
cū đr. Desideratā nob̄ tue ꝓpiciationis ⁊c̄.
Si eni īpossibile ē ml'toꝝ p̄ces nō exaudi
ri.ꝯstat ꝙ īpossibile valde erit oīm sāctoꝝ
ꝓ nob̄ orantiuʒ p̄ces nō exaudiri. Quarta
cā ꝓpt sctōꝝ gl'iaʒ vt ipe deꝰ gl'ificet̄ ī sctis
suis q̄ꝝ amore deuotis eoꝝ grās dona et
bn̄ficia plurima dignat̄ cōferre. Nec3 au-
diēdi sūt illi q̄ dicūt supfluū eē ad sctōs ꝑ
oīoes ꝯfugere.qm̄ eccl'ia sctis oīoes por-
rigere ꝯsueuit.q̄nīmo q̄tidie expimur q̄ꝫtū
ꝓdest nob̄ deuotiōeʒ sctis dei exhibere. de
q̄b᷒ đr in ps̄. Leuaui ocu.me. ī mōtes ⁊c̄.
nāq3 sāctoꝝ p̄cib᷒ p̄cipue gl'iose ꝟgis libe-
rati sit̄ ml'ti a ꝑiculis.ab egritudinib᷒. ab ī-
famijs ⁊c̄. Jō ait Ber. In ꝑiculis.ī augu-
stijs mariā cogita.mariā īuoca.sancti etiā
apl'i martyres ꝯfessores ⁊ ꝟgies q̄ꝝ hodie
festū agit̄ q̄d obtinuerūt deuoti eoꝝ ipos
inuocādo narrēt isti q̄ expti sūt. Ergo simꝰ
ꝓmpti ⁊ fiducialit̄ orādo inuocemꝰ hodie
oēs sāctos q̄ꝝ patrocinio obtinere possu-
mus h̄ grām ⁊ in futuro gl'iam.quaʒ p̄stet
nobis q̄ viuit trinꝰ ⁊ vnꝰ in secula. Amen.

De eodē festo alius sermo. XCIII.

G Audete et exultate qm̄ merces vr̄a ⁊c̄. Mat.
v. Quilibet xp̄ianꝰ ex p̄cepto ec
clesie tenet̄ solēnitates sctōꝝ venerari.naʒ
vt inq̄t.l.vlt̄.§.đ ferijs. Cōuenit ad hono-
rē pn̄cipis vt dies natiuitatꝭ sue vel pn̄ci-
piū imperij solenniter celebret̄.⁊ si h̄ decet
tūc plꝰ ꝯuenit diē natiuitatꝭ q̄ pn̄ceps spi-
ritualis nascit̄ ad regnuʒ celoꝝ ⁊ societati
iūgit̄ beatoꝝ solēniter celebrari ⁊ gaudere
q̄re ī pn̄cipalioribꝰ festiuitatib᷒ introitus
misse īcipit. Gaudeamꝰ oēs ī dn̄o diē festū
cele.⁊c̄. Statuit nanq3 sācta mater eccl'ia
sub p̄cepto aliq̄s dies festos a fidelib᷒ ce-
lebrandos q̄ ponunt̄ ꝑ maiori pte.de ꝯse.
di.iij.c.ꝓnūciādū.⁊ ī.c.ꝯquestus.đ ferijs.
inter q̄s numerat̄ festū oīm sāctoꝝ qđ ho-
die agimus.qđ maiori deuotione celebre-
mus q̄ꝫto pluriū memoriaʒ agimꝰ.q2 oīm
sctōꝝ. Nā hodie regis nr̄i maiestas.mini-
stroꝝ eius nobilitas. conciuiū nr̄oꝝ beata
societas ⁊ exultatio declarat̄.de q̄b᷒ agit̄ ī
verbis p̄missis cuʒ dicit̄. Gaudete ⁊c̄. In

pñti sermone de oĩbus sanctis tria veniũt declarãda. Primũ dr adoratio, secundum festinatio, tertiũ meritatio. Primũ dicitur adoratio vbi de tribꝫ erit dicendũ. Primũ dicit̃ modalitas, scdm causalitas, tertiũ ꝑmissibilitas. H Ad euidentiaꝫ primi circa modalitatẽ quõ sãcti debeant adorari nota ſm doc. in. iiij. distin. ix. Et sanctuꝫ Tho. scda scde. q. lxxxiiij. ꝙ duplex ẽ adoratio, scꝫ interior ⁊ exterior. Adoratio interior ꝯsistit in interiori reuerẽtia deuotiõis ⁊ subiectione mẽtis erga eũ q̃ adorat̃. Exterior vero ꝯsistit in honore exteriori q̃ exhibetur alteri i genuflexionibꝫ, inclinationibꝰ, munerationibꝫ ⁊ hmõi. Quilibet harũ est duplex, scꝫ latria ⁊ dulia. Latria ſm beatũ Aug. est cultus ⁊ honor soli deo debitus. Ad huius intelligentiã tria puncta videamꝰ. Primo qualeꝫ honorẽ facere debemꝰ deo ꝓpter eius infinitam potentiaꝫ. Scdo q̃lem honorẽ ꝓpter eius infinitã sapientiã. Tertio qualẽ honorẽ ꝓpter eiꝰ infinitã clementiã. I Quantũ ad ꝑmum dico ꝙ tripl'r ẽ honorãdus, scꝫ adoratiõe, exoratiõe ⁊ veneratiõe. Adoratione q̃druplicit̃, scꝫ inclinatiõe mentis, inclinatiõe capitis, genuflexione corpis, ⁊ totali ꝓstratione. Primo adorandus ẽ mẽtis inclinatione in signũ hũilitatis, exemplo publicani Luc. xviij. ca. qui oculos suos nõ audebat ad celum leuare: sed ꝑcutiebat pectus ⁊c. Ideo Greg. in moral. Ille inq̃t veram oratiõeꝫ do exhibet q̃ semetipm ꝙ puluis sit hũilit̃ recognoscit q̃ sibi nihil ꝟtutis tribuit, qꝛ bona q̃ agit esse de dei miscõia agnoscit. Scdo adorat̃ inclinatiõe capit ꝑsertim qñ audit̃ nomẽ dñi nostri iesu xpi. vt in. c. decet. de imu. eccle. li. vj. Inde qñ dicit̃ gloria patri ⁊c. Tertio genuflexione corpis, scꝫ qñ eleuat̃ corpus xpi. Genuflectere eteñ debemꝰ ambo genua. ad Phil. ij. In noĩe dñi omne genu flectat̃. ad differentiã pape impatoris ⁊ alioꝝ. de cõse. di. j. c. qñ aũt stamꝰ. Quarto in totali ꝓstratione. ps. Adoremꝰ ⁊ ꝓcidamus ante deuꝫ ⁊c. q̃liter magi xpm adorauerunt ⁊ honorauerũt inquantũ deũ. Mat. ij. Et ꝓcidẽtes adorauerũt euꝫ. Sil'r ⁊ xps inquantũ homo honorauit patrẽ. Mat. xxvj. Progressus pusillũ ꝓcidit in faciẽ suam orãs ⁊ dicẽs. Pater mi si possibile ẽ transeat a me calix iste ⁊c. Sil'r ⁊ petrꝰ xpm sic honorauit. Lu. v. Procidit ad genua iesu dicens. Dñe exi a me ⁊c. Sil'r leprosus vt habet̃ ibidẽ. Et ille q̃ habebat demoniuꝫ Mat. viij. Scdo honorat̃ deꝰ q̃tũ ad suã potentiã exoratiõe. Tripl'r aũt diuinã potentiã exoramꝰ, scꝫ ꝑ orationẽ, deprecationẽ, ⁊ sacrificationem. Per orationẽ Mat. vj. Pater nr̃ q̃ es in ce. i q̃ necessaria tã corporis q̃ aĩe postulamꝰ. ps. Verba mea auribus ꝑcipe dñe: intende voci orõis mee ⁊c. Secundo ꝑ deprecationẽ q̃ fit ꝓ malis amouẽdis, sicut Tobias fecit ꝓ plaga cecitatꝭ amouẽda, ⁊ Sara ꝓ opprobrio viroꝝ occisoꝝ. Tob. iij. Et sequit̃ ꝙ i illo tpe exaudite sũt ꝑces amboꝝ i ꝯspectu summi dei. ps. Deprecatꝰ sum faciẽ tuaꝫ in toto corde meo miserere mei ⁊ exaudi me. Tertio per sacrificationẽ. Sacrificiũ eñi dr q̃si sacruꝫ faciẽs. Inter oĩa aũt sacrificia sãcta sacrificiũ corpis xpi est maximũ. vt in. c. nihil. de cõse. dist. ij. Tertio honorat̃ deꝰ q̃tum ad potentiã veneratiõe. Veneratio aũt summe potẽtie dei ostẽdit̃ in sacris tẽplis. K Ad videndũ aũt deũ in sacris tẽplis tria ꝑmaxime requirunt̃. Primo vt in templis ipis maximꝰ honor exhibeat̃, qꝛ tota est ibi trinitas celestis curia ⁊c. ps. Dñs i tẽplo scto suo. In cuꝰ figura Iacob dũ a somno vigilasset ait. Terribilis ẽ locꝰ iste vere nõ ẽ hic aliud ⁊c. Gen. xxviij. Scdo requirit̃ mũdicia ministroꝝ. qꝛ sãcta a sanctis tractari debẽt. Augꝰ inq̃t. Plꝰ placet deo latratꝰ canũ, mugitꝰ boũ, grinnitusq̃ porcoꝝ q̃ cantꝰ clericoꝝ luxuriantiũ. Esa. j. Lauamini mũdi estote ⁊c. Tertio req̃rit̃ vasoꝝ necessarioꝝ decẽtia, ac vestimentoꝝ ⁊ luminariũ q̃ oĩa manifestãt et ostendunt gl'iaꝫ ⁊ magnificentiam dei. Scdo accipe honoreꝫ quẽ deo facere debemꝰ ꝓpter eius infinitã sapientiã. Triplex eñi est talis honor, scꝫ timor, pudor, ⁊ dolor. Primꝰ est timor dei. ps. Initiũ sapiẽ est timor dñi: intellectꝰ bo. oĩbꝫ fa. eũ. Ex h̃ duo bona oriuntur, scꝫ stupor diuini iudicij, ⁊ tremor eterni supplicij. De ꝑmo. Oĩa iudicia eiꝰ i conspectũ meo sꝑ. Et dic oĩa, qꝛ ꝯsiderare aiaꝫ spũalez oꝑtet iudiciũ angeloꝝ generatõis Sodome ⁊ gomorre ⁊ sĩ'ia. Inde petrus apl'us. Si deus angelis nõ pepcit ⁊c. De secũdo ps. Timor ⁊ tremor venerũt super

me rc. Matth. xxv. Ite maledicti in ignē rc. Secundus honor qui debet diuine sapientie dr pudor ꝗ scz cōmissa pctā et omissa bona pōderam⁹. ps. Cogitaui dies antiquos et ānos eternos in mēte habui rc. Ex ꝗ duo alia bona oriunt scz verecūdia cōmisse culpe. r erubescētia satisfactionis future. De primo exemplū de maria magdalena ꝗ stans retro rc. Luc. vij. De secūdo ps. Multa flagella peccatoris sperantem autē in dño rc. Tertius diuine sapientie honor dicit dolor scz qui cōmissa detergat. ps. Dolor meus r gemit⁹ meus in cōspectu tuo est semp. Ex ꝗ duo alia oriunt. scz ꝯfessio r satisfactio. De primo ps. Dixi cōfitebor aduersum me iniusticiā meā domino r tu remisisti impietatē pctī mei. De scdo ps. Laboraui i gemitu meo lauabo p singulas noctes lectū meū rc. Terti⁹ honor ꝗ attribuit deo rōne sue infinite bonitatis r clementie silr est triplex. scz gratitudo deuotiōis. pmptitudo dilectiōis. et rectitudo intētiōis. Prim⁹ est gratitudo deuotionis. scz circa dei bñficia ꝗ no bi gratis r indignis sua dona nō cessat quotidie multipliciter largiri. ps. Qui dat oīb⁹ affluenter. Et huic honori q̄ttuor correspondent operationes q̄s spiritui sancto grāz diuinarū largitori psoluere debem⁹. Primo gratiarūactio scz recognoscēdo beneficia. ps. Cātabo dño ꝗ bona tribuit mihi. Et dicit bona in plurali. quia de⁹ dat nobis bona tpalia corporalia et spiritualia. Jac. j. Omne datū optimū r omne donū pfectū desursū est rc. Scdo cordis r oris benedictio. ps. Benedicā dñm in oī tempore rc. Et Apoc. ij. dr de beatis. Benedictio r sapiētia r gratiarūactio honor virt⁹ et fortitudo deo nr̄o in secula secloꝝ amē. Tertio cordis et oris magnificatio. ps. Magnificate dñm mecū rc. Et ꝓgo Maria ait. Magnificat aīa mea dominuz rc. Quarto bñficioꝝ diuulgatio. Exemplum ceci nati. j. Thi. j. Regi seculoꝝ immortali rc. Secundus honor dr pmptitudo dilectionis. scz circa benignā gratitudinē suaz qua nobis pctā indulget. Et hui⁹ dilectionis q̄ttuor sunt signa. scz corporis flagellatio. ad Gal. v. Qui xp̄i sunt carnē suā crucifixerūt vitijs r ꝯcupiscentijs. ps. Disciplina tua correxit me in finē: r disciplina tua

ipa me docebit. Scdo elemosynarū largitio Prouer. vlt. Man⁹ suas aperuit inopi et palmas suas extendit ad paupes. Tertio sanctoꝝ locoꝝ r indulgentiaruz visitatio. vt ire romā rc. Quarto desideriū moriēdi p xp̄o. exēplo Paulo dicēt. Infelix ego ꝗs me liberabit de morte corpis hui⁹ cupio dissolui rc. Tertius honor dr rectitudo intentionis. Matth. vj. Si oculus tuus id est intētio tuo simplex fuerit totuz corpus lucidū erit. Et huic recte r simplici intētioni correspondēt q̄ttuor operationes. scz patientie dei consideratio. que scz tāto tpe ad penitentiam nos expectat r inuitat cū brachijs expāsis i cruce r pforatꝫ māib⁹ ac pedib⁹ dicēs p ps. Foderūt man⁹ meas r pedes meos rc. Plagatus ē in latere. Job. xxij. Vulnerauerūt me lancea: cōciderūt me vulnere sup vulnus. Et breuiter in toto corpore. Esa. liij. A planta pedis vsq ad verticē nō est inuenta in eo sanitas. r tanti dolores extiterūt vt xp̄s i cruce clamaret. O vos oēs ꝗ trāsitis p vīā rc. Scda opatio dicit in bonis exercitatio. qm̄ in bñ agēdo semp ē periculū in mora. Grego. i pasto. Sepe cū opportune ꝗ agere possum⁹ nolum⁹ paulopost cuz volum⁹ nō valem⁹. j. ad Coꝝ. vj. Hortor vos ne i uacuū grām dei recipiatis. Et ad Gal. v. Dum tps habem⁹ opemur bonuz. Tertia est piculoꝝ declinatio. j. Jo. v. Tot⁹ mundus in maligno posit⁹ est. Quarta dr eternorū affectio. ps. Queadmoduz desiderat ceru⁹ ad fontes aquaꝝ rc. L Nunc d scda specie adoratiōis scz de dulia est dicēdum. Ad cui⁹ euidentiam nota ꝙ dulia capitur dupl'r. Uno mō generaliter r large p reuerētia exhibenda siue deo siue creature rōne excellētie cuicūq: r sic dulia est cōmunior latria Jō etiā adoratōe dulie pōt de⁹ adorari. r nō solū ipe s; oēs angeli scti beati r rectores rc. Et d ista adoratiōe dulie itelligēdū ē cū legim⁹ aliꝗs sāctos creaturas adorasse. vt Nathan pp̄ha Dauid. ij. Reg. j. c. Angelos abraam Gen. xviij. r hmōi. Scdo accipit ex cōi vsu strict⁹ solū p reuerētie exhibitione creature debite et illo modo dulia est duplex. Una est exhibitio reuerentie debita mortalib⁹ boib⁹ ratione virtutis scientie status vel psidentie. r illa fm cōmunē vsum vocat absolute

dulia. Alia species vocatur yperdulia et ē excellentior reuerētia exhibēda alicui creature singulari q̄dā applicatiōe ⁊ relatione ipius ad deuȝ aut ad diuinum ministeriū sacrate ⁊ dignificate vt sunt caro et sāguis xp̄i. beata virgo. crux xp̄i. beati in patria ⁊ cetere excellentissime creature. Et dicitur ab yper qđ est supra ⁊ dulia quasi sup duliam vel excellēs duliā mortalib' cōmuniter debitā. ¶ Scđo aduerte q adoratio est duplex. scȝ p se ⁊ p accidens. Quedam ē adoratio p se. Per se aūt debet alicui adoratio. i. exhibitio honoris ⁊ reuerētie ⁊c. in quo causa vel rō talis honoris ē. Causa aūt ⁊ ratio adorationis latrie dicit aut summa maiestas dei in se cōsiderata q̄ est maximi dominij ⁊ i supremo gradu respectu oīs creature. aut ipa summa bonitas dei inquantū cōmunicatiua matri boni in nobis ⁊ hoc principaliter et ꝑpter se. Per accidēs ꝟo dicit exhiberi alicui adoratio in q̄ causa talis honoris nō est ſȝ habet habitudinē ad illud i quo est talis causa. Cum aūt vt ex p̄dictis habet triplex sit adoratio. scȝ latrie. dulie. ⁊ yperdulie. non vna ⁊ eadē q̄ debet vel exhibetur vni exhibetur vel debetur alteri. sed alia vni alia alteri vt patebit de singulis p exempla. Nā ista sunt q̄ alia ⁊ alia adoratione a nob venerantur et salubriter adorant. scȝ de' trinitas. xp̄s humanitas. vl' caro xp̄i. imago christi. crux xp̄i. claui et lancea xp̄i. mater xp̄i. sancti in celo. imagines et reliquie sanctorum. ¶ Primo enī deus adoratur adoratione latrie principaliter ⁊ p se. q2 in eo est causa illius honoris vt dictū ē Deutero. vj. Dn̄m deū tuuȝ adorabis ⁊ illi soli seruies. scȝ sacrificiū offerendo. Scđo trinitas adorat eadē adoratiōe qua deus scȝ latrie tm̄. nā in ipsa sunt tres ꝑsone et vna essentia. quia igitur in trinitate est numer' vel discretio ꝑsonaꝝ. idō in trinitate sunt tres qui adorant scȝ pater filius ⁊ spiritus sanctus. ⁊ equali ac vna tm̄ adoratione. q2 est vna ⁊ equalis causa i trib'. scȝ vna maiestas. vna equalitas. ideo tm̄ vna adoratio est. Quod figuratuȝ est Geñ. xviij. vbi dicit q Abraam tres vidit ⁊ vnū adorauit ¶ Tertio adorat xp̄s vnica tm̄ adoratione. Cum enī in xp̄o sit vna ꝑsona tm̄ ⁊ due nature. Est quidem vna adoratio ⁊ vnus honor ex ꝑte eius q̄ adorat. Ex ꝑte ꝟo cause q̄ adorat pñt dici plures adorationes. vt scȝ alio honore honoraret ꝑpter sapientiā increatā et alio ꝑpter sapientiam creataȝ. Sicut in simili si in vno hoīe sint plures excellētie q̄ sunt causa honoris sui puta p̄latio sciētia ⁊ virtus. erit vnus honor ex parte eius q̄ honorat et plures cause honoris. quia idem homo est ⁊ q̄ honoratur ⁊ ꝑpter p̄lationem ⁊ ꝑpter scientiaȝ et ꝑpter virtutē. ¶ Hic cadit dubiū. vtꝝ christo incarnato debeat maior honor ⁊ veneratio nūc q̄ꝫ ante incarnationē. Respōdet Alexā. iij. ꝑte sum. q. xvj. ar. j. q maior honor et veneratio potest dici dupliciter. scȝ ꝭm quātitatē. id est extensiue. ⁊ ꝭm qualitatem. id est intensiue. Primo dicitur maior veneratio ꝭm quātitateȝ scȝ quia in pluribus ē veneratio ⁊ sic xp̄o incarnato debet exhiberi maior veneratio. q2 in plurib' debet venerari. scȝ in diuinitate et humanitate q̄ nō exhibet filio nō incarnato. Secūdo dicit veneratio maior ꝭm qualitatē eo q maiori ⁊ intēsiori veneratione veneratur ⁊ sic nō debetur ei maior veneratio. Cui' ratio est. quia ad id quod debetur venerationi humanitatis est totaliter causa effectiua. ¶ Quarto adorat corpus aut caro siue hūanitas xp̄i. Pro q̄ nota q corpus xp̄i capit duplicit. Primo p xp̄o corporeo siue incarnato. ⁊ sic non est dubiuȝ quin sit adoratione latrie colendus. q2 est verus deus ⁊ homo. Secundo capit pro humanitate christi siue p parte materiali illius humanitatis que distinguitur contra animā. Humanitas autē christi cōsiderat dupliciter. Uno modo per se vt separata a verbo dei: ⁊ sic non est adoranda adoratione latrie sed yperdulie. Ratio quia cum sit pura creatura ⁊ ꝭm se cōsiderata nullaȝ relationem habeat ad suppositū. igitur vt sic considerata non adoratur adoratiōe latrie. Idem dicendū de carne xp̄i sic cōsiderata. Scđo mō caro vel hūanitas xp̄i ꝯsiderat vt ꝯiūcta diuinitati ypostatice et sic esset adoranda adoratione latrie per accidens nō tamē per se ⁊ terminatiue. Unde Damasce. lib. iij. sniaꝝ. sic ait. Adorat caro christi cum incarnato deo verbo nō ꝑpter seipam sed ꝑpter vnitatē ei' diuinitati ꝭm ypostasim verbi dei. Glo. sup illud p̄s.

Adorate scabellū pedum eius dicit. Qui adorat corpus xpi nō terrā intuitur sed illum cuius scabellū ē in cuius honore scabellum adorat. sed verbū incarnatū adoratur adoratōe latrie per se. ergo ꝛ corpus eius siue humanitas. ꝛ hoc ꝑ accidens. qꝛ lꝫ causa honoris vel adorationis latrie nō sit in humanitate xpi. quia est pura creatura: nec illa vnio ypostatica deificat illā venerandā carnē. nec etiā extra limites creature ponit, ꝓpter qđ nō debet sibi impendi cultus latrie per se et ad se terminatiue vltimate sicut exhibetur diuine nature. sꝫ qꝛ habet aliquā habitudinē ad illud in quo est talis causa quo vnit sibi scꝫ diuine nature scꝫ ypostatice. igitur ꝑ accidēs debet sibi cult⁹ latrie. Ubi tñ nota ꝙ aliqd potest habere habitudinē ad deuꝫ cui debet cultus latrie per se dupliciter. Uno mō qꝛ incidit in idem suppositum seu subsistit in eodem supposito vt humanitas xpi. Alio modo sic ꝙ nō incidit in idem suppositū sed habet solam intrinsecā habitudinē ad ipm: sicut imago ꝛ crux christi ꝛc. Sic ergo eadē adoratiōe adoratur caro et humanitas xpi vnita diuinitati qua xps ꝑ accidens tm. ita ꝙ adoratio nō ad hūanitatē finaliter terminat sꝫ ad deū q̄ in ea adorat. Q. Quinto adorat imago xpi. vbi nota ꝙ imago xpi ꝛ alioꝝ sctōꝝ pōt dupliciter ꝯsiderari. Primo inquātū ē res q̄dam puta lapis vel lignū sculptū aut pictū. ꝛ tunc nulla adoratione ē adoranda: nec debet ei vt sit aliq̄s honor. Cuius ratio est. qꝛ reuerentia nō debet nisi rōnabili creature q̄ veneratione est capax. Alio modo pōt considerari ſm ꝙ est imago. et tūc cum idem sit motus in imaginē ꝛ in rem cuius est imago dat Bonauentura in. iij. di. ix. hanc regulam ꝙ cuilibet imagini talis est exhibēdus honor qualis debetur rei cui⁹ est imago. Cū ergo xps adorat adoratione latrie cōsequens est ꝙ imago xpi sit adoratione latrie ꝛ h̄ deperaccidēs adorāda. Et imagines beate virgines ꝛ alioꝝ sanctoꝝ adoratione iperdulie deperaccidēs solū inq̄ꝫtum honor xpi vel alterius sancti ꝑ ipsam imaginē representati redundat ī imaginē representantem. eo modo cum quis honorat principem ī nuncio suo vel littera sua. Cum ğ adorat imago nō adorat rōne sue realitatꝭ sꝫ rōne sui significati. R Ad quarū declaratione notandū ꝙ imagines sanctoꝝ triplici rōne sunt inuēte. scꝫ ꝑpter simpliciū ruditatē. ꝓpter deuotōis tepiditatem. ꝛ ꝓpter memorie labilitatē. Primo ꝓpt simpliciū ruditatem vt scꝫ q̄ lr̄as nesciunt in sculpturis et picturis tanq̄ꝫ in scripturis fidei nostre mysteria legere possint. Hanc rationē Grego. ponit et habet in. c. perlatum. de ꝯse. dist. iij. vbi dicit sic. Aliud est enim picturā adorare aliud ꝑ picture historiā q̄d sit adorandū addiscere. naꝫ qđ legentib⁹ scriptura hoc ideotis prestat pictura cernentib⁹. qꝛ in ipa ignorantes vident quid sequi debeāt. in ipsa legunt qui lr̄as nesciunt. vnde ꝑcipue legere nescientibus ꝑ lectione pictura est. Hec ibi. Secundo inuente sunt imagines ꝓpter deuotionis tepiditatē. Excitant enī ad deuotionem mētis christifideles ꝯsiderantes ex talibus picturis que ꝛ quāta ꝓpter nos deus fecit ꝛc. Tertio inuente sunt ꝑpter memorie labilitatē. quia que audiunt solū facilius traduntur obliuioni q̄ꝫ ea que vidētur. nec semper presto est qui beneficia dei ad memoriā reducat per verba. ideo dispēsatione dei factū est vt imagines fierent in ecclesijs vt vidētes eas recordarent de beneficijs sibi impensis. et de operibus virtuosis sanctorū. Hec ratio tangitur in ca. venerabiles. de conse. dist. iij. vbi sic dicit. Venerabiles imagines christiani nō deos appellant neq̄ꝫ seruiunt eis vt dijs neq̄ꝫ spem salutis ponūt in eis neq̄ꝫ ab eis spectant futurū iudicium. sed ad memoriaꝫ ꝛ recordationē primitiuorū venerantur eas ꝛ adorant. Hec ibi. S Sexto adoratur crux christi. Ad cuius euidentiaꝫ nota ꝙ crux christi accipit tripliciter. Primo ꝑ christo crucifixo in modū crucis expanso. Sic canit ecclesia. O crux aue spes vnica ꝛc. et sic adoranda ē latria ꝑ se: qꝛ est deus qui latria est adorandus terminatiue. Secundo accipit crux xpi ꝑ corpe xpi in cruce expāso qđ nō est xps. ꝛ sic adorat adoratiōe latrie ꝑ accidēs. Tertio capit ꝑ ligno in q̄ xps pepēdit. Et hec crux xpi ſm sctm̄ Tho. pōt dupliciter cōsiderari. Uno modo tanq̄ꝫ instrumentū nostre salutis in quo mēbra christi fuerunt expansa ꝛ ex hoc sanguine eius ꝑfusa. et sic debet ei reuerentia

yperdulie. sicut ⁊ cetere reliquie sanctoꝝ a nobis venerant̃. Alio modo põt ꝯsiderari crux illa inq̃ꝫtũ repñsentat figurã xp̃i extẽsi ⁊ crucifixi in ea: ⁊ tunc ꝑ accidens ẽ latria adorãda. q꞉ eadeꝫ adoratiõe q̃ adorat̃ xp̃s ꝑ se scꝫ latria adorat̃ ⁊ crux ei⁹ ipsius representatiua sꝫ ꝑ accidẽs sicut dictũ ẽ de imagine xp̃i. Alie v̾o cruces ꝓut sũt q̃dã imagines impresse ĩ q̃cũqꝫ alia materia puta lapidis argẽti vel auri nõ adorant̃ nisi vt imago xp̃i quã veneramur adoratõe latrie de per accidẽs. T Septio adorãt̃ claui lãcea ⁊ corona ac hmõi a nob̃ adoratione yperdulie ꝓpt̃ ꝯtactũ sancti corꝑis ⁊ sãguinis xp̃i. ⁊ q꞉ fuerunt instrumẽta passionis ⁊ mortis xp̃i nõ tñ adoratiõe latrie sic crux christi. Cuius rõ est. q꞉ ista nõ representãt imaginẽ xp̃i sicut crux q̃ dicit̃ signũ filij hoĩs qd̃ apparebit ĩ celo. Mat. xxiiij Jdoqꝫ mulieribꝫ dixit angelus. Jesum q̃ritis nazarenũ crucifixũ. nõ lanceatum nõ coronatũ. nõ clauatũ ⁊c. Et inde ẽ ꝙ imaginẽ crucis xp̃i veneramur in quacũqꝫ materia videt̃. nõ aũt imaginẽ clauoꝝ vel lancee ⁊c. q꞉ ista nõ repñsentant imaginẽ xp̃i sicut crux vt dictũ est. Et ad hoc est Damasce. li. iiij. ⁊ doc. in. iij. dis. ix. V Octauo adorat̃ btã virgo mater xp̃i. ⁊ cuꝫ sit rationalis creatura nõ debet adorari adoratione latrie que soli creatori debetur de ꝑ se sꝫ solũ adoratiõe yperdulie maiori tñ super alios beatos rõne sue singularꝭ sãctitatis ⁊ relatione ad xp̃m q꞉ materna. ⁊ sic q꞉ nõ solũ venerat̃ rõne sui sed etiã rõne filij vt mater dei. ⁊ ideo nõ debet̃ ei qualiscũqꝫ yperdulia sꝫ maxima. Alij aũt beati in celo adorant̃ adoratiõe yperdulie. sꝫ inferioris gradus q̃ꝫ sit honorificẽtia beate virginis rõne p̃dicta. de adoratiõe vero imaginum sanctoꝝ dictũ est supra. X Ultimo adorant̃ reliquie sãctoꝝ adoratiõe dulie. nã cum sanctos dei in veneratione debeamus habere tanq̃ꝫ mẽbra xp̃i et dei filios ⁊ amicos ⁊ ĩtercessores nostros. ideo eoꝝ reliquias qualescũqꝫ honore cõgruo in eorum memoriã venerari debem⁹. et p̃cipue eorũ corpora que fuerũt templũ dei ⁊ organa spiritussancti in eis habitantis ⁊ operantis. vnde ⁊ de⁹ hmõi reliquias cõuenienter honorat in eorũ p̃sentia miracula faciendo. Et q̃ꝫuis corpus alicui⁹ sancti sit insensibile et per cõsequẽs nõ sit nostre venerationis capax adoramus tamẽ ipm̃ vel ipius reliquias ꝓpter tres rõnes. Prima ẽ ꝓpter deuꝫ cuius ministri fuerũt. Secũda est ꝓpter animã q̃ ei vnita fuit et nũc fruit̃ deo. Tertia quia idem corp⁹ vniendum est anime beate ad glorie complemẽtum. Y Secũduꝫ de adoratiõe declarandum dicitur causalitas. Ubi queritur quare adoramus ⁊ inuocam⁹ sanctos cuꝫ tñ solus deus orationes ⁊ necessitates nostras cognoscat. Nam dicit Aug⁹ in li. de cura pro mor. agen. Nesciunt mortui etiã sancti quid agant viui etiã eorũ filij. Solutio. dicendũ ꝭm sanctum Tho. ⁊ doc. in iiij. di. xlv. ꝙ oratio vel inuocatio porrigit̃ alicui dupliciter Uno modo quasi ꝑ ipm̃ implendum. Alio modo vt per ipm̃ impetrandũ. Primo modo soli deo orationẽ siue inuocationẽ nostraꝫ porrigimus. quia omnes orationes nostre ordinari debent ad gratiã ⁊ gloriã ꝯsequendam que solus deus habet dare. Juxta illud ps̃. Gratiaꝫ ⁊ gloriã dabit dñs. Secundo modo orationem ⁊ inuocationẽ porrigimus sanctis angelis ⁊ hominibus vt deus per eos nostras petitiones exaudiat. quia ꝭm Scotum in. iiij. dis. xlv. Sancti cognoscũt orationes nostras ⁊ pia opera cognitiõe reuelatoria a deo qui huic sancto reuelat queꝫ adoras ⁊ honoras. ⁊ tũc per mentale desiderium orat etiaꝫ deum ꝓ te vt deus respiciat sua seruitia que fecit in hac vita et oĩa merita ita ꝙ sicut ipse per illa adeptus est gaudia eterna ita etiã tibi valeant ad gaudium eternuꝫ. Cuius exemplum assignat Sco. Si ẽ vnus potens in diuitijs et honoribus plures habẽs seruitores quoruꝫ vn⁹ plura sibi fecit seruitia q̃ꝫ alij. quẽ tamen dominus sufficienter remunerauit si ille inuocat̃ ab aliquo vt pro eo ad talem intercedat: talis põt petere vt respiciat sua merita ⁊ seruitia intantũ ꝙ etiam illi valeant gratiã obtinere. ita etiã hic. Z Ad autoritatẽ beati Augꝰ. p̃mitto ꝭm Petruꝫ de palu. in. iiij. dist. xlv. ꝙ triplex est cognitio beatoꝝ in patria. scꝫ naturalis. beata. ⁊ quedã media q̃ dicitur reuelatoria. modo dicendũ ꝙ mortui scꝫ existentes in purgatorio ea que hic in mũdo agunt̃ ꝯsiderata eorum naturali cognitione nõ cognoscũt

orationes nostras ꝛ p̄cipue interiores motus cordis. qꝛ naturali cognitiõe ītuitiua ea cognoscere non pñt ꝓpter īmoderatā distātiā. nec noticia reuelatiõis specialis. qꝛ nõ habēt illā noticiā i verbo quā comitaꝶ regulariter talis reuelatio. nec cognitione beata. qꝛ eam adhuc nõ habēt: sed beati in patria q̄ vidēdo verbū diuinū oīa que decet eos cognoscere de nobis ꝛ q̄ circa nos aguntꝶ etiā q̄tū ad interiores motus cordis vident in verbo id ē cognitione beata ꝛ maxime eoꝝ excellentiā decet vt cognoscant petitiones ad eos signo voce vel corde porrectos. ꝯ Tertiū declarandū de adoratiõe sanctorū dicitꝶ ꝑmissibilitas. Ubi queritꝶ vtrum omnibus sanctis tam viuentibꝫ q̄ mortuis possumus p̄ces porrigere ꝛ eos solēniter venerari. Ad hoc dico primo q̄ si loquimur de viuente q̄ nulla creatura viuens est adoranda vt sancta quoniā nullus viuens sanctus est lꝫ sit bonus: nisi forte accipiendo sanctitatē largo mõ. vt illud Leuit. xix. Sancti estote quoniam ego sanctus sum. q̄diu eni quis viuit peccator ē. j. Joh. j. Si dixerimus qꝛ peccatū nõ habemus ꝛc. Sanctitas autē omnē prauitatis maculā excludit. Si autem loquimur de eo qui vixit ꝛ nūc ē mortuus: tunc dico scdo q̄ si talis sanctus homo in vita sua post eius mortem est ab ecclesia canonisatus ꝛ ꝑ sancto approbatus tunc possumꝰ ei p̄ces publicas et solēnes porrigere ꝛ officium solēne de eo facere. et si ecclesia in canonisatiõe eiꝰ erraret. qđ tñ nõ est credendū. licet accidere posset vt in c. a nobis. de sen. excõ. nihilominus tñ p̄ces in eiꝰ honorē effuse ꝓpter fidē que non deficit deo sunt accepte. Si tñ talis non ē canonisatus nec ꝑ papā ꝑ sancto approbatus: ꝛ tamē aliquis credit eum esse sanctū vel eiꝰ vita fuit sibi nota dicit Inno. q̄ talis potest eū occulte venerari ꝛ p̄ces porrigere nõ adorare. et dicit notāter occulte. qꝛ publice nõ licet nisi ab ecclesia sit canonisatus ꝛ approbatus. in. c. de reli. ꝛ venera. sanc. q̄uis etiam ille sanctus miracula faceret. qꝛ etiā mali miracula faciūt. ꝛ contingit homīes quādoq; diabolica fraude decipi falsis figmentis. vt habetur casus in dicto. c. j. de quodam in ebrietate occiso. ꝭ Ex his patꝫ q̄ hi grauiter peccant qui inuentas nouas reliquias publice venerantur que nondum auctoritate summi pontificis sunt approbate. Antique aūt reliquie nõ debent extra capsam ostēdi nec poni venales. vt i. c. ij. eo. titu. Reliquias vēdere vel emere symoniacū est vt ibidē ꝑ doc. ꝛ in. c. placuit. de cõse. di. j. dꝛ q̄ nulla memoria martyrū ꝓbabiliter accipiaꝶ nisi aut vbi corpus aut reliquie certe sunt. aut vbi origo alicuꝰ habitationis vel possessionis aut passiõis fidelissima origine traditur. nam q̄ per somnia ꝛ que per inanes q̄si reuelationes quorumlibet hoīm vbicunq; cõstituuntur altaria omnino reprobentur. Hec ibi. Item furtiue subtrahi reliquias sanctoꝝ vt honorabilius ponanꝶ sacrilegiū est ſm Hugo. quia aufertur sacrum de sacro. Itē portare reliquias sanctoꝝ ad collū si h̄ fiat ex deuotione ꝛ fiducia ad deū ꝛ sanctos quorū sunt: licitū est ſm sanctū Tho. scđa scđe. q. xcvj. ar. vlti. Secus si fieret cum aliqua superstitione. puta q̄ vas eorū esset quadrangulare et hmõi. qꝛ tūc licitū nõ est. Secundū de oībus sanctis declarandum dicitꝶ festiuatio. Pro cuiꝰ euidētia queritꝶ. q̄re sancta mater ecclesia instituit festum hoc omnium sanctorum solēniter celebrandū. Solutio. dicendū ꝓpter quattuor causas quas vide in sermone đ hoc festo p̄cedenti vicꝫ. xcij. H. Tertium de omnibꝫ sanctis declarandum dicitur meritatio quod in themate tangiꝶ cum dicitur. Quoniā merces vestra. Pro cuius euidentia nota q̄ sancti in celo habent duplicē mercedē siue p̄miū scꝫ essentiale ꝛ accidentale. De quibꝫ vide in supradicto sermone dñice secūde post trinitatis cuiꝰ thema est. Nemo viroꝝ illoꝝ q̄ vocati sunt gustabūt cenā meā ꝛc.

Sermo alius de oībꝫ sctīs. XCIIII.

wann. xix.

c Ongregate illi sctõs eiꝰ. ps. xlix. Res minꝰ ꝑfecta seq̄tꝶ exemplū rei magis ꝑfecte. sic dicit phs. ij. phisicoꝝ. q̄ ars imitaꝶ naturā in q̄tū põt. Patet đ pictore ꝛ colore ꝛ imaginibꝫ. nā q̄ plꝰ appropinquat dispositioni nature hic tāto ꝑfectior est in arte sua. Itē discipulꝰ etiā imitaꝶ magistrū suū in operando. sed quia ecclesia militās est minus

perfecta q̃ triumphans que ↄsistit in ꝑfe-
cta beatitudine. Ideo ea q̃ fiũt in ecclesia
militante exemplata sunt ab ecclesia triũ-
phante. Sicut ergo sãcti q̃ sũt in celo ha-
bent ex ꝑte dei vnũ cõmune gaudiuz. Ita
etiaz ecclesia statuit vt omnes fideles xp̄i
haberẽt hodierna die in toto mũdo ex ꝑte
oĩm sanctoꝝ vnũ cõmune festũ eo ꝙ non
de omnibꝫ sanctis fiũt specialia festa, quia
tanta est eoꝝ numerositas ꝙ totũ tempus
ãni nõ sufficeret etiã si singulis horis, etiã
singulis minutis ageremus festum vnius
sancti. Quia sicut dicit Guilhel. i rationa-
li, ꝙ quolibet die plꝰ q̃ quinq̃ milia sãctoꝝ
festa ↄcurrerẽt allegãs Eusebiũ Cesariẽ.
asserere ꝑter diem kalendaꝝ Januarij qñ
pagani intẽdebãt epulis et nõ passionibꝫ
sanctoꝝ. Etiã illa festa sanctorũ q̃ pagimꝰ
a multis aut nõ bñ custodiunt, aut multe
negligẽtie in eis cõmittunt, vt ergo oẽs sã-
cti a nobis honorent et cõmisse negligẽtie
aliqualiter explent statuit ecclesia hodier-
nũ festũ cõmune omnibꝫ sanctis, vt ita ho
die oẽs sancti sint cõgregati apud nos in
vna cõmuni festiuitate sicut in celo sũt cõ
gregati ĩ vna cõmuni felicitate. Ideo ꝓphe
ta in verbis thematis hortatur nos vt ho
die oĩbus sanctis ꝑ sanctã vitã nos cõgre
gare studeamus. Hoc enĩ maxime placet
deo ⁊ a nobis illδ desiderat ꝓpheta dicẽs,
Cõgregate illi sanctos eiꝰ, q̃si diceret. Ho
die habeatis solẽnẽ memoriã oĩm sancto-
rũ dei vt sicut ipi habẽt vnũ cõmune gau-
diũ in celis: ita vos de eis habeatis vnuz
cõmune festum in terris. Pro gratia. Aue
maria ⁊c. Cõgregate illi sanctos eiꝰ vbi s.
In verbis thematis duo ꝑncipaliter tan-
guntur que veniũt ad laudez ⁊ cõmenda-
tionẽ hodierne festiuitatis et ꝑ cõsequens
oĩm sanctoruz. Primo hodierne festiuita-
tis cõmunitas siue vna cõgregatio cũ di-
citur. Cõgregate scz simul in vna festiuita-
te. Scd̄o illius congregationis excellẽtia
⁊ solennitas cũ subiungit. Illi sanctos eiꝰ
Illi scz deo, id est ad honorez dei q̃ est sup
oẽs, q2 in celebratione hodierne festiui-
tatis ꝑncipaliter honorat deus. Tũc enĩ
vere sanctos dei in vna festiuitate ↄgrega
mus si deũ in ipis pura ↄsciẽtia colimus.
hoc ẽ sine peccato, ita vt sicut ipi sic ⁊ nos
in hac vita sancti simus qδ tũc facimꝰ qñ

eorum vitam bonis operibꝫ imitamur ⁊c.
Circa primũ est notandũ sicut sup̄ dixi cõ
gregatio sanctoꝝ fit in vna solennitate ad
representandũ eoꝝ cõgregationẽ et cõmu-
nionem in vna beatitudine, nam lz in celis
sint diuerse nature scz diuia angelica et hu
mana, tamẽ iste diuerse nature nõ faciunt
in celo diuersas societates sed vnaz tm̃ vt
dicit beatus Augꝰ. A Hec autẽ san-
ctorũ congregatio siue societas est ex octo
ↄgregationibꝫ collecta. Prima est triũ di-
uinarũ ꝑsonarũ in vnitate diuine essentie,
De hac ↄgregatiõe exponi potest qδ dici-
tur. iiij. Re. iiij. Congregauit dñs tres re-
ges hos. Hi tres reges significare possũt
trinitatẽ ꝑsonarũ ĩ diuinis q̃ ita sũt cõgre-
gate nõ vt dicant tres reges sed vnus rex.
Quia sicut fatemur ĩ symbolo Athanasij
nõ tres domini sed vnus est dñs, pater et
filius ⁊ spiritussanctus qui regit potenter
sapienter ⁊ clementer, vt sic patri attribua
tur potentia, filio sapiẽtia, ⁊ spiritussancto
clementia siue bonitas, hec etiam tria ap-
propriata deberẽt esse in quolibet rege hu-
mano vt sit potens ad defensionẽ, sapiens
ad gubernationẽ siue ꝓpulsionem, ⁊ bonus
siue clemens ad subuentionez siue ad par-
cendum. Et nõ solum hec esse debent ĩ re-
ge sed in quolibet homine vt sit potens et
fortis ne peccet ꝑ infirmitatẽ ⁊ sic ↄtra pa-
trem, sapiẽs ne peccet ꝑ ignorantiam, ⁊ sic
cõtra filium, bonus et clemẽs ne peccet ꝑ
maliciã, ⁊ sic peccet cõtra spiritũsanctum,
B Secũda est cõgregatio duorũ in ce
lis scz regis ⁊ regine, id est christi dei ⁊ ho-
minis ⁊ marie matris eius virginis glorio
se. Sũt ergo ĩ celo xp̄s et maria tãq̃ duo
luminaria magna, que ornãt celũ ⁊ illumi
nant totum mundũ. Unde sicut sol alios
excedit planetas in quãtitate, in claritate,
⁊ in virtute, ita christus omnes alios bea-
tos excedit in magnitudine dignitatis, in
claritate cognitiõis, ⁊ in potestate siue vir
tute auctoritatis, ẜm illud Mat. vlti. Da
ta est mihi omnis potestas in celo ⁊ in ter
ra. Sed domina nostra cõparatur lune ꝓ
pter puritatẽ, plenitudinẽ, ꝑfectiõez, ⁊ ꝑsplẽ-
dẽtiã. Nã sicut luna est pulchra ita maria
ẽ pulcherrima ⁊ purissima, ẜm illud Cañ.
vj. Pulchra vt luna. Sicut luna ẽ plena
in oppositione, ita Maria plenissima per

fecunditatē ꝛ gratiarū vbertatem. ꝫm illud Eccī. v. Quasi luna plena in diebꝰ suis lucet. Sicut luna est ꝑfecta: ita Marie glīa immēsa. ꝫm illud ps. Sicut luna ꝑfecta in eternū. Sicut luna p̄est terrestribꝰ. ita maria in celestibꝰ. Ideo merito xp̄s ꝛ Maria dicunt̄ duo luminaria magna. De quibus Gen̄. j. Fecit deꝰ duo luminaria mag̃. vnū qd̓ p̄est diei vt sol. i. xp̄s iustis. aliud nocti vt luna. i. maria pctōribꝰ C Tertia cōgregatio est angeloꝝ q̄s deus cōgregat in vna felicitate: et nō est cōgregatio confusa sed distincta in modū exercitus. Cōsueuit autē in exercitu triplex distinctio inueniri. Quia aliqui sunt milites sociātes et quasi ꝓtegētes dn̄m q̄ sp̄ ei assistunt. et istis assimilant̄ angeli p̄me hierarchie. Prima em̄ hierarchia est assistentiū q̄ ꝯtinet tres ordines. qꝛ inter assistētes p̄ncipi aut regi q̄dā hn̄t hāc dignitatē vt ꝑ seip̄os possint ad regem familiarit̄ accedere. et hoc cōpetit ordini thronoꝝ q̄ vsq̧ ad h̄ eleuant̄ vt deum familiariter ī seip̄os recipiāt: ita vt causas rerū in ip̄o immediate cognoscere possint. Quidā ṽo sunt vt secreta regis cognoscāt sicut ꝯsiliarij eiꝰ. et istis assimilat̄ ordo cherubin q̄ sp̄ eminēter diuina secreta cognoscunt. Et interp̄tant̄ scie plenitudo Quidā vero sunt q̄ circa principē semꝑ inherēt. et his assimilat̄ ordo seraphin q̄ excellentius alijs deo ꝑ amorē sunt vniti. et interp̄tant̄ ardētes siue incendētes. Alij ṽo sūt in exercitu q̄si capitanei dirigētes ꝛ ordinātes exercitū. et istis assimilant̄ angeli medie hierarchie q̄ scꝫ est p̄sidentiū. et ista hꝫ tres ordines. Quidā hn̄t diffinire q̄ agēda sūt. et ꝑtinet ad dominatiōes. Quidā hn̄t dandi facultatē ꝛ p̄cipe vt ipleant̄. ꝛ ꝑtinet ad ṽtutes. Quidā hn̄t ordiare quō ea q̄ diffinita sūt ꝛ p̄cepta ipleri possint. et h̄ ꝑtinet ad potestates. Alij ṽo sunt in exercitu belloꝝ vt bellatores ꝛ ꝓsequētes bellū. et istis assimilant̄ angeli tertie hierarchie q̄ est ministrātiū nobis. qꝛ oēs sūt ministratorij sp̄us in ministeriū missi ꝓpter eos q̄ hereditatē capiūt salutis. ad Heb. j. Nos em̄ ī bellis nostris p̄mo indigemꝰ custodia q̄ ꝓtegamur ꝛ hoc ꝑtinet ad angelos ī infimo choro. ex q̄bꝰ cuilibet homini datꝰ est vnꝰ ad custodiā a natiuitate scꝫ ī vtero. vt dicit Hiero. Scd̄o in bellis nr̄is indigemꝰ instructiōe qua doceamur. et hoc ꝑtinet ad archangelos q̄rū est nos instruere specialit̄ de his q̄ sunt sup̄ rationē. Tertio indigemꝰ duce q̄ dirigamur. et hoc ꝑtinet ad principatus. Idē vult Dyoni. li. celes. hierar. Ad hāc ḡ cōgregationē angeloꝝ distinctā ꝑ modum exercitꝰ p̄t exponi illud. j. Machab. j. Cōgregauit ṽtutes et exercitū fortē nimis.

D In q̄bꝰ ṽbis tangunt̄ tres rōnes q̄re ipi hn̄i angeli sūt a nobis honorādi. Prima qꝛ sunt nr̄i ductores. scꝫ ad ṽtutes nos ducendo sicut demones ad vicia. et iō vocat eos virtutes dicēs. Cōgregauit virtutem. Nā seraphin dirigūt et ducūt ad charitatē. cherubin ad fidē. throni ad spem. dominatiōes ad iusticiā. ṽtutes ad fortitudinem. potestates ad prudentiā. principatus ad tēp̄erantiā. archāgeli ad magnanimitatē. angeli ad hūilitatē. scꝫ ꝓpter custodiam: qꝛ hūilitas est custos ṽtutū. Vn̄ licet regulariter angeli supioꝝ ordinū nō mittantur. tn̄ inferiores hoc agūt in ṽtute supioꝝ. Qui aūt aliq̄d ꝑ aliuꝫ facit ꝑ seip̄m facere monstrat̄. Et hinc est ꝙ angelꝰ q̄ incendit labia Esaie ꝓphete dictꝰ est seraphin. Esa. vj. Scd̄o angeli sunt honorādi qꝛ sunt nostri defensores. Et ꝓpterea vbi supra vocat eos exercitū. quia pugnant ꝓ nobis cōtra demones potestatē eoꝝ refrenādo. Patet Apoc. ij. de angelo qui ligauit demonē et misit in abyssum. Et Thob. viij. de diabolo in superiori deserto egypti ligato. Ligare aūt demones nō est aliud nisi eoꝝ potestatem refrenare. Tertio sunt honorandi: quia sunt adiutores nostri eo ꝙ sūt fortes nimis. Propter quod possunt nos in difficilibꝰ adiuuare. ꝫm illō Joel. ij. Multa sc castra eius quia fortia. E Quarta cōgregatio est patrum antiquoꝝ scꝫ patriarcharum et ꝓphetarum. quorū quidam fuerunt electi ad genꝰ humanū saluādū. sicut Adam Noe et Abraā. Nā ex adā genus humanū est deriuatū. in Noe saluatum. in Abraam iustificatum. qꝛ ip̄e fuit primū exemplum fidei. et immolando filium suum Isaac ligna ī dorso deferentē figura exp̄ssa passionis xp̄i. quē deus pater ꝓ salute nostra immolauit. Quidā vero electi sunt ad mundum illuminandū quorum aliqui ipsum illuminauerunt exemplis virtutum. sicut Abel qui fuit exemplum innocentie.

D

Noe iusticie. Abraam obediētie. Job pa-
tientie. Joseph ꝯtinentie. Moises māsue
tudinis. Dauid misericordie. Alij vero il-
luminauerūt eum doctrinis sicut ꝓphete q̄
secreta dei cognouerunt annunciauerūt et
scripserūt. Et iō petr⁹ ſmonē ꝓpheticū assi
milat lucerne lucenti ī caliginoso loco. ij.
Pe. j. Quidam vero electi sunt ad deum re
cōciliandū. sicut Noe in tempore iracun-
die factus est recōciliatio. Et de Moise di
citur ps̄. lv. Et dixit vt disperderet eos si nō
Moises electus eius stetisset in cōfractio
ne in cōspectu eius. Et de Phinees dicit
ibidem. Stetit phinees et placauit et cessa
uit quassatio. Job etiam orauit ꝓ amicis
et placauit deuz. Sic ꝛ nos per orationes
amicorum nostrorū. id est sanctorum debe
mus placare deum. Ad hāc cōgregationē
referri potest qđ dicit. ij. Reg. v. Cōgrega-
uit Dauid rursum omnes electos id ē chri
stus sanctos patres. F Quinta con-
gregatio apostolorū qui fuerūt principes
et duces oīm populorū in christum credē-
tium quos cōuerterunt. Hi ꝑncipes ꝛ du
ces fuerūt primo magne potentie. Unde
Aug⁹. Dedit em̄ eis deus potestatē sup na
turam vt eam curarent. super demones vt
eos eijcerent. super elementa vt ea muta-
rent. super animas vt ipsas absoluerēt. sup
mortem vt ipsam cōtemnerent. super ange
los vt dominicum corpus cōsecrarēt. Itē
secundo facti sunt principes magne sapien
tie. Unde Aug. Ex abiectissimis et impe-
ritissimis ex paucissimis nobilitant. illu-
minantur et multiplicant occultissima elo
quia. ꝑclarissima ingenia. copiosissima ag-
mina acutorum. facundoꝝ atq; doctorum
Unde patet q̄ ipi fuerunt semina et princi
pia omnis christiane sapientie et eloquen
tie. Et licet ex se essent abiectissimi et impe-
ritissimi: tm̄ facti sunt postea sapientissimi ꝛ
excellentissimi. Item fuerūt tertio princi-
pes magne sanctitatis. ꝓpter quam sancti-
tatem refulsit mira ꝯuersatio christi in eis
tanq̄ in speculo et cognoscebat in eis sicut
sol in suo splendore. et sicut rosa in suo odo
re: et sicut ignis in suo ardore. Ideo dicit
Chrys. Misit xp̄s apl'os q̄si sol radios su
os. quasi rosa suauitatis sue odorē. et quasi
ignis scintillas suas dispgit. vt sicut sol in
radijs suis apparet. sicut rosa in odoribus
suis sentitur. et sicut ignis in scintillis suis
ardet. Sic in illorū virtutib⁹ xp̄i potentia
cognoscitur. Isti ergo gloriosi ꝑncipes si-
cut fuerūt cum xp̄o cōgregati in mūdo: sic
sunt cōgregati cū deo in celo. ſm illud ps̄.
Principes ꝓploꝝ cōgregati sunt cum deo
Abraam ꝛc̄. G Sexta est congrega-
tio martyrū q̄ fuerūt viri bellatores. De q̄-
bus dicit. j. Mach. xiij. Cōgregās oēs vi
ros bellatores accelerauit ꝛc̄. Bellauerūt
em̄ sancti martyres ꝓ fide et iusticia ſm q̄
multi fuerūt bellatores ꝯtra eos. sic tyran
ni cū cruciatib⁹. philosophi cū sophismati
bus. heretici cum ꝑsecutiōib⁹. Ideo bn̄ po
tuit dicere illa sancta martyꝝ congregatio
illud ps̄. Multi bellantes aduersum me.
Item habuerunt bella extrinseca a diabo-
lo et mundo. et intrinseca sustinendo mar-
tyriū cordis. Quod triplex est ſm Grego.
Primū cōpassio afflictoꝝ. Un̄ ait. Qui do
lorem exhibet in aliena necessitate crucem
portat in mente. Secundū est dilectio ini-
micoꝝ: ait em̄. ferre ꝯtumelias ꝛ inimicum
diligere martyriū est in occulta cogitatiōe
Tertiū est patientia aduersoꝝ. de quo ait.
Sine ferro martyres esse possumus si pa-
tientiā in corde veraciter seruam⁹. Habue
rūt etiā bella a corpore ꝓprio. vlez bella pau
pertatis. parcitatis. et castitatis. Ex illis er
go bellis obtinuerūt sancti martyres pec-
catorū remissionē. meritorū accumulatio-
nem. et eterne glorie possessionē. H

Septima est cōgregatio cōfessoꝝ. De
quib⁹ dicit Sophonie. j. Cōgregās vola-
tilia celi ꝛ pisces maris. Sancti aūt cōfes-
sores dicunt volatilia ꝓpter vitā cōtempla
tiuam ī qua volauerūt alis intellectus per
cōtemplationem siue orationez. Quia ſm
Damasce. oratio est ascensus mētis in deū.
Et ala affectus volauerūt ꝑ dilectionem.
Dicunt aūt volatilia celi. q2 licet in mūdo
essent corpe: tm̄ erāt in celo cogitatiōe affe-
ctione ꝛ ope. id est opis intentione. ſm il-
lud Matth. vj. Respicite volatilia celi ꝛc̄.
Item dicunt pisces maris ꝓpter vitā acti-
uam. pisces em̄ viuunt in aqua maris ſ3 tm̄
non suffocant in ea sed natant. Sic boni
actiui licet angustient in mūdo tm̄ nō pere
unt: quia iuuant se natādo. i. bene operan-
do. Un̄ in ps̄. Uolucres celi et pisces ma-
ris ꝛc̄. I Octaua est ꝯgregatio sanctaꝝ

virginuz. De quibus dr Esa .xl. In brachio suo cōgregabit agnos. Virgines em̄ fuerunt tanq̄ agni innocentes in mēte, immaculati in carne, fructuosi in ope, et mansueti in cōuersatione. Tales agnos xp̄us cōmendauit Petro dicēs Joh. vl. Pasce agnos meos. Ex omnibus illis pz q̄ octuplex est cōgregatio electorū et sctōꝝ quoꝝ oīm hodie festū colimus. In quibus etiā includuntur vidue et maritate vel maritati ḱm diuersitatē meritoꝝ suorum. Aliq̄ em̄ ex illis sunt martyres. aliq̄ cōfessores. aliq̄ ꝓphete vel p̄res. et sic de alijs. Scd̄o dixi q̄ ꝟbis thematis innuit illius cōgregationis excellētia et solennitas cū dr. Illi sctōs eius. illi id est deo. q. d. ad honorē dei hodie omnes sanctos in vnū cōgregatos solēniter honorate. K Pro q̄ notandū q̄ sancti siue beati qui sunt in celo fuerūt hic cōgregati xp̄o viuēdo et moriēdo. viuēdo vicz ḱm eius p̄cepta et ad eius volūtatē. et moriēdo ꝓ xp̄o siue in xp̄i fide. et nūc sūt cū deo cōgregati in celis regnando. Et ideo hic in terris q̄libet illoꝝ dicere potuit. Aīa mea illi viuet. Etiā moriendo sunt xp̄o cōgregati. q2 post mortē ad illius cōgregationē et societatē ꝑuenerūt. Vn̄ in ps. Quis ascēdit sup occasum dn̄s nomē illi. Sup occasuz dn̄s ascēdit qn̄ de morte triumphās morte sua mortem nostram destruxit. et nō solum ascendit sup occasum mortis sue sed etiam sup occasum mortis sctōꝝ suoꝝ i q̄rū morte ipse triumphauit dū eos de ipa morte triūphare fecit. vel mortē ɔtēnēdo. vel ꝑ ipam mortem ad imortalē vitā eos ꝑducēdo. Itē cōgregati sunt illi. id est ad illius laudē et honorem etiā nūc in celo regnādo: vbi i vna beatitudie obiectali eternalit deū laudāt. Jō p̄nt dicere illud ps. Populus eius et oues pascue eius: introibimus portas eius in cōfessione zc. Tertio sunt sibi cōgregati: quia sunt sancti eius. Ideo notāter dictū est i themate. Cōgregate illi sctōs eius. Fuerūt em̄ sancti ꝑ ꝟtutē: et eius ꝑ charitatē. vel scti per gratiā et eius ꝑ gloriā. L Ex q̄ sequit q̄ nos obligamur laudare et honorare sctōs q2 sunt dei. ptz. q2 eos laudando et honorādo: ipm deū cuius sunt laudamus et honoramus: sicut laudat et honorat dn̄s in ꝓle sua. q2 oēs sancti sunt filij dei. sicut laudat et honorat dn̄s in seruis suis. q2 ipi sūt ministri et famuli qui fecerūt hic voluntatem eius. sicut laudat et honorat artifex in suo ope: q2 ipi sunt opa manuū eius q̄tum ad esse nature et q̄ntū ad esse gratie. Itē sicut laudat p̄dicator i ḱmone suo. q2 ipe dn̄s loq̄tur in eis. ḱm illud. ij. ad Cor. xiij. An experimentū q̄ritis eius qui in me loquitur xp̄s. Ideo cōgrue ad laudandū deū i sctīs eius hortat nos ꝓpheta ps. vlt. dicēs. Laudate dn̄m in sanctis eius. q. d. Laus sanctorum est laus dn̄i coꝝ. Si ergo volumus cōgregare sctōs deo ad honorē: tunc debemus attēdere q̄ hoc de9 a nobis exigit in verbis thematis vt oībus sctīs q̄rū hodie est festiuitas ꝑ vitā sanctā nos ɔformare studeamus et h̄ maxime placet deo et a nobis desiderat adimpleri. Vn̄ Bern̄. Currite frēs q2 non solū sancti et angeli: sed ipoꝝ creator et dn̄s cū oī celestis curie frequētia nos desiderat et expectat. Nā si oēs sctōs hodie sub vna festiuitate cōgregemus et nos ꝑ vitā reprobam disiungemus. talis cōgregatio dn̄o nō placet. Tunc em̄ vere ad honorē dei sctōs cōgregamus: cū eos imitādo sicut ipi sancti erimus. vt sicut ipi fuerūt patiētes. casti. misericordes. hūiles. mansueti. et pati zc. sic et nos. Et si ɔsideramus aliq̄s multum peccasse nō imitemur eos in pctīs sed i penitētia si cecidimus. si es luxuriosus et cōsideras mariā magdalenā: respice eius pn̄iam. vide ipa fuit soluta: et forte tu maritata vel voto astricta zc. Dubitatur circa dicta. ex q̄ hodie oēs sanctos in vnū cōgregatos laudamus et veneramur in vna festiuitate ad rep̄sentandū coꝝ ɔgregationē in vna cōmuni beatitudine. q̄d est tn̄ gaudiū sctōꝝ q̄d cōiter h̄nt in illa eterna btītudine. Hāc dubitationē soluit wilhel. Parisien̄. in lib. de vir. trac. de spe. par. scd̄a dicēs. M

Gaudiū electoꝝ ꝓuenit ex q̄ttuor ptibus. Pria a btā trinitate. scd̄a a loci amenitate. tertia a iocūda societate. et q̄rta a corpis glorificatiōe. De p̄mo scriptū ē Esa. xxxiij Regē in decore suo videbūt. Et. xxxv. eodem mō dr. Ipi videbūt gloriā dn̄i et decorem dei nr̄i. In visiōe aūt regis triplex erit electis gaudiū. Primū erit in videndo faciem diuinā: et illud erit summū gaudium. Vn̄ Aug9. Si mali possent mallēt deum videre in inferno i penis q̄ extra penas deum nō videre. Et Chrys. dicit. Ego multū

grauiores q̄ꝫ gehēne cruciatus esse dico re
moueri et abijci ab illa gloria. nec puto ita
acerba esse gehēne incēdia vt sunt illa q̄bꝫ
torquet̄ is q̄ arcet̄ a ꝯspectu dei. Ex illo pa
tet q̄nta sit dānatio ꝑuuloꝝ q̄ absq̄ɜ baptis-
mo decedūt. q꞉ licet nō torquent̄ penis in-
ferni: tñ eternalit̄ priuant̄ visiōe dei. Hinc
est ꝙ scti p̄res antiq̄ qui erāt in limbo cum
maximis suspirijs postulauerūt aduentū
xp̄i vt possent venire añ ꝯspectū dei. licꝫ nul
lam sentirent penā inferni: sicut in ꝑsona il
lorum clamauit ꝓpheta in ps̄. Dñe inclina
celos ⁊ descēde. et Esa. lxiiij. Utinā dirrū-
peres celos ⁊ descēderes. Et i ps̄. illo. Qui
reges israel intēde. triplicat̄ illud. Ostende
faciē tuā et salui erim⁹. ꝓpter magnū deside
riū ꝓphete ad visionē dei. vñ ⁊ saluator di-
cit Joh. xvij. Hec est vita eterna vt cogno
scant te deū verū solū ⁊ quē misisti Jesum
xp̄m. Et iō dicit ꝓpheta. Sitiuit aīa mea
ad deū fontē viuū q̄ñ veniā ⁊ apparebo añ
faciē dei. Et apl's. j. ad Coꝝ. xiij. Uidem⁹
nūc ꝑ speculū in enigmate: tūc facie ad fa-
ciem. Et. ij. ad Coꝝ. xij. apl's dic̄ se raptū ī
tertiū celū. vbi dic̄ Aug. Ibi btā vita ī fon
te viuo bibit̄. inde aliq̄d asꝑgit̄ huic hūa-
ne vite. oēs em̄ delicie q̄ sūt in isto mundo
velut minime gutte sunt q̄ a fonte illo flu-
xerunt inimicis dei q̄ guttas illas in terra
lingunt fonte suauitatis ꝯtempto. s̄m illō
Hiere. ij. Dereliquerūt me fontē aq̄ viue.
Minus sūt oēs delitie q̄ fuerūt in mundo
et eruntvsq̄ɜ in diem iudicij respectu illius
suauitatis q̄ꝫ sit vna gutta aq̄ respectu to-
tius maris. Cū ḡ tāta delectatio inuenia̅t
in portiunculis creature q̄nta inuenietur ī
ip̄o creatore. Si ḡ q̄ñq̄ɜ hoīes currunt per
plura miliaria ad videnduꝫ spectaculū: q̄d
facere deberent ad videndū deum. sed heu
amor terrenorū excecat rōnis oculū. Ideo
dicit frater Guido Carthus̄. Si diuine bo
nitatis vestigia tantū hñt suauitatis: quid
habet ip̄e fons suauitatis deus. Sed quō
exprimere valem⁹ qḋ est immensum: certe
nullo mō. Uñ Aug. in li. de simbolo dicit
Facilius possum⁹ dicere in illa vita eterna
q̄d ibi nō sit q̄ꝫ q̄d ibi sit. nō est ibi mors: ñ
est ibi luctus: nō est ibi lassitudo: nō est in-
firmitas: nulla fames: nulla sitis: null⁹ est⁹:
nulla corruptio: nulla indigētia: nulla me-
sticia: et nulla tristicia. Secundū gaudiuꝫ
erit in videndo humanitatē xp̄i. de quo di-
cit Bern. Plenū prorsus est oī suauitatis
dulcedine videre hoīem hoīs ꝯditorē. Ter
tiū gaudiū erit in ꝯsideratiōe vnionis hu-
mane nature ad diuinā. mirabile em̄ gau-
diū erit electis cū cognoscēt ꝙ frater eorū
s̄m carnē vere de⁹ sit. Magnitudo huius
gaudij pōt ꝑpendi ex gaudio qḋ solēt hīe
parentes: cū eoꝝ filij fuerint ep̄i vel archi-
ep̄i facti: aut al's exaltati: tanta erit vnitas
capitis et mēbroꝝ ꝙ mēbra honorē sui ca-
pitis suū reputabūt. sicut caput hoīs bo-
na vel mala mēbris suis illata sua reputat
Hec de primo scꝫ beata trinitate. ¶
Scđo electis a loci amenitate triplex
gaudiū ꝑuenit. Prīo a claritate loci. Tho
bie. xiij. Btūs ero si fuerint reliq̄e seminis
mei ad videndū claritatē hierl'm. et Apoc̄.
xxij. Nox ibi vltra nō erit. Patet illud etiā
de claritate celi empyrei: qḋ dicit̄ igneū rō
ne claritatꝭ. q꞉ totū est luminosum. Secū-
do a loci puritate. Apoc̄. xxj. Nō intrabit
in eā aliq̄d coinquinatū aut abominatio-
nē faciēs. Tertio a loci latitudie. Baruch
iij. O israel q̄ꝫ magna est dom⁹ dei ⁊ ingēs
loc⁹ possessionis ei⁹ ⁊c̄. ¶ Tertio ele-
ctis ꝑuenit triplex gaudiuꝫ ex iocunda so-
cietate. Primo ex multitudine. Apoc̄. vij.
Uidi turbā magnā quā nēo dinumerare
poterat ex oībꝫ tribubꝫ ⁊ linguis ⁊c̄. Sicut
etiā ptꝫ in ep̄l'a hodierna. Scđo ex nobili-
tate societatis illius in qua erūt virgo bea
ta ⁊ angeli et scti ⁊ sancte. q̄ oēs reges ⁊ re-
gine erūt. reges vtiq̄ɜ sūt q̄ de manu sūmi
iꝑatoris coronā regni accipiūt. Sap̄. v.
Accipiūt regnū decoris de māu dñi ⁊ dia
dema speciei ⁊c̄. Uñ ⁊ filius dei d꞉ venisse
de sedibꝫ regalibꝫ. Sap̄. xviij. Plus ergo
deberēt vt dicit wilhel. vbi s̄. hoīes labo-
rare solummō vt vna die possent esse cum
btā virgine q̄ꝫ multi laborāt ꝑ eterna gl'ia.
Uñ Hiero. in ep̄l'a ad Eustochiū. Egre-
dere q̄so paulisꝑ de carcere ⁊ papilione cor
poris vt in hostio stans videas gloriā dei
ꝑtrāsire ⁊ p̄ñtis laboris añ oculos tuos p̄
fige mercedē quā nec oculus vidit nec au-
ris audiuit nec in cor hoīs ascēdit q̄ ꝑpara
uit deus diligentibꝫ se. q̄lis erit illa dies cū
tibi mr̄ dñi btā maria choris occurret co-
mitata virgineis cū post rubrū mare sub-
merso cū suo exercitu pharaone timpanū

tenens ꝑcinnet respōsuris. Cantemꝰ dn̄o gloriose eñ magnificatus est: equū ꝛ ascē-sorē eiꝰ ꝓiecit in mare. Tertio de amicabilitate illiꝰ societatꝫ. tāta est eñ inter eos charitas ꝙ gaudia alioꝝ sua reputabūt. Esa. xxxj. dixit dn̄s. Cuius est ignis in syon: et caminus eius ī hierl'm. ꝓpter magnā enim charitatē hereditas illa oībꝫ vna est, singulis tota vt dicit Grego. Exēplū illiꝰ familiare hr̄e possumus in speciebꝫ aromaticis Si tu haberes species aromaticas in manu tua q̄uis tue essent. tn̄ ego q̇ iuxta te sū ex odore ipaꝝ delector et reficior: acsi mee essent. Ita erit inter sctōs in patria vt dicit Augꝰ. qꝛ gaudiū qđ habebunt singuli erit cōe oībꝫ ꝑ vinculū charitatis: et q̇sqꝫ gaudebit de bono alteriꝰ tantū acsi ī seipo haberet ꝛc. P Quarto electis ꝓuenit q̄druplex gaudiū a corꝑis glorificatōe. Primū a corpis pulcritudine. scđz ab eiꝰ subtilitate. tertiū ab eiꝰ agilitate. q̄rtū ab eiꝰ īpassibilitate. Primuz erit in corꝑe respectu eiꝰ qđ erit iuxta se. vt scꝫ alia corꝑa glorificata in aspectu eiꝰ delectenꝫ. Scđm respectu eiꝰ qđ erit infra se vt scꝫ corꝑa inferiora corpori glorificato cedant. Tertiū respectu eius qđ erit supra se: vt scꝫ ad aspectum suū ꝑfectam posset habere obedientiā Quartū ad id qđ erit ꝯtra se ne ab aliq̄ posset ledi. Ecce q̄ntū gaudiū erit electis a glorificatione corporū: nō solū suoꝝ sed ꝛ alioꝝ qui sunt iuxta se et supra se in q̇bus delectabunꝫ: et eoꝝ q̇ erūt infra se ꝛ ꝯ se: qꝛ talia eis cedūt ꝛ obediunt ad placitū. nec corꝑa glorificata ledere pn̄t aliq̄ mō. wilhel. vbi s̄. Q

Sed diceret q̇s. habebūt ne electi etiaꝫ gaudiū a mūdo ꝛ inferno. Rn̄det wilhel. vbi sup̄. ꝙ electi ab inferno habebunt triplex gaudiū. Primū ex hoc ꝙ infernū euaserunt. Secūdū ex hoc ꝙ hostes eoꝝ cruciabunꝫ. ẜm illud ps̄. Letabiꝫ iustus cū viderit vindictā. nō ex hoc ꝙ delectenꝫ i penis eoꝝ ꝑcise. sed ex hoc ꝙ vident in eis diuinam iusticiā impleri q̇ potuissent ꝯsequi misericordiā ꝛ noluerūt. et hoc eis summe placet. scꝫ executio diuine iusticie. qꝛ eoruꝫ volūtas est totaliter ꝯformis diuīe voluntati. Tertiū ex hoc ꝙ pctm̄ qđ maxime nocuit hoībꝫ clausum erit in inferno. Post diē eñ iudicij erit peccatū in inferno q̄si in ꝓprio loco. non eñ potuit remanere neqꝫ in celo neqꝫ in terra q̇n ad vltimū descēdat ad infernū. R Scđo dicit wilhel. ꝙ electis a mūdo etiā ꝓuenit triplex gaudium. Primū ex h̄ ꝙ a penali miseria huiꝰ exilij liberati erūt. Vn̄ Bern̄. Trāsire de morte ad vitā vite gaudiū duplicat. Verisimile ē ꝙ multū gaudeat de hac liberatiōe q̇ dicebat. Heu mihi qꝛ incolatꝰ meus ꝓlongatꝰ est. Et ille q̇ ait. Cupio dissolui et esse cum xp̄o. Scđm ex hoc ꝙ a naufragio liberati erūt. Si eñ illi q̇ de mari exierūt tantum gaudēt: verisimile ꝙ multū gaudeant q̇ tot naufragia passi a mari huiꝰ mūdi ꝑiculosissimo euaserūt. vn̄ Bern̄. Periculū ꝓbat transeuntiū raritas ꝛ ꝑeuntiū multitudo. in mari marsilie de q̄ttuor nauibus vix vna perijt. In mari huiꝰ mūdi de q̄ttuor nauibus vix vna ad portū salutꝫ ꝑuenit. Tertiū ex h̄ ꝙ ipi cū tāte infirmitatis essent tn̄ de tāto hoste triūphauerūt. vn̄ Job. xlj. Nō est ptās sup̄ terrā q̄ cōpareꝫ ei q̇ factus est vt nullū timeret. Nos sumꝰ sic̄ locuste. hostes nr̄i vt gigantes. Jō dicit Aug. lib. cōfess. Quanto fuerit maiꝰ periculū in ꝓlio: tāto maius gaudiū in triūpho. Sic est in nauigantibꝫ. nā post ꝑicula ꝛ ruinas naufragij exultāt nimis q̇ ante timuerūt nimis Ideo de futura gloria dicit Augꝰ. in li. de ciui. dei. Quāta erit felicitas vbi nullū erit malū. nullū latebit bonū. vacabiꝫ dei laudibus q̇ erit oīa in oībꝫ. Itē in eodeꝫ. Illa ciuitas in se magnū lumen habebit ꝙ nulli sup̄iori nullꝰ inferior inuidebit. sicut nec inuidēt archangelis angeli ceteri. qꝛ nollet vnusq̇sqꝫ maius habere bonū aut id qđ alium secū videt habere. Recte sicut digitus in corꝑe nō vult oculꝰ esse. Et subdit Aug. Quis alius est finis nr̄ nisi ꝑuenire ad regnum cuius nullꝰ est finis. vbi amabimus et laudabimus qđ erit sine fine. S

De hoc celesti gaudio audiamꝰ vnū exēplū qđ recitat Cyrillꝰ in ep̄la ad Aug. de morte Hieronymi quō in sup̄ioribꝫ ꝑtibꝫ egypti erat q̇dā magne sanctitatis monachus Helyas noīe: Hieronymo sanctissimo in vita familiaris. hic quadā die solitꝫ incumbēs orōnibꝫ somno repētino adueniente aliquantulū obdormiuit. et ī visiōe vidit palaciū mire pulcritudis. ꝛ cū huc illucqꝫ gradiens mirareꝫ illius palacij pulcritudinem tam excellentē vidit quoddam

preparari tribunal a quibusdam iuuenib⁹ nimie pulcritudinis stratis tapetib⁹ ⁊ vestibus auro ⁊ gēmis circūquaq₃ relucentib⁹ in quo tribunali rex q̄dā maxim⁹ sedit cuius aspect⁹ erat tante suauitatꝫ vt nil aliud q̄s vellet hr̄e, magna comitat⁹ societate virorū sole lucidiorꝫ, inter q̄s sctūs Hieronymus apparuit ⁊c̄. Ecce gaudiū ex pulcritudine celestiū. Ita etiā refert Aug. ꝙ postq̄ȝ Hieronym⁹ sibi apparēs discessit tāte suauitatis reliq̄t post se odorē vt ꝑ multos dies ineffabilis suauitatis odor in cella sua remaneret. Et si hec de⁹ suis electis ostendit hic in terris: q̄d tunc faciet in celis. Vñ et tūc Augustino cogitāti quō breuē tractatulū scribere vellet de gaudio et glīa btōꝝ dixit eidē Hieronym⁹ vel poti⁹ aīa beati Hieronymi sibi apparēs dixit. Poti⁹ totū mare in artissimo clauderet vasculo. poti⁹ terrarū orbē puus teneret pugillus. poti⁹ a motu ꝯtinuo celū desisteret q̄ȝ gaudiorꝫ ⁊ glīe q̄b⁹ btōꝝ aīe sine fine potiunt̄ minorē itelligeres pticulā nisi vt ego experiētia doceris. Ecce si non fuit in terris cōcessum Augustino intelligere gaudia btōꝝ q̄ tot⁹ ardebat in amore xp̄i. q̄d nos miseri pctīs pleni illoꝝ gaudia enarrare q̄rim⁹. Attēdamus ḡ doctrinā bti Hieronymi q̄ tunc ait Augustino. Hic nō q̄ras q̄ nō alibi nisi q̄ tam feliciter ꝑeras inueniri pn̄t. hic satage talia exercere opa vt postmoduȝ ibi qȯ aliqualit̄ intelligere cupis totaliter in eternū habeas Ita suo mō nos hic exerceam⁹ ꝑ opa bona sequēdo hic sctōꝝ vestigia ⁊ exempla vt tandē cuȝ eis possim⁹ attingere gaudia sempiterna. Amen.

In die omnium animarum.

Sermo XCV.

Miseremini mei miseremini mei saltē vos amici mei. Job. xix. Hic ē clamor omnū animarū fideliū in purgatorio existentiū quarū hodie memoriā agim⁹. Sic clamat pater ad filiū. mater ad filiā. maritus ad vxorē. frater ad sororē. et sic de singulis. miseremini mei ⁊c̄. A Clamāt bis miseremini. ꝓpter duas causas. Prima q̄si dicerent: quia estis in mūdo vbi est misericordia. ps. cxviij. Misericordia dn̄i plena est terra. Scd̄a q₂ nos anime in purgatorio sumus in miseria et pauptate: q₂ nihil meritorie agere possumus nec habem⁹ res tpales q̄bus nos redimere possum⁹. ergo miseremini nostri vos amici nostri. q̄si diceret. alieni nolūt nostri misereri. Hanc lamentabilē clamorē attēdere dn̄t filij ⁊ ꝯsanguinei defunctoꝝ. In ꝟbis pmissis innuuntur q̄ttuor q̄stiones. Prima: q̄ anie clament: miseremini mei ⁊c̄. Scd̄a q̄bus ⁊ ad quos clamēt. q̄ tangit̄ ibi. saltem vos ⁊c̄. Tertia q̄re clamēt. q̄ tangit̄ ibi. q₂ manus dn̄i tetigit me ⁊c̄. Quarta q̄b⁹ possint iuuari ⁊ eis miscōia impēdi. q̄ tangit̄ ibi. Et carnibus meis saturamini ⁊c̄. B Ad primā q̄stionē respondēdo nota ꝙ aīaꝝ q̄dā sunt beate iam in celo: ille nō clamāt verba ꝑdicta: q₂ nō indigēt suffragijs. Unde dicit Aug⁹. in enchy. et hr̄ in c. cū marthe. de cele. mis. ꝙ sacrificia siue altaris siue quarūcūq₃ elemosynarū ꝑ defunctis valde bonis grāꝝ actiōes sunt. Quedā aīe dānate sunt i inferno ꝑ pctō originali ⁊ actuali: vel ꝑ originali solo in limb⁹. et ille etiā nō dicūt miseremini. q₂ nulla est ibi redēptio. neq₃ eis ꝓdessent suffragia nr̄a. sed si ꝑ eis fiūt sunt cōsolationes viuoꝝ. Quedā aūt sunt i charitate suā explentes pniam in purgatorio: tales clamant miseremini ⁊c̄. q₂ eis ꝓsunt suffragia viuoꝝ. Et sunt i quadruplici differentia. Primi q̄ ad purgatoriū veniunt sunt q̄ cum venialib⁹ moriunt̄. Hi eñ ferunt secū lignum fenum ⁊ stipulā. vt dicit apl's. j. ad Coꝝ. iij. ꝑ q̄ venialia pctā intelligunt̄ vt dicit magister ibidē. Secūdi sūt q̄ pniam añ obitū suū nō pegerūt sicut cōtingit his q̄ absq₃ ꝯfessione moriunt̄ ꝯtriti. Tertij sunt hi q̄ iniunctā sibi pniam nō cōpleuerūt. Quarti sunt q̄ pniam iniunctam cōpleuerunt: sed tñ illa ignorātia vel negligentia sacerdotis nō fuit sufficiēs. Nā penitētia in ꝯfessione a sacerdote iniūcta aut est maior: aut equalis: aut minor. Si ē maior: tunc id qȯ hō plus fecerit cū morit̄: in augmentū sue glorie cedit. Si est equalis tūc sufficit ad ei⁹ pene dimissionē. Si aūt fuerit minor: tunc id qȯ residuū est ex virtute diuine iusticie in purgatorio emendatur ne aliquod peccatū remaneat impunitum. Est aūt purgatoriū locus ad purgationeȝ animarū specialiter deputatus. Nam hm̄

Richar.dis.xxi.quarti. ¶ In inferno quattuor sunt loca se habētia ꝰm inferius et supius. In loco maxime infimo sūt dā̄nati ꝑ pctō actuali. In illo q̄ est īmediate sup̄ illū sunt dānati ꝑ solo pctō originali. In loco q̄ est ꝯsequēter supra illū sunt aīe q̄ purgant᷑: q2 ibi de lege cōmuni purgant᷑: ꝗuis alibi purgent᷑ ex causa speciali. sc3 vel vt viuentib9 aliq̄d nunciēt. vel vt suffragia impetrēt. ⁊ vt patiendo vbi peccauerūt dei iusticiā aliquib9 sensibilib9 manifestēt. In quarto loco nō sunt aliq̄ anie. sed añ christi aduentū ibi erāt anie sctōꝝ patrū q̄ penitentiā suā expleuerāt in purgatorio. et ille q̄ recedētes a corpe nihil purgabile portarent. Locus aūt p̄fat9 dicebat sin9 Abrae. q2 abraam ꝑmus se ab infidelib9 sepauit: ⁊ fidei signaculū distincte accepit. Ideo locus requiei q̄ debet᷑ anīe ꝓpter fidē charitate formatā sinus Abrae dictus est. D

Ad secundā q̄stionē respondēdo: ad q̄s et q̄bus clament tangit᷑ responsio cū dicit᷑. saltē vos amici mei. Ubi nota ꝙ aīe ī purgatorio ad quattuor genera hoīm clamāt. Miseremini mei ⁊c. Primo ad ꝯsanguineos et amicos q̄ hic eoꝝ bona possidēt ⁊ eis nō subueniunt: et tales infideliter agūt. q2 si quis hic in seculo videret amicū suum ī igne puniri quē posset liberare et nō faceret: infideliter vtiq3 ageret. Ita faciūt pueri ⁊ cōsanguinei qui de bonis parentū pulcras vestes. equos et alia emunt. domos edificant. agros et alia emunt. aut singula in superbia et luxuria cōsumunt. ⁊ nullum suffragiū defūcto clamāti: miseremini mei ⁊c. impendūt. Attendāt illi q̄d ampli9 dicant. q̄re me ꝑsequimini sicut de9. q̄si dicerent. Deus punit me sua iusticia penā mihi infligendo. vos aūt amici mei punitis me in pena relinquēdo. et carnib9 meis saturamini. i. diuitijs meis tp̄alib9. q̄si dicerēt. Iniustū est ꝙ vos amici in penis me relinquitis q̄ vob̄ mlta bona tp̄alia reliq̄: et animā meā ꝓpterea sepe neglexi. Secūdo ad hos clamāt quib9 hic charitatē: beneficia et fidelitatē exhibuerūt: et ipi eis nō refundunt. Uñ ps. lxxvij. Obliti sunt bñfactoꝝ eius. Et hec est magna ingratitudo ⁊ ꝯtra rationē humanā obliuisci et nō regratiari bñfactorib9. Uñ Aresto. in. iiij. ethic. Oportet regratiari ei q̄ gratiā fecit. sed defunctis aliter regratiari nō possumus nisi per suffragia eis impensa. Tertio clamant ad executores testamentoꝝ q̄ nō exequunt᷑ testamēta eis cōmissa: sed retardant de die in diē. Et hoc est ꝯtra charitatē ⁊ fidelitatē quia ꝰm doctores hoc animab9 nocet. al's em̄ citius liberarent᷑ vel eoꝝ pena alleuiaretur. Et ꝰm canones tales sunt fures et sacrilegi ⁊ excōicandi. vt dicit᷑ in c. qui oblationes. xiij. q. ij. Inuehe cōtra nō exequentes. Quarto clamant ad sacerdotes religiosos et pauperes qui elemosynas defunctorum recipiunt et pro ipis fideliter nō orāt. Nam omnes qui de elemosynis viuūt magis debent esse deuoti et in orationibus assidui. vt dicitur in ca. Quia sacerdotes. x. q. j. E Ad tertiam questionē respondendo quare clament. Cuius ratio tangitur. quia manus domini tetigit me. Ubi nota ꝙ propter tria clamāt: miseremini ⁊c. que nos debent inducere ad eis cito subueniendum. Primo propter pene acerbitatē. Est enim pena purgatorij ꝰm quosdā eadem cum pena inferni. licet terminum illa habeat: ista autem non. Sed non dubitatur acerbissimam esse penam purgatorij. de peni. dist. ij. ca. vlti. et dist. xxv. qui in aliud. vbi dicitur. Qui in aliud seculum distulit fructum cōuersionis purgandus est igne purgationis. Hic etem̄ ignis et si nō sit eternus: miro tamen modo grauis est. Excellit enim oēm penā quā vnq3 passus est aliquis in hac vita. nunq3 in carne tanta inuenta est pena temporalis. Et in epistola Cyrilli episcopi ad Augustinum dicitur ꝙ mallet qnlibet qui illam penā expertus esset omnem huius mundi penam quā omnes homines ab Ada3 passi sunt pati vsq3 ad diem iudicij: q3 minimam illarum penarum per vna3 diem. Applica hic exemplum de heremita infirmo: qui ad optionem angeli elegit duabus diebus esse in purgatorio. et ecōuerso de beato Gregorio qui postq3 orauit ꝑ Traiano elegit ad apparitionē angeli poti9 per dies suos hic infirmari q3 per dies duos in purgatorio cruciari. Secūdo ꝓpter spem recōpensationis q̄ nos inducere debet ad eis subueniēdum. q2 aīe fideliter orant ꝑ nobis postq3 liberate fuerint. Exempli gratia. Si filius alicuius regis in exilio esset cōstitutus

et paterek magnũ defectũ: ꝛ q̇cũq̇ʒ in exilio
sibi subueniret qñ rediret ad patriã suã illi
plenꝰ refunderet. sic est de aĩabꝫ. Tertio
lõ. qꝛ suffragia q̃ facimꝰ ꝑ aĩabꝫ nobilipsis
ꝑficiũt ꝛ illa nobis ꝑmittimꝰ. qꝛ suffragia
ꝑsunt aĩabꝫ vt citiꝰ liberenk: vel earũ pena
alleuiek. etiã ꝑsunt nob inquantũ ex chari-
tate fiunt. qꝛ vt sic sũt meritoria vite eterne
facienti. ps̃. xxxiij. Orõ mea in sinu meo cõ
uertek. F Ad quartã q̃stionẽ respon-
dendo q̇bꝫ possint fideles aĩe in purgato-
rio iuuari. Solutio. Dic ꝙ sunt ṗncipalit̃
q̃ttuor ad q̃ alia postea dicẽda reducunk q̃
ponit Gre. in c. anĩe. xiij. q. ij. Anĩe inq̇t de
functoꝝ q̃ttuor modis soluunk. aut obliga
tionibꝫ sacerdotũ. aut ṗcibꝫ sctõꝝ. aut cha-
rorũ elemosyuis. aut ieiunio cognatorum.
Per hec em̃ q̃ttuor scʒ ꝑ immolationẽ ho
stie in sacro altaris. ꝑ elemosynaꝝ distribu
tionẽ. ꝑ orationũ instantiã. ꝑ ieiunioꝝ ma-
cerationẽ aĩe a purgatorio liberãk ṗncipali
ter. ꝛ ƀm istũ ordinẽ etiã efficacia ꝛ dignitas
earũ solet ordinari. ita ꝙ ṗmo multũ valet
ꝑ aliĳs oblatio sacrificĳ salutaris vicʒ sacra
menti eucharistie in missa. vt ꝓbat Greg.
in dicta autoritate. Et Aug. in enchy. ꝛ al
legat mgr̃ in. iiij. di. xlv. Nõ est ambigen-
dum defunctoꝝ aĩas pietate suoꝝ viuenti-
um releuari cũ ꝓ illis mediatori sacrificiũ
offertur ꝛc̃. immo credũt q̇dã ꝙ nl̃la mis-
sa celebrek q̇n ꝟtute sacrificĳ plures aĩe de
purgatorio liberenk: licet nõ certe diffiniã.
Testak etiã ṗdicta Gre. iiij. dial. de quodaʒ
monacho Justo nomĩe: q̇ tres aureos arte
medicine ꝯquisitos fratri suo germano re
uelauit ꝛ penituit. q̇s idem frater suus sctõ
Gregorio ṗsentauit et ꝑ. xxx. dies ꝓ eo cele
brauit ꝛc̃. Aliud ponit ibidem exemplũ de
duabꝫ monialibꝫ q̃s sctũs Benedictꝰ excõi
cauit. Tertiuʒ de illo sacerdote q̇ singulis
diebꝫ missam ꝓ defunctis celebrauit quem
ep̃s suspẽdit ꝛc̃. Quartũ de ep̃o Gebhardo
q̇ fecit piscari in lacu tp̃e estatis vbi maxi-
mũ aceruũ glaciei repperit. Quintũ de Fe
lice p̃sbytero q̇ balneauit ĩ thermis ꝛ ibidẽ
hominẽ incognitũ sibi famulantẽ repperit
cui panẽ dedit ꝛc̃. Secundũ est elemosyna
rũ largitio ꝛ hospitalitas ꝓ eis fctã. Thob.
xij. Elemosyna a morte liberat ip̃a ẽ q̃ pur-
gat pctã ꝛ facit inuenire vitã eternã. Ibi-
dem. Elemosyna patris nõ erit in obliuio

ne: sed in die tribulatiõis cõmemorabik tui
Ibidẽ. Ignẽ ardẽtẽ extinguit aq̃: et elemo
syna resistit pctĩs. Exemplũ in miraculis
sancti Jacobi de tribꝫ militibꝫ diocek Leo
dieñ. quorũ vnus vetule detulit peram et
ꝑegrinũ infirmũ q̇ infirmatꝰ occubuit. Ui
de in li. de septẽ donis. Tertiũ est fidelium
et amicoꝝ oblatio. ij. Macha. xij. Sctã g̃
et salubris ẽ cogitatio ꝓ defunctis exorare
vt a pctĩs ꝛc̃. Exẽplũ ponit Greg. iiij. dial.
de Pascasio diacono cardinali quẽ Ger-
manꝰ ep̃s Capuanꝰ repperit in thermis ꝛc̃.
Aliud exemplũ in li. de septẽ donis. de mi-
lite q̇ ꝯsuenit sꝑ orare ꝓ mortuis: cũ ꝑtrãsi
uit cimiteriũ ꝛ descẽderat de eq̃ suo quẽ fu-
gatũ ꝛc̃. Aliud exemplũ de Maria dioge
nis Uincẽ. in spec̃. histo. q̃ orãs in cimite-
rio vidit ml̃tas manꝰ de sepulcrĳ ꝛc̃. Quar
tũ est ieiunioꝝ obseruatio. valet em̃ ieiuni-
um vl̃ vigilia: abstinẽtia: silr̃ asperitas lecti:
flagellatio: genuflexio ꝛc̃. aniabꝫ applicata.
Uñ dꝛ in c. aĩe. xiij. q. ij. Jeiunia viuentiũ
sũt auxiliũ defunctoꝝ. Exẽplũ de b. Dñico
q̇ sepiꝰ ieiunauit ꝛ om̃i nocte catena ferrea
triplicẽ disciplinã recepit. vnã ꝓ se. aliã pro
defunctĳ. tertiã ꝓ pctõribꝫ viuis. Sunt ad
huc q̃dã alia ꝑ q̃ iuuank aĩe in purgatorio
sed pñt reduci ad ṗdicta. G Et est q̃̇
tũ in ordĩe fideliũ pia oblatio. qđ ꝓbak per
dictã autoritatẽ Macha. vbi dꝛ. Uir for-
tissimus Judas collatiõe facta. ꝛ sub orõe
cõprehendik oblatio pecunie. cãdelaꝝ. pa
nis ꝛ vini ꝛc̃. Ecc̃i. xxxv. Qui fac̃ miscdiaʒ
offert sacrificiũ. Eiusdẽ. xlvj. Oblatio ipin
guat altare. et sic videmꝰ ꝙ offerunk cãdele
accẽse in signũ ꝙ xp̃s q̇ est vera lux eas de
tenebris eripiat ꝛ eterna luce illũinet: ꝛ ĩ si-
gnũ huiꝰ dak moriẽti cãdela accẽsa in ma-
nu vt xp̃s q̇ est vera lux aĩam ꝑ tenebrosaʒ
viã sibi ignotã sua luce deducat. Offerk eti
am in q̇busdã locis panis ꝛ vinũ vt deꝰ pa
ne ꝛ potu celesti aĩaʒ illã pascere velit. Asꝑ
gik etiã aq̃ bñdicta suꝑ cadauer et ossa siue
sepulcra mortuoꝝ ad denotandũ ꝙ sic aq̃
extinguit ignẽ: sic ignis purgatorĳ mitigek
huic aĩe rore celi ꝛc̃. Thurificak etiã ad de
notandũ ꝙ deꝰ velit illã aĩam eripe a feto-
re purgatorĳ. et in signũ ꝙ sicut fumꝰ ascẽ
dit de thure accẽso: sic deuotio nr̃a ascẽde-
re dʒ in celũ. ps̃. Dirigak ad te dñe orõ ꝛc̃. ꝛ
nedũ ꝓsunt hmõi oblatiões defunctis sed

etiā viuis exēplū ponit Petr⁹ Cluniaceñ. de quodā q̄ cū foderet minerā moles mōtis cecidit sup eū, vxor aūt ei⁹ singulis diebus vno dēpto p integrū annū offerebat p eo panē, vinū, z candelā zc. H Sextū est amicoꝝ pro eis assumpta z expleta pnīa, nā hoc est eis valde vtile vt q̄s iniunctā eis pniam p eis ipleat, vt min⁹ habeāt soluere i purgatorio, ad Gal. vj. Alter alterius onera portate. Exēplū de q̄dā muliere q̄ post mortē mariti facta fuit meretrix. tandē cū esset puecte etatis et amatores eā ampli⁹ nō curarēt facta paup desperauit. Cui apparuit diabol⁹ dicēs q eā ditaret si suā voluntatē faceret zc. vide in Lombartica. Aliud de q̄dā socio q̄ grande pctm̄ cōmisit: et cū alio socio romā iuit z ibi cōfessus est zc. vide in li. de septē donis. Et sub isto sexto cōprehendit etiā cōpletio votoꝝ q̄ hic nō expleuerūt. Nota tñ ad hoc q penitētia pdicta eis valeat tria req̄runt. Primo q fiat autoritate ꝯfessoris. Scdo q ille psone p q̄b⁹ faciūt nō possint p se implere. Tertio q vterq̄ sit in grā z sine peccato mortali. I Septimū crux p eis assūpta. j. Pet. ij. Pctā nr̄a sup lignū portauit Esa. liij. Vere languores nr̄os ipe portauit. Exēplū ponit autor de septē donis, de quodā q̄ iuit ad siluā q̄ habuit obuiā tres nigerrimos equos inuicē cōpugnantes. Postea q̄rtū assessorē in eq̄ multū afflictū et eiulantē: q̄ cū q̄reret a dicto hoīe si viderit tres equitātes sibi siles, z ille respōdit q nō viderit nisi tres eq̄s nigros. Ille mirabiliter clamauit se miserū z oī auxilio destitutum. et cū q̄reret q̄re, dixit q nō haberet in mūdo aliquē q̄ p eo crucē assumeret zc. vide ibidē. K Octauū est indulgētie. Nā fm Richar. in. iiij. licet indulgētie non psint directe existentib⁹ in purgatorio ex q̄ nō sunt de foro platoꝝ q̄ dant indulgētias neq̄ possunt facere illud p q̄ dat indulgentia, indirecte tñ eis psunt inquantū existentes in hac vita faciūt p eis illud qd̄ cōtinet in forma indulgētie, maxime si dent indulgentie sub hac forma. Quicūq̄ fecerit hoc vel illō p se vel p pr̄e suo defuncto: vel alia psona i purgatorio existentib⁹: damus tot dies indulgentiarū, et sic etiā fm cōem opinionē doctoꝝ psunt p modū suffragij et nō p modū indulgētie. Exēplū ponit Petrus Cluniaceñ. q cū q̄dā aplīce sedis legatus quendā strēnuū militē rogaret vt in terra Albinensi i seruitio militaret. facta idulgētia pr̄i suo defuncto p vnā ibidē q̄drigenā moratus est: q̄ cōpleta pr̄ luce clarior ei apparuit z de sua liberatiōe ei grās egit.

L Nonū est debitoꝝ z legatoꝝ solutio. Eccl. vij. Mortuo ne phibeas gratiā scȝ retardādo vel nō soluēdo. De solutione debitoꝝ relictorū habes exemplū i li. apū. q q̄dā vir nobilis apparuit post mortē famulo suo hn̄s habata ignita in manib⁹ et pedib⁹ zc. vide in discipulo de tpe. ser. clx. De solutione legatoꝝ habes exēplū in historia Karoli magni de quodā milite qui cōmisit cognato suo vt equū suū post mortem suā venderet et pciū daret egenis vt s. Aliud exemplū de q̄dā puero decēni qui nō restituit mutuū qd̄ accepit ad ludos.

M Decimū est ablatoꝝ restitutio. q2 pctm̄ nō dimittit zc. Exemplū de q̄dā milite cui apparuit eius cognat⁹ sepius dicēs se affligi grauiter in purgatorio eo q nō restituisset tales fundos ecclesie rogās eū vt ipe restitueret zc. Uide in lib. de septē donis. Habes etiā ibi exemplū de q̄dam monacho q̄ apparuit socio suo dicēs se grauit affligi eo q cū accepisset nouos botos nō restituisset abbati antiquos: q̄s ei ostendit rogās vt abbati pn̄taret et p sua liberatione oraret zc. N Undecimū est beatorū subuentio q̄s ipi in seculo honorauerunt vel eoꝝ festa vel ad eoꝝ loca pegrinādo. q2 si dn̄s ad pces marthe liberauit Lazarū de limbo, nō est em̄ ambigendū q ad pces sanctoꝝ in celo multi liberent a purgatorio. Exēplū habes d̄ Karolo magno cui post mortē subuenit btūs Dionisi⁹ z eū a purgatorio liberauit. Aliud sil'e habes d̄ sctō Henrico cui subuenit sctūs Laurentius. vt in legenda.

In cōmemoratione oīm animarum.

Sermo XCVI.

Sicut in adam oēs moriunt ita z in xp̄o oēs viuificabunt. j. Coꝝ. xv. Uidem⁹ q mēbra sana interī q n̄ sūt a corpe abscisa vegetant a corpe, sic spūalr aīe defūctoꝝ i purgatorio exn̄tes q̄ i caritate decesserūt sc

mēbra corpis christi mystici.id est eccl'ie sana ⁊ non sunt abscisa nec putrida: sed sana. qꝛ nō sine charitate decesserūt. Ideo vegetant a corpe.id ē ꝑticipes fiūt bonoꝝ ecclesie.vt habet in c.ecclesie.de ꝯse.dis.iiij.vbi dicit qꝙ q̄ sunt in charitate participes sunt oīm bonoꝝ ecclesie.De q̄ Bern. Charitas est virt⁹ largiflua q̄ facit oīa cōia ꝑpter qꝺ sicut vnū membrū corpale alteri condolet et dolenti subuenit. sic et nos mēbris nr̄is spūalib⁹.i.defunctis in purgatorio dolentibus cōdolere ⁊ subuenire debem⁹. Nā licet ꝑpter pctm̄ Ade mortui sint ꝑm corpus tpaliter:tn̄ in virtute xp̄i omnes in nouissimo die viuificabuntur.id est resurgent in corpe immortali et gl'ioso. Et h̄ vult apl's in ꝟbis ꝑmissis dicēs. Sicut in adam ⁊c. In p̄nti sermone de cōmemoratiōe defunctorum duo veniūt declaranda. Primū dicitur cōpassionis.secundū subuentiōis.

Ad euidentiā ꝑmi nota qꝙ cōpati debem⁹ merito aīab⁹ in purgatorio existētib⁹ ꝑpter q̄tuor afflictiōes q̄s h̄nt in purgatorio. Prima afflictio dr̄ priuatiōis. scd̄a insultationis.tertia cruciationis.q̄rta ꝯsideratiōis. Prima dicit ꝑuationis scꝫ visione dei ad tps. Nā aīa sepata a corpe cū summo desiderio affectat deum videre cognoscens ip̄m summū et ꝑfectissimū bonū qꝺ solū ip̄am pōt quietare.et vidēs se ip̄o priuari:et si ad tps ꝑpter suū defectum summe dolet. Vn̄ clamat cū ps. Sitiuit aīa mea ad deū fontē viuū qñ veniā ⁊c. Licet ei spe ret se ip̄m visurū:tn̄ vt dr̄ puer.xiij. Spes que differtur affligit aīam. et tāto magis q̄nto res sperata magis amat. Tam em̄ intensum est desideriū aīe vidēdi deū qꝙ nullius desiderio in p̄nti vita adequari potest. Nā licet Jacob patriarcha multū affectauit videre filiū suū Joseph egypto ꝑsidentē quē mortuū extimabat. Et regia saba tā vehementer optauerit videre regē Salomonē ⁊ audire sapientiā ei⁹ qꝙ regnū dimisit veniēs a finib⁹ terre. Et Symeō iustus tāto feruore cupierit videre xp̄m dn̄i qꝙ amplius viuere nolebat. tn̄ q̄libet harum affectionū minor est illa aīe sepate cupiētis deū videre. Et hec est maxia sup oēs penas earū q̄ sūt in purgatorio ꝑm Chrys.et sanctū Tho.in.iiij.di.xliiij. Scd̄a afflictio dr̄ insultatiōis:et est demonis irridētis. Solet em̄ homini esse valde angustiosum cū videt inimicū suū insultare ⁊ irridere de penis eius.et ꝑpter hoc vt hr̄.ij. Machab.xiiij. Razias vir venerabilis ⁊ magne opinionis in populo israel ne captus illuderetur ab inimicis:piecit se ex fenestra iter turbas intestina q̄ egrediebant de corpe ei⁹ ꝑijciens sup eos. Ipi siquidē demones nō habent potestatē torquēdi aīas purgādas sicut animas dānatas.cum fuerint in ꝑsenti eorum victores.sed assistentes ante eas irridēt ⁊ insultāt eis de supplicijs suis ꝑm sanctum Tho.in.iiij.di.xlvij. Pie tn̄ creditur quia et angeli boni aliquādo visitent eas et cōfortent. Tertia afflictio est ignis cruciatio.q̄uis em̄ ignobilius nō agat in nobilius.nec cōsequenter corpus in spiritū:tn̄ ille ignis purgatorii⁹ nō naturaliter sed vt instrumentū diuine iusticie agit in animas detinēdo eas ⁊ affligēdo mō a nobis imperceptibili. Vn̄ Aug⁹. Hic ignis et si nō sit etern⁹:miro tn̄ modo ē grauis.excedit em̄ oēm penā quā vnq̄ expertus est aliq̄s in hac vita.de pe.di.vij.ꝟ.vlti. Adeo tn̄ ē grauis qꝙ ignis quē timur respectu illius reputat vt ignis pictus. Et vt dicit sctūs Tho.in.iiij.ille ignis dicit nō esse eternus: nō quidem ad substantiā sed q̄ntum ad officium.quia ignis ille non habet purgare electos nisi vsq̄ in diem iudicij:ꝑmanet tn̄ postea:qaia idem est in substantia cū igne inferni. Unde Grego.dicit. Sub eodem igne palea fumigat et aurum rutilat. Quarta afflictio est cōsideratio negligentie suoꝝ amicorum et ꝑpinquorum ad ei subueniendum.ꝑpter qꝺ clamāt illꝺ Job.xix. Miseremini mei miseremini mei saltē vos amici mei. Si quis enim in grauibus doloribus esset cōstitutus nec posset se iuuare.videt autem suos amicos ⁊ ꝑpinquos eū deserere cum tn̄ multipliciter possent eū subleuare:nōne magnā amaritudinē conciperet inde de eorū inhumanitate. Tales sunt aīe in purgatorio:qm̄ se iuuare nō p̄nt sed expectāt subleuari a suis q̄s in seculo dimiserunt.sed cū nō sentiāt eoꝝ iuuamen non paruā causam h̄nt doloris. et ꝑcipue cum multū laborauerint ⁊ multaꝝ penarū se debitores fecerint peccādo vt illis bona dimitterēt.et q̄nq̄ tāta est crudelitas hoꝝ qꝙ etiā ea q̄ ecclesijs aut paupib⁹ legauerunt

nō soluūt: aut diu differūt adimplere. Sz tales vt dr in. c. q oblatiões. xiij. q. ij. vt ne catores aiaꝝ debēt excōicari. ¶ Secundū de animabꝰ in purgatorio existentibus declarandū dr subuentiōis. Debemꝰ eīn aiabꝰ talibꝰ libenter ꝛ statim subuenire ꝓpter tria. Primū dr liberatōis, scōm cōminationis, tertiū vtilitatis. Primū dr liberatōis. Nā ꝓpter suffragia nr̄a ꝑ eis facta celerꝰ liberanť a pena ꝛ ad minꝰ eoꝝ pena mitigať non eñ eis ꝓsunt suffragia nr̄a ad augmentū grē gratūfacientis, sed ad pene earū mitigationē ꝛ abbreuiationē. qꝛ vt dicit Augꝰ. in c. nō existimemus. et in c. tempus. xiij. q. ij. Cū viueret ī hac vita meruerīt vt hec sibi postea possent ꝓdesse Que aūt ꝛ quot sint ista suffragia qbus debemus eis subuenire notat Grego. in c. aie defunctorum. xiij. q. ij. Et sunt principaliter qttuor ad q alia reducunť et habenť in hoc metro Missa pces dona ieiunia qttuor ista. Absoluūt anias qs purgās detinet ignis. Vide in pcedenti sermone de cōmemoratiōe aiaꝝ. Scōm dr cōminatiōis. Debemꝰ eñ subuenire mortuis ꝓpter cōminantē penalitatē. Cōminať eñ nobis deus ꝑ Salomonem Prouer. xxij. Qui obturat aures suas ad vocē paupis: clamabit et non exaudieť. Rō Lu. vj. Eadē mēsura q mēsi fueritis remetieť vobis. Jō Beda. Indignus est oī suffragio q defunctoꝝ imemor fuerit in h̄ seculo, et qđ plus est penā cōsequetur vt dicit Haymo sup Apoc. Justo dei se subijcit iudicio q defunctoꝝ īmemor fuerit. qꝛ dr Jac. ij. Judicium sine miscdia fiet illi q nō facit miscdiam. Exēplū legiť de qdam monacho q obijt: ꝑ q frēs vigilias missas et psalteria legerūt. Post h̄ apparuit vni de fratribꝰ cōquerēs se esse ī magna pena petēs subuentiōnē. Cui frater respōdit. Nūqd oīa suffragia tibi nihil ꝓfuerunt. Qui rñdit. Alij receperunt qbꝰ tenebar qđ neglexerā: et q ꝑ desiderium in vita meruerūt. Ecce si huic nō ꝓfuit q negligēs fuit: qd fiet his q ꝯtemnūt defunctis subuenire. ¶ Tertiū dr vtilitatis. Debemus nāqꝫ mortuis subuenire ꝓpter nr̄am vtilitatē ꝯsequendā: q triplex est. Pria dr redundationis. scđa meritatōis. tertia cōsecutiōis. Prima redundatiōis: qꝛ suffragia ꝑ eis facta redundāt in nos. Nam ꝺm Ambro. Oīe qđ defunctis impēdiť totū ad salutē nostrā ferť vt impleatur illud ps. Oratio mea in sinu meo ꝯuerteť. nā oēs q sunt in purgatorio certitudinaliter ꝑueniunt ad regnū celoꝝ: et de hoc sunt securi. licet ad tpus captiuate teneanť. ergo si aliquē regē terrenū videres detentum ꝛ sibi iuuares vt euaderet: ita vt postq̄ in regnū suū rediret tibi centuplū repēderet. multo magis aiabꝰ defunctoꝝ iuua: ita ꝙ post earū liberationē apud celestē regē sp ꝑ te interpellēt ꝛc. Jō Richar. de scō victore. Anime erepte de purgatorio dū assunt celesti gaudio miro mō interpellāt ꝑ eis q in seculo eis subuenerūt. nā deꝰ eis nihil negat q sūt in celo. Ideo Augꝰ. ī sermone. Orate ꝑ defunctis vt cū fuerint in vita eterna ꝑ vob orent. Secūda vtilitas dr meritatiōis. qꝛ per opus suffragij nos meremur nobis. Augꝰ. Certus sum ꝙ nullum opus suffragij ꝑ defunctis amittis si illis nō proderit qui nondū in tali statu sunt: tibi autē meritum erit. Quia dicit sanctꝰ Tho. in. iiij. dis. xlv. Opus suffragij pro alio factū habet duplicē effectum. Est expiatiuū pene illiꝰ pro quo fit. et meritoriū vite eterne nobis. et hoc inquantum fit ex radice charitatis. Tertia vtilitas diciť cōsecutiōis. Nam iō subuenire debemus defunctis vt post mortem misericordiā cōsequamur. Matth. v. Beati misericordes qm̄ ipi misericordiam consequenť. Ideo Augꝰ. Cupis homo vt tui misereať deus fac vt ꝓximo misereariꝫ. Et de hac satis dictū est supra in secundo. scꝫ cōminationis ꝛc. De istis vtilitatibꝰ vide exemplū in Spec. exemploꝝ. dist. iij. c. lxiij. de quodā britone qui defunctoꝝ animas dn̄o quotiēs per cimiteriū iret recōmendās quanta iocunditate post mortem ab ipsis animabꝰ susceptus sit ꝛc.

De animabus defunctorum.
Sermo XCVII.

Ancta et salubris est cogitatio pro defunctis exorare vt a peccatis soluanť. ij. Machab. xij. ¶ Pro introductiōe nota ꝙ vt notant doctores in. iiij. di. xlj. ꝙ defunctorū qdā sunt baptisati. qdā nō. nō baptisatꝫ ecclie suffragia nō ꝓsūt: cū illi nūq̄

fuerunt vnsti. Baptisati aūt q̄dā sunt val⸗
de boni vt quoꝝ aīe nunc in celo sūt. isti nō
indigēt adiutorio nostro. Ideo vt dic̄ Au
gusti. ꝙ suffragia siue missarū aut elemosy
narum ꝑ talib⁹ facta sūt graꝝ actiōes. Idē
habeẗ in. c. Cū marthe. de cele. mis. Quidā
sṫ valde mali vt dānati ꝑ pctō actuali l' ori
ginali solo. ꝑ illis etiā nō est orandū. vt in
c. placuit. xxiij. q. v. q2 talis oratio eis non
ꝓdesset neq3 alia suffragia. sed si ꝑ eis fiūt
sunt ꝯsolatiōes viuoꝝ. Quidā sunt medio
criter boni: vt in charitate decedentes q̄ ad
purgatoriū transeūt purgādi. et sunt in q̄⸗
druplici differētia. Primi sunt illi q̄ cū so⸗
lis venialib⁹ migrauerūt. Hi ferūt secū li⸗
gnū fenū et stipulā. vt dic̄ apl's. j. ad Coꝝ.
iij. ꝑ q̄ venialia intelliguntẏ. Secūdi sunt q̄
pniam ante obitū nō egerūt. sicut cōtingit
his q̄ absq3 cōfessione moriuntẏ: cōtriti tñ.
Tertij sunt q̄ iniunctā pniam nō cōpleue⸗
runt in gratia decedētes. Quarti sunt q̄ pe
nitentiā iniunctā cōpleuerūt: sed tñ illa ig⸗
norātia vel negligētia sacerdotꝫ nō fuit suf
ficiēs. ideo ad id qđ est residuū ex rigore di
uine iusticie ī purgatorio emendabitur ne
aliqđ pctm̄ remaneat impunitū. Pro illis
ergo orare debem⁹ et alia suffragia facere:
exēplo Jude machabei q̄ misit duodecim
milia dragmas argēti hierosolymā offer⸗
re ea ꝑ pctis mortuoꝝ ꝛc̄. Rō. q2 tale opus
sctm̄ et salubre est nō solū ipis defunctis:
sed etiā faciēti. q2 dicit ꝓpheta. Orō tua in
sinū tuū cōuerteẗ. Iō bñ dic̄ thema. Sctā
et salubris ꝛc̄. B In p̄nti sermone di⸗
cendū erit de trib⁹ sanctis et salubrib⁹ q̄ te⸗
nemur defunctꝫ exhibere. Primū dr̄ sepul
ture exhibitio. Scdm̄ testamentoꝝ execu
tio. Tertiū suffragioꝝ cōicatio. Primū est
sepulture exhibitio. Ubi nota ꝙ inter erro
res paganoꝝ hic erat vnus sc3 ꝙ sepultura
ad hoc esset inuēta vt aīe defunctoꝝ requiē
acciperēt. nō em̄ credebāt aīas quietē posse
accipe anteq3 corpus sepelireẗ: qđ oīno est
ridiculū quoddā. Ideo doctores Richar.
et alij in. iiij. di. xlv. q̄rti. theologi dicunt ꝙ
sepultura inuēta est ꝓpter viuos ꝛ ꝓpẗ mor⸗
tuos. Primo ꝓpẗ viuos: et sic ꝓpter nos de
bemus sepelire mortuos. et hoc ꝓpter tria.
Primo ꝓpter amouendū horrorē: ne sc3 fe⸗
tore cadaueris inficeremur: et tanta turpi⸗
tudine corpoꝝ cōfunderemur. horrendum
em̄ est hoīem mortuū cernere. Ideo dicit
Quintilian⁹ li. v. declamationū. Ad ope⸗
riendā feditatē subtrahendāq3 dolori ma⸗
teriā mortu⁹ viuentiū causa sepeliẗ. Scdo
iō ꝓpter nos: ad astruendā resurrectionē fu
turā. ꝓpter quā paul⁹. j. ad Thess. iiij. No⸗
lumus vos frēs ignorare de mor. vt nō cō
trist. mortuos vocat dormiētes. vt g̊ suble
uetur spes ad resurrectionē vere fiendā cor
pora sepulture traduntẏ. Tertio ꝓpter meri⸗
tationē vt illa sepelientes misericordiā dei
ꝯsequamur. et ꝭm h̄ Sap. iij. Sepultura
inter ceteras elemosynas cōputaẗ. et ē vnū
de sex opib⁹ miscdie. Un̄ dic̄ Aug⁹. li. j. de
ciui. dei. c. xiij. Thobias diligēter sepelien
do mortuos āgelos videre ꝓmeruit. Sic
et scti patriarche abraā isaac et iacob lau⸗
danẗ de sepultura suoꝝ. vt hr̄ Gen̄. xxiij. et
xxv. et. xlix. Sic et hi vic3 Joseph ꝛ Ni⸗
codem⁹ q̄ corp⁹ xp̄i sepelierūt in euangelio
cōmendanẗ. Exēplo ideo hoꝝ et nos sepe
lire debem⁹ mortuos: q2 valde humanū et
laudabile est ex causis p̄dictis. C Se
cundo sepultura ecclesiastica inuēta est ꝓpẗ
mortuos: q2 eis ꝓdest. et si nō ꝑ se tñ ꝑ acci
dēs. ꝛ h̄ in q̄ttuor. Primo ꝓpẗ inspicientiū
excitationē inquantū sc3 inspiciētes sepul⸗
turam memoriā retinēt defunctoꝝ ꝛ ꝑ eis
orāt. Un̄ Gre. in. c. cū grauis. xiij. q. ij. De
functoꝝ ꝓximi q̄tiēs ad sacra loca veniūt:
suorūq3 sepulturā aspiciūt: recordanẗ ꝛ pro
eis fundūt dn̄o p̄ces. Un̄ ꝛ monumentū
dr̄ q̄si monēs mentē. Scdo ꝓdest eis ꝓpẗ
sanctoꝝ intercessionē. Credendū nāq3 est ꝙ
scti illi in quoꝝ honore fabricata est eccl'ia
orāt ꝑ eo q̄ sepeliẗ in illa vel eius cimiterio
ꝓpter reuerentiā ꝛ deuotionē ipius eligētis
sepulturā ibidē. Hāc vtilitatē tāgit Aug.
in. c. nō existimem⁹. xiij. q. ij. Tertio ꝓpẗ mi
nistroꝝ ecclesie orationē. q2 et illi q̄ ecclesie
deseruiunt teneneẗ ceteris parib⁹ ꝑ illis fre⸗
quenti⁹ et specialius orare. Quarto ꝓdest
eis ideo vt dicit Amb. in. c. aurū. xij. q. ij. q2
in sepulcris xp̄ianoꝝ requies est defuncto⸗
rum. q2 ibi min⁹ vexanẗ a demonib⁹ cada⸗
uera coꝝ vt dic̄ glo. id est min⁹ inquietanẗ:
ne demones assumāt illa corpora. D
Item scdo debemus defunctis exhibe⸗
re sepulturā idest officiū sepulture. sc3 faci
endo pagere primū septimū et tricesimum
soluēdo remedia ꝛ oblatiōes ꝯsuetas: ꝭm

mo:rem ecclesie vbi sepeliunt, et q hoc fiat non adinuenit auaricia clericoꝝ vt q̃dam grossi laici dicũt, sed est autoritate ecclesie introductũ. Audi Aug. in li. de cura agenda p mortuis. Non parua inq̃t est vniuerse ecclie que in hac ↄsuetudie claret autoritas: vt pcibꝫ sacerdotis q̃ dño deo ad eius altare fundũt locũ suũ etiã habeat cõmendatio mortuoꝝ. Hec ille. Que q̃dẽ cõsuetudo vt dicit Amb. i. c. quia aliq̃ q pactio pmi, septimi, tricesimi, aut q̃dragesimi ortũ habuit a Jacob et Moyse, et deinde ab aplis ẽ cõtinuata. vt dicit Damas. in q̃dã sermone de suffragijs mortuoꝝ. Audi eius vba. Mysterioꝝ inq̃t conscij discipuli saluatoris et sacri apli in tremẽdis et viuificis mysterijs memoriã fieri eoꝝ q̃ fidelr dormierũt sãxerũt Hec ille. Propterea statuit ecclia q nõ obseruãtes laudabiles ↄsuetudines circa pdicta possũt ↄpelli p epm ad obseruantiã pdictaꝝ soluendo pactiones remedia, mortuaria, oblagia, et alia ↄsueta vt in ca. ad aplicam. de symo. E Pro euidentia tñ horũ Not. q tria req̃rũt ad h q valeat ↄsuetudo et sit laudabilis vt p sepultura aut p remedio siue p officio defunctoꝝ aliq̃d exigat et detur. Primũ est q ↄsuetudo talis habuerit pncipiũ voluntariũ hoc est q primo tale q̃d liberaliter soluerint ita q nõ fuit inuite ab eis exactuz. nã ex q̃ dantes a pncipio libere soluerunt videt se ad hoc obligasse sub noie cuiusdã oblationis quã laici solent facere clericis tpe spũaliuz: ita notat Panor. in. c. ad apostolicã. de symo. et in. c. Jacobꝫ. et in. c. suã. eo. ti. Nõ valet g ↄsuetudo vt añ sepultuz funus: vel etiaz tpe sepulture aliq̃d pro sepultura vel noie remedij exigat ab inuito. q2 nõ habet talis ↄsuetudo principiũ volũtarium. Scdo q talis ↄsuetudo nõ habuerit fundamẽtũ vitiosum aut symoniacũ ita q nõ interueniat pactũ siue cõuẽtio i futuꝝ de tali q̃d soluẽdo tanq̃ preciũ sepulture. nã vbi pactio sic pcessit talis consuetudo tanq̃ symoniaca reprobat. vt in. c. nõ satis. et. c. cum in ecclie corpe. de symo. Ratio q2 initiũ ↄsuetudis fuit symoniacũ et vitiosum. ideo nõ poterit bonã ↄsuetudinẽ introducere. Tertio q pdicta pter q̃ aliq̃d dat liberalit exhibeant. et q ptextu talis ↄsuetudinis nequaq̃ denegent: als p sumeret d symonia. et maxime si q̃s funus q̃si p pignore arrestaret. Nõ eñi põt creditor funus debitoris arrestare vt non sepeliat donec heredes soluãt. Ratio q2 sepultura est priuz funeris: nec põt sibi ex aliq̃ causa auferri nisi aliunde sepultura eẽt sibi phibita et a iure interdicta. et ideo etiã non valet pactũ nec appellatio q funus nõ sepeliat nisi prius aliq̃d soluat aut solui pmittat. vt in. c. ex parte. de sepul. et. l. fi. C. de sepul. vio. et aut. itẽ q̃ donũ. et aut. sed nec añ. Ex post tñ facto nõ soluẽtes et laudabilez ↄsuetudinẽ vbi pdicta tria ↄcurrũt nõ seruantes de soluẽdo certũ quid cõpelli pñt: nõ p rectorẽ parrochialẽ sed p epm suum. vt est tex. in dic. c. ad aplicam. Et hoc est ↄ plures heredes defunctorũ ingratos qui p aiabꝫ defunctoꝝ parũ vel nihil faciunt. sz relicta eis praue ↄsumũt. Super tales ↄq̃runt dicẽtes illõ Job. xix. Miseremini mei miseremini mei saltẽ vos amici mei q2 manus dñi tetigit me. F Tales tres graues iniq̃tates ostẽdunt pmo q2 sũt immisericordes non compatiẽtes eoꝝ exilio Amb. Indignũ est illi deũ esse ppiciũ qui crudelis est in pximũ. Jaco. ij. Judiciũ fiet illi sine miscdia q̃ nõ facit miscdiaz. Secundo q2 ingrati sunt imemores bñficijs eis impẽsis, nõ memores q̃ntos dolores labores: curas: cũ eis habuerunt parẽtes eos educãdo et custodiẽdo. Si eñi vinctus fuisses corpalr: parẽtes abstraxissent, pcio ori et redemissent te: et tu obliuisceris eorũ De talibꝫ dicit Eccl. iij. q̃ male fame est q̃ relinq̃t patrẽ: et maledictus ẽ a deo q̃ exaspe rat matrẽ. Tertio ostẽdunt infidelitatẽ q2 posuerunt fidẽ in eos, et studiose laborauerunt in vita: cõfidentes si relinq̃rent filijs cõpetentẽ necessitatez nõ oporteret eos ita grauiter laborare: eo q diligẽtius seruirent deo et p eis orarẽt et alia suffragia facerent. Sed implebit in eis illud Zach. ix. Dolebit nimis Acharon q̃m ↄfusa est spes eius. etc. Secundũ q̃d defunctis tenemur exhibere dicit testamẽtoꝝ executio. Nã vt inq̃t Aug. in. c. Ultima. xiij. q. ij. Ultima volũtas testatoris oibꝫ modis ẽ adimplẽda. Et in. c. iudicãtis. de testa. Volũtas testatoris debet p oia adimpleri. G Et si testamẽtũ ẽ iustũ et puꝝ sine ↄditiõe vl mõ factuz: debet adipleri p executores tãto ci-

tius quāto possunt, alioqn dilatio execu-
tionis testamēti nocet tam ipsis executori-
bus ꝙ anime testatoris defuncti. Prīo di
latio executōis testamēti nocet ipsis execu
toribꝫ negligentibꝫ tam ꝗ ad deuz ꝙ ꝗ ad
hoīes. ꝙ noceat eis quo ad deum patz. qꝛ
anīas eoꝝ maximis pc̄tis illaqueāt adeo
ꝙ executores ꝗ testamēta sibi cōmissa nō
exequunt̄ quanto citius possunt sed retar-
dant. aut in toto negligūt exeq̄: necatoribꝫ
egentiū cōparant̄. vt in. c. Qui oblatiōes.
xiij. q. ij. Et sic homicide dicūt̄ ⁊ veluti ne
catores pauperū ab eccl'ia sunt abijciendi
ꝗusqꝫ reddant. vt dꝛ in. c. Clerici. ea. q. ⁊ cā
Executores etiam si illa bona retinēt ꝓ se
ipis sūt plꝰ ꝙ fures ⁊ latrones. qꝛ sacrile-
giū cōmittunt. vt habet̄ in dic. c. ꝗ oblatio
nes. ⁊ i ca. sacrilegiū. xvij. q. iiij. Et aūt sic
grauissime peccēt ⁊ ꝓpter dilationez hmōi
qn̄qꝫ eternaliter damnēt̄: pbari pōt exem-
plis. Vide exēplū i Spe. dis. v. exemplo
xxj. Secūdo dilatio talis p̄iudicat ipsis
executoribꝫ ꝗ ad homines. ⁊ sic in foro cō
tentioso ꝓbat̄ quo ad duo. Primū qꝛ exe-
cutores habentes legata in promptu non
impediti infra annū moniti nō exequētes
testamentū: priuant̄ vlterius executione et
potestas exequēdi ad ep̄m defert̄. vt in ca.
nos ꝗdem. ⁊. c. tua. ⁊. c. Johānes. de testa.
Secundū quia tales executores negligē-
tes si fuerīt heredes moniti legitime ad so
lutionem legatoꝝ ⁊ implementū volunta
tis defuncti steterint ꝯtumaces ꝑ annum
priuant̄ hereditate. ⁊ defert̄ ad substitutū.
vt hr̄ in aut. hoc amplius. C. ad. l. fal. Si
aūt executores nō sint heredes ꝑdūt lucrū
qđ ꝑcepturi essent ex testamento. vt in au-
tent. de ecclesias. ti. §. si aūt. ⁊ notat̄ i dicto
ca. nos ꝗdē. ⁊ ca. tua. de testa. H Se
cūdo dilatio executiōis testamēti validi ⁊
puri nocet aīe testatoris. Cuius duplex ē
ratio ſm Richar. in q̄rto. dist. xlv. Prima
quia q̄nto citiꝰ ecclesie ⁊ pauꝑes ꝗbus le-
gatum ē recipiunt illud qđ testator eis le-
gauit: tāto feruentius ⁊ citius orāt ⁊ orare
tenent̄ ꝓ aīa defuncti. ⁊ quanto tardiꝰ reci-
piūt qđ eis legatū est: tāto tepidiores sūt
ad orandū ⁊ magis tardāt orare ꝓ anīa te-
statoris. Acceleratio aūt feruentiū oratio-
nū ꝓ anima defuncti multum valet ad eiꝰ
alleuiatiōez ⁊ celeriorē liberatiōez. Scđa
ratio quia sicut defuncti i charitate aliꝗd
purgabile secū portantes: in hac vita me-
ruerunt vt elemosyne si ꝓ eis dant̄ prosint
eis nō ad augmentū gratie sed ad alleuia-
tionē ⁊ breuiationē sue pene. Ita etiam est
de legatis in testamēto. ⁊ ideo q̄nto citius
testamentū alicuiꝰ executiōi demādat̄: tan-
to citius alleuiat̄ ⁊ liberat̄. Et q̄nto tardiꝰ
executio testamēti cōplet̄: tanto tardiꝰ cete
ris paribꝫ incipit alleuiari ⁊ tardius libe-
rat̄. Et hoc maxime testatori p̄iudicat Si
tamē legata sua nunqꝫ soluerent̄ nō ꝓpter
hoc ꝑpetuo remanerēt in penis: qꝫuis ꝓ-
pter hoc multo tardius liberēt̄ ab eis. Ex
p̄dictis patet ꝙ grauissime peccāt ⁊ ꝙ ma
gnam ꝑditionē faciūt hi ꝗ executiones te-
stamētoꝝ sibi cōmissas nō cōplent quāto
citius possunt habita cōpetēti opportuni-
tate. I Pro euidentia scđi qđ dicit̄ te
stamentoꝝ executio nota ꝓut colligitur ex
§. alio quoqꝫ. insti. ꝗbꝫ mo. test. infir. ꝙ ꝗd-
dam est testamētū simpliciter validū ratū
⁊ iure factū in quo nihil deficit ⁊ oī iure te
net. ⁊ in tali testamēto pn̄t legata quadru-
pliciter legari. scꝫ pure. in diē. ⁊ sub ꝯditōe
⁊ sub modo. Primo pure vt qn̄ legatū nō
est suspensum tp̄e: ꝯditiōe vel modo. ita ꝙ
statim mortuo testatore pōt legatariꝰ pete
re legatū ⁊ tenent̄ executores statim solue-
re ⁊ nequaqꝫ differre. al's peccāt ⁊ nocēt tā
ipis ꝙ defuncto. vt dictū est supra. Secū-
do pōt legari in diē. vt cum legatū suspen
sum est in aduentū alicuiꝰ diei. Et duplr.
vel in diē incertū. vt lego tibi. x. postqꝫ nu-
pseris. postqꝫ sacerdos factus fueris ⁊c̄. vl'
in diē certuz. vt lego tibi. x. post ꝗnquēniū
daturū. ⁊ tūc expectatur aduētus diei. nec
pōt an̄ peti legatū vt in. l. dies incertꝰ. ff. đ
ꝯdi. ⁊ demon. ⁊. c. verū. đ ꝯdi. appo. Et sic
dilatio executiōis vsqꝫ in diem talē nō no
cet aīe testatoris. qꝛ testator ex causis rōna
bilibꝫ animū suū mouētibꝫ potuit sic i diē
testari ergo nō nocet ei. imo tenent̄ execu-
tores ordinationē suaz ꝑ oīa seruare qꝛ iu-
sta est. vt i. c. vltima voluntas. xiij. q. ij. Si
tn̄ differrēt soluere post diem trāsactū tūc
peccarēt ⁊ noceret testatori vt dictuz est de
puro legato Tertio potest fieri sub ꝯditio
ne qn̄ legato addit̄ moderatio suspēdens
petitionē ipius. Exempluz. Lego tibi. x. si
contra thurcos iueris. si romā ibis ⁊c̄. Et

de executione istius dicitur sicut de legato in diem. q2 nõ debet legatũ ante ɔditionẽ extantẽ. nec nocet talis dilatio aĩe testato-ris. vt ĩ dic. ca. veꝝ. ⁊. l. ij. C. ð legatꝫ q̃ sub modo le. Quarto põt fieri sub mõ vt qñ le-gato addit moderatio illud modificans ⁊ resoluẽs. Exẽpluz Lego huic monasterio cẽtũ libras denarioꝝ vt singulis annis mi-hi pagant anniuersariũ. post mortẽ statim debet legatũ. sed necesse est modũ seruari. ⁊ tũc p̃stita cautiõe de modo implẽdo sta-tim admittit legatarius ad petitionẽ lega-ti. ⁊ in hoc differt a ɔditione. vt in. c. verũ. de ɔdi. appo. Si autẽ modus non seruat põt agi p executores vt seruetur. vl' põt le-gatũ reuocari si hoc fuit expressum ĩ testa-mento vt notat in dic. c. verũ. Aliqñ etiaz vltra hec fiũt legata sub aliq̃ demõstratio-ne. Exemplũ. si testator dixerit. lego petro fundũ quẽ a Johãne emi. ⁊ tũc siue demõ-stratio sit vera vel falsa valet legatuz. ⁊ ei' admittit petitio regulariter si de corpe le-gati ɔstet. vt in. l. si is q̃. ff. ð le. j. ⁊. l. demõ-stratio falsa. ff. de ɔdi. ⁊ demõstra. Aliqñ fiunt cũ causa. Verbigratia. q2 titi' mihi fideliter seruiuit: ideo lego sibi talẽ domuz ⁊ tũc siue causa sit vera vel falsa nõ vitiat. vt. C. de fal. cau. adiec. K Scd̃o ali-quod testamẽtuz dicit inualidũ. irritum ⁊ nullũ. ⁊ h̃ q̃ttuor modis. Primo dicit nul-lum ex defectu solẽnitatis. Exẽpla ex defe-ctu septẽ testiũ ẽm ius ciuile qñ fit inter ex-traneos ⁊ in loco vbi est p̃sonaꝝ copia. vt in. l. hac ɔsultissima. ⁊. l. antiq̃tas. C. de te-sta. Scd̃m ius canonicũ testamentũ corã duob9 testib9 ⁊ p̃sbytero parrochiali seu co-ram q̃ttuor sine p̃sbytero: etiã ad nõ pias causas valet ĩ vtroq3 foro. vt ĩ. c. cũ esses. de testa. Scd̃o testamẽtũ ð2 nullũ ⁊ inof-ficiosum ex defectu pietatis ⁊ rõne crude-litatis vt qñ filius vel alius descẽdẽs p̃te-rit vel sine cã exheredat in testamẽto. Exẽ-plum p̃mi qñ fili9 nõ fuit institut9 nec legi-time exheredat9 nõ valet testamẽtũ. q2 tũc dicit p̃teritus. vt in. l. j. ff. ð iniu. rup. test. ⁊. l. gall9. ff. de libe. ⁊ posthu. Exẽplũ scd̃i si dicat testator in testamẽto. fili9 me9 exhe-res esto nõ adiecta cã. Pater enĩ si filiũ vl' aliũ descẽdentẽ silẽtio p̃terit vel sine cã ex-hereditat: inutiliter testabitur. vt habet in-sti. de exhereda. libe. ĩ p̃ncipio. Et dico si-ne causa. q2 ad hoc vt p̃teritio vel exhere-datio valeat debet in testamento esse inser-ta cã legitima ⁊ a iure approbata. vt in. §. causas ĩ aut. vt cũ de appel. cognos. Quaz tenet heres pbare verã esse. q2 nõ creditur testatori. pbata aũt causa p heredez exclu-dit fili9 ab vniuersa successione. etiam a le-gitima. vt in dicto. §. causas. Si ṽo nõ fu-erit pbata causa tunc admittit filius ad si-bi debitã portionẽ ab intestato ac si nõ fu-isset p̃teritus vel exheredatus. vt in. l. scri-mus. C. de inoffi. testa. Causas aũt ppter q̃s pater exheredare põt filiũ ⁊ sequentes vide notatas in. c. q̇ntauallis. de iureiu. et dic. §. causas. Tertio testm̃ dicit nullũ ex defectu veritatis q2 falsum. abolitũ. cãcel-latũ. vel in locis suspectis rasum ⁊c̃. Quar-to ð2 nullũ. q2 ruptũ. vt illud qð ab initio tenet: sed tñ postea ex supueniẽti causa rũ-pitur. L Rumpit aũt testamẽtũ plu-rib9 modis. Primo agnitione posthumi. vt qñ testator ignorãs vxorem pregnantẽ ɔdidit testamẽtũ ⁊ sic morit. postq̃3 postea nascit posthum9 rũpitur testamẽtum. Si ṽo abortum fecerit: testamẽtuz etiã postea valebit. §. posthumi q̃3. insti. de exhere. li-be. Scd̃o rũpit testamẽtũ p factionez scd̃i testamẽti. nã testamẽtũ secũdũ regulariter rũpit primũ ⁊ ipi9 legata. etiã si de eo exp̃s-sam nõ faciat mẽtionẽ. vt in. l. j. C. ð sacro-san. ec. ⁊. l. qm̃ dignũ. C. de test. Tertio rũ-pit p mortẽ heredis instituti ĩ vita testato-ris. ⁊ tale testamẽtũ ð2 caducũ. Dicit etiaz caducũ qñ legatũ deficit mortuo testatore vt q2 equ9 legatus morit. Quarto rumpit p capitꝫ diminutionẽ ipius testatoris. ver-bigr̃a. Si testator ciuitatez vel libertatez amittat ⁊c̃. testamẽtũ pri9 factũ rũpit. Plu-rib9 etiã aliis modis rũpit testamentũ q̃ꝝ aliq̇ notant insti. q̇b9 mo. test. infir. de q̇b9 hic trãseo. M Et p istꝫ q̃ttuor modis do illã ɔclusionẽ ꝙ dilatio ĩmo etiã omis-sio executõis testamẽti irriti ĩofficiosi. falsi aut rupti: ĩ nll'o nocet aĩe testatoris. ĩmo ei-dem plus pdest. pbat. q2 illud quod de se est nullũ ⁊ pietati aut eq̇tati iuris natura-lis: diuini aut hũani aut veritati ɔtrariũ. nõ p̃iudicat alicui. sed sic est de executione boꝝ testamẽtoꝝ. Nã testator p̃teriens aut exheredãs suos heredes q̇ non meruerũt dans totũ aliis ⁊ priuans eos legitima fa-

cit cōtra equitatem iuris naturalis, etiam si det eccl'ie, vt in. c. q̄cūq̄. xvij. q. vi. vbi dicit Aug. Quicūq̄ vult exheredato filio heredē facere eccl'iaȝ querat aliū qui suscipiat nō Augustinū: imo deo ꝓpicio nemineȝ inueniet. Itē ꝯtra executores q̄ multas occasiones retinēdi legata accipiūt, ꝓpter qđ a diabolo faciliter capiunt. Vide exēpluȝ in Spe. dis. x. exēplo. xxij. Tertiū qđ tenemur exhibere defunctis đr suffragioꝝ cōmunicatio, nā aīabꝰ existentibꝰ in purgatorio ꝓsunt viuoꝝ suffragia nō ad augmētū grē gratūfaciētis sed ad pene carū mitigationē ⁊ abbreuiatiōeȝ. Quia vt dic̄ Augꝰ in enchyri. Cū viuerent in hac vita meruerunt vt hec sibi postea possent ꝓdesse.

A Que aūt ⁊ q̄t sint ista suffragia q̄ debemus eis exhibere notat Greg. in. c. anie defūctoꝝ. xiij. q. ij. Aīe inq̄t defunctoꝝ q̄tuor modis soluunt̄, aut oblationibꝰ sacerdotū, aut p̄cibꝰ sāctoꝝ, aut caroꝝ elemosynis, aut ieiunio cognatorū. Et habētur in his metris. Missa p̄ces dona ieiunia q̄tuor ista. Absoluūt aīas q̄s purgans detinet ignis. Primū enī scȝ sacre hostie oblatio plurimū ꝓdest defunctis sicut testat̄ Augꝰst. ad Volu. Fideles inq̄t sacerdotes i eccl'ia defunctis carnē ⁊ sanguineȝ xp̄i trāsmittentes totā christianaꝝ aīaꝝ extinguūt miseriā ⁊ dolorē. Et hoc ꝓbat̄ exēplo de q̄dam famulo cuiusdaȝ militis ꝓ q̄ sanctus Tho. cantuariens̄ missaȝ celebrauit Vide in meffret sermone. ij. de aīabꝰ in fi. Scđ'z cōsolatiuū est amicoꝝ ⁊ alioꝝ fidelium deuota oratio, hoc ꝓbat̄ ꝑ thema nr̄m. Sancta ⁊ salubris. Et ꝓbat Gregꝰ. iiij. dyalog. ꝑ exēplū đ Pascasio ꝓ q̄ Germanꝰ ep̄s Capuanꝰ orauit ⁊c̄. Tertiū suffragiū ꝑ quod defuncti liberant̄ est elemosynaꝝ largitio De h̄ ponit exempluȝ Vincentiꝰ in Spe. hist. li. xxv. de papa Bn̄dicto q̄ ꝑ Johem portueñ. ep̄m elemosynaꝝ largitione a penis liberatꝰ fuit. Quartū ē amicoꝝ ieiuniū vl' corpis maceratio. De quo dicit Hugo đ sctō vic. Dolor q̄ ꝓ releuādis aīabꝰ assumit̄ in dulce ipsis solaciū diuinitus transmutat̄. Exemplū in vitaspatrū de q̄dā nomine pastor q̄ tribꝰ ānis ꝓ p̄re suo ieiunauit ⁊ ip̄m a penis purgatorij liberauit Vide de hoc latiꝰ in ser. de aīabꝰ. xcv. cuiꝰ thema est. Misereminí ⁊c̄.

D Dubiuȝ a quo cōmemoratio oīm animaꝝ habuerit exordiū et quō sit instituta. Primo exordium habuit a sctō Odilione abbate cluniacensi. Vide de hoc exemplū in Spe. dis. iiij. exemplo. xliij. deinde instituta est a papa. Vide đ hoc exemplū in Spe. di. viij. exemplo. lxiij. Et legit̄ in historia de cōmemoratione animarū.

De sctō Martino. Sermo. XCVIII.

wann. xx.

Ecce sacerdos magnus q̄ in diebus suis placuit deo ⁊ inuentus est iustus. ⁊ in tp̄e iracūdie factus ē recōciliatio, non est inuentꝰ silis illi q̄ ꝯseruaret legē excelsi. Hec ṽba originaliter scripta ⁊ sūpta sunt Ecc̄i. xliiij. Et ꝓpter singularē vite sanctitatem ꝯueniūt beato Martino, cuiꝰ festum hodie agit sancta mater eccl'ia ꝑ vniuersuȝ orbem, q̄uis ⁊ alijs sanctis pontificibus hec attribuunt̄. A Cōmēdat̄ enī beatus Martinꝰ in ṽbis thematis s̄m q̄druplicē statū quē habuit i hac vita, vicȝ pontificalē, monachalē, militarē, ⁊ cathecuminalē. In p̄mo statu cōmendat̄ ex dignitate cū dicit̄ Ecce sacerdos magnꝰ. In scđo scȝ monachali cōmendat̄ ex sanctitate cuȝ dicit̄. In diebꝰ suis placuit deo. In tertio scȝ militari cōmendat̄ ex equitate cum dicit̄. inuentꝰ est iustus. In quarto scȝ cathecuminali cōmendatur ex pietate cū dicit̄. i tp̄e iracūdie factus est reconciliatio. Et h̄ totū in exemplū bn̄ viuendi illis q̄ hic i ecclesia militante in talibꝰ statibꝰ siue aliquo illoꝝ sunt cōstituti. Pro grā. Aue maria. Ecce sacerdos magnus ⁊c̄. Quāuis ecclesia cōmendationē beati Martini ep̄i incipit a statu pōtificali tanq̄ȝ a digniori, ⁊ sic ꝯsequēter ab alijs statibꝰ semꝑ p̄ponendo digniorē, tn̄ q2 beatꝰ martinꝰ incepit i vltimo statu q̄rto vicȝ cathecumiali ⁊ terminauit i statu pōtificali, iđo ꝯgruū videt̄ vt et ego ab vltimo statu incipiā s̄monē ⁊ cōsequēter đ alijs statibꝰ dicā ꝓut h̄ vitā suam ꝑegit. Ita q̄ beatꝰ martinꝰ cōmēdat̄ q̄druplicīter, ex pietate, ex eq̄tate, ex sāctitate, ex dignitate. B Prīo enī beatꝰ martinꝰ cōmēdat̄ s̄m statū cathecuminalē ex pietate cū đr. in tp̄e iracūdie factꝰ est recōciliatio. Tp̄s aūt iracūdie est tp̄s originalis culpe

propter illā em̄ culpā oēs nascimur natura filij ire vt dic̄ apl's ad Eph.ij. et tādiu sumus in tpe iracūdie q̄diu nō liberamur p baptismū a pctō originali. Et hoc intellige nō solū de baptismo in aq̄ sed etiam de baptismo sanguinis siue flaminis i necessitate. Sz ecce b. Martin⁹ añ baptismū flaminis in tpe iracūdie factus est recōciliatio sui cū deo. et hoc ex pietate quā habuit ad pauperes. Elemosynas em̄ ei⁹ illo tpe saluator acceptauit tāq̄ recōciliati. et in signū illi⁹ saluator noster Jesus xp̄us dixit ad angelos. Martinus adhuc cathecuminus hac veste me ɔtexit. et hoc dū clamidē cū paupe diuisit anno. xv. etatis sue. Nā statim nocte sequenti in somnis vidit xp̄m illa veste indutū et ad angelos dicta verba loquentē. ¶ Illud op⁹ misc̄die placuit xp̄o a btō martino factū: singulariter ꝓpter tria. vic3 etatē. cōditionē. 7 modū. Propter etatē: q2 iuuenis. a iuuentute em̄ studuit deo seruire. Jō parētes illi⁹ exēplo filios suos 7 filias ad elemosynas pauperib9 dandas instruāt dando p illos elemosynas. Propter ɔditionē: q2 nobilis. Fuit em̄ fili⁹ tribuni militū in regno Hungarie Tribunus aūt dr̄ q̄ militib9 opem tribuit. Tertio ꝓpter modū. q2 magni feruoris ad deū fuit. Nā exercitū hostiū christianoꝝ sine armis solo signo cruc3 munitus aggredi se spopondit. Merito ergo elemosyna btī Martini xp̄o placuit: q2 raro nūc pueri aut iuuenes etiā fideliū: taceo de infidelibus. sic in virtutib9 et misericordia ad pauperes assuescūt. raro sic nobiles ꝟtutib9 florere incipiūt: sed heu sepi⁹ q̄nto nobiliores tāto tyranni maiores 7 pauperū oppressores. Raro etiā tātus est feruor i xp̄ianis q̄ntus fuit in btō martino q̄ tunc nouiter baptisatus fuit. q̄nto igit̄ hoc seruitiū est rarius: tāto deo charius. De hac elemosyna Martini dicit b. Bern̄. O martine si sciuisses vbi palliū dimidiū ponebas puto q̄ nō dimidiasses sed integrū dedisses. Ex his pt3 q̄tū deo placet elemosyna pauperibus exhibita. Sicut Corneli⁹ i statu originalis culpe per elemosynaz deo placuit. Act. x. Vñ illi dixit angel⁹. Orōnes 7 elemosyne tue ascenderūt in memoriā in conspectu dei. Et vt ad Petrū apl'm veniret 7 baptisma recipet istruxit. Sic Job. Thobias et alij p elemosynas deo placuerūt in veteri testamēto. Sic et Eustachi⁹ vxor illius 7 filij deo placuerūt. Elisabeth. Hedwigis: 7 plures alij. etiā magni peccatores in nouo testamento. Propterea Hiero. in ep'la ad Nepocianū dicit. Nō memini me legisse male mortuū q̄ libenter opa pietatis et misericordie exercuit. habet em̄ multos intercessores. et impossibile ē p̄ces multorū nō exaudiri. Et apl's. j. ad Thi. iiij. dicit. Pietas ad oīa est vtilis: ꝓmissionē habens vite q̄ nūc est et future. Ex his talem habem⁹ doctrinā q̄ oīa nostra bona q̄ fiūt in mortali etiā deus remunerat. Ideo peccatores a bonis opib9 nō debēt cessare. sed p elemosynas 7 alia bona ad recōciliationem dei laborare. ſm q̄ Grego. dicit. Interim fac quicq̄d potes vt deus illustret cor tuū ad pniam. ¶ Ad plura em̄ bona valēt opa in mortali facta. De hoc versus. Que cū mortali fiunt tibi dant bona terre. Cor faciūt habile: minuūt tormēta gehenne. Ad bona consuescit: et culpa minor sua crescit. Hec de b. martino in p̄mo statu vite sue. sc3 cathecuminali. ¶ Scd̄o b. martin⁹ cōmendat̄ in statu militari in quo fuit baptisat⁹ ex eq̄tate cū dr̄. Iuuentus est iustus Justicia em̄ est cingulū militare. de quo Esa. xj. Et erit iusticia cingulum lumborū eius. Illā iusticiā Johannes baptista docuit milites Luc. iij. dū q̄rerent milites ab ipo q̄d facere deberēt. rñdit tūc. Neminē ɔcutiatis: neq3 calumniā faciat3. estote ɔtenti stipēdijs vr̄is. Et ꝓhibet hic ipis tria. vic3 violentiā inferre. cū dicit. neminē cōcutiatis. Scd̄o p calumniā opprimere. cū dicit. neq3 calumniā faciatis. Calumniam facere est aliq̄d iniuste alteri ascribere. vulgariter. etwas vnrechtz zyben. oder zu eigen etwas das nit war ist. Tertio vltra stipendia sua nil exquirere. O vos milites si vultis iusti inueniri neminē concutiatis. Et h̄ tripl'r. Indebite terrēdo. solent enim minari vt placent̄ munerib9. Neminē etiā cōcutiat3 p violentiā auferēdo. Esa. iij. Populū meū exactores sui spoliauerūt. Item tertio neminē cōcutiatis corpaliter affligēdo. Item neq3 calumniā faciatis sc3 falsū crimē imponēdo. Ad h̄ em̄ vt spoliēt pauperes de nō cā faciūt causam. sic lup⁹ ipo suit agno q̄ turbaret ei aquā: cū tñ agnus

in inferiori parte fluuij biberet. Itē dicit. Cōtenti estote stipendijs vr̄is, id est vltra stipēdia non expendatis, q2 sicut dicit quidam. Abyssus expensarū abyssum inuocat rapinarū. Merito ergo b. martinus ī statu militari inuentus est iustus, q2 neminē cōcussit neqꝫ calumniā fecit: nō sup̄ sed infra stipendiū vixit. Uno em̄ seruo cōtentus: nil sibi ex militie stipēdijs pter quotidianū victū reseruauit: reliquū totū indigētib9 erogauit. O q̄ rari sunt tales nūc milites sed vt in plurimū magis parati ad grauamen et predā pauperū q̄ ad tales defensandū. De hac militia et militū ꝯditiōe dicit̄. xxiij. q. j. militare. Ubi dicit̄, q boni milites vltra stipendia sua nihil debēt recipe aut sibi vsurpare, attn̄ si esset bellū cōtra infideles aut eos q̄ iniuste pauperes aut terrā deuastassent iuxta ordinationē pncipis aut capitanei inter se diuidere possent taliū bona sic tn̄ q innocentes, mercatores, clerici, pegrini, rustici existentes in agricultura ꝛ illorū aīalia nō depredent̄, vt pt3 de treuga et pace. c. innouam9. Milites aūt in sacra scriptura nō solū dicunt̄ illi q̄ auro sunt ornati vt nūc milites, sed ꝛ oēs q̄ militarib9 actib9 sunt dediti vel ad militiā exercendā ordinati. F De tali militia dr. xxiij. q. j. p totū, et de offi. mili. Dicit̄ em̄ ibidē. c. j. q militia instituta ē ppter duo, sc3 ob iniuriam ꝓpulsandā, et vindictā inferendā. ob iniuriā oppressis illatā ꝓpulsandā ꝛ vindictā malefactorib9 inferendā. S3 diceres, que sunt singulariter reprehendenda in militibus, et ad hoc dicendū est sicē hr̄ ea. q. q̄ culpatur. q in militia seculari tria sunt arguēda, et si q̄ sunt silia. s. cupiditas nocēdi, crudelitas vlciscēdi, et libido dominādi. Militia em̄ exerceri dz vt mali coerceant̄ ꝛ boni subleuent̄. ea. q. c. apud. ꝛ se. Nūc aūt q̄d faciāt milites ꝛ militares ad oculū videm9 nō sunt ꝯtenti paupes grauare ꝛ depredare ꝛc. sed et ecclesias ꝛ bona ecclesiarū diripiunt: spoliāt: et sibi vsurpāt; qđ est grande sacrilegiū. xij. q. ij. pdia indigne. et. c. se. et tales etiā sunt excōicati, ꝛ singulis annis p papā in die cene denunciant̄. Multi etiā p symoniā delinquūt grauiter ī beneficijs ꝓuidendis. in possessionib9 dandis aut ꝓcurandis, et pauci per hoc se credūt peccare sequentes vestigia antecessoꝝ, et ideo sicut antecessores nō penitentes et satisfaciētes eternā damnationē meruerūt, ita ꝛ successores, imo seculares milites ꝛ alij grauius peccant symoniā cōmittendo q̄ clerici, vt hr̄. j. q. iij. saluator. Militia em̄ fm se nō est peccatū neqꝫ illicita s3 abusus ei9. vt hr̄ xxiij. q. j. p totū. G Tertio cōmendat̄ beat9 martinus in statu monachali. cū dicitur. In dieb9 suis placuit deo. Nā dies sui ꝓprie fuerūt q̄s expēdit in claustro: quia tūc sibi potuit intendere. Un̄ monach9 dicitur quasi vnius custos id est suip̄i9. Alij vero dies nō sic fuerūt sui s3 gregis sui cui pfuit tpe pontificali. ꝛ principis tpe militari. et mūdi in q̄ vixit tpe cathecuminali. In illis ergo dieb9 tāq̄ suis placuit deo. Tria em̄ placēt deo in claustro, sc3 morū vniformitas. cōcordia fratrū. mutua charitas. talis em̄ debet esse cōcordia vt nullus aliq̄d ꝓprium seruare possit: sed omnia cōmunia. Ita btūs Martinus vixit in religione et in spiritu vocat9 vt iret ad parentes matrē cōuertit patre permanēte ī infidelitate sua. plures etiā maioꝝ suo exemplo ꝯuertit. Martin9 em̄ decē annoꝝ existēs cōsiderauit errorē patris ꝛ matris in cultura idolorū: et ad xp̄ianos accedēs voluit etiā illorū sectā expiri p quendā sacerdotē. cur xp̄iani adorarēt imagies q̄suit. et dū audiret imagines haberi solū ob memoriā xp̄i. Marie virginis et sctōꝝ ne obliuiscamur illoꝝ ꝛc. Hec tacite cōsiderauit. in anno. xij. factus est cathecuminus. Et anno. xvij. pallium mediū pauperi dedit. Et anno. xviij. etatis sue baptisatus fuit. et postea rogat9 adhuc duob9 annis militauit. Et circa annum a natiuitate xp̄i. cccc. xlviij. etatis vero sue anno. lxxxj. defunctus est. Nulli aūt dubiuz q̄n p pr̄e orauerit vt cōuerteret̄. sed nō erat exauditus: q2 pater p infidelitatem restitit. Nō sic fecit Augustinus quē suis precib9 mater ei9 obtinuit ad fidē cōuerti. In hac statu religionis cū b. martinus Hilarium epm̄ de exilio vocatū et romā euntē secut9 fuisset secū reuersus Pictauis monasteriū cōstituit et multos fratres collegit. Et q̄ndam ibi nouiciū cathecuminū defunctū in eius absentia resuscitauit qui postea cōfessus est q postq̄ per obscura loca p sniam deductus esset p duos angelos iudici suggestū est hunc esse p q̄ Martinus oraret.

ideo iussus est reduci ad vitā. Etiā aliū qui seipm laqueo suspendit vite restituit. ℌ

Quarto btūs martin⁹ cōmendat in statu pontificali cū dicit. Sacerdos magn⁹. Nō eñ tm̄ ō sacerdos sed ⁊ magnus. Et vere magn⁹ fuit tripliciter. vicȝ in vite meritis, in doctrina, ⁊ miraculis. Primo magnus fuit in vite meritis, qd ostendit in exēplis. Nā inuit⁹ episcopatū assumpsit. Dicit em̄ Vincen. in Spe. histo. li. xviij. c. xij ꝙ electus et vocat⁹ fuit in epm Turoneñ. Et cū nollet neqꝫ facile a monasterio erui posset: qdā ciuis Turoneñ. finxit vxorem suā esse valde infirmā q̄ eū peteret vt illam visitaret. Ciuib⁹ aūt se occulte pparantib⁹ cū bona custodia ad ciuitatē ducit ⁊ sic ad episcopatū cogit. Eius etiā merita ostenduntur i elemosynarū largitiōe. vñ cuȝ ad missam celebrandā iret ⁊ peteti pauperi (cū aliud nō haberet qd daret) tunicā suā exuens dedit. deinde cū nudis brachijs missam celebraret: glob⁹ igne⁹ apparuit sup caput ei⁹ significās spūsscti gratiā: pter qd ⁊ par aplis dicit. q̄ sicut spūssctūs in igne i specie linguarū in die penthecostes descēdit sup aplos: ita spūssctūs in globo igneo sup caput martini descēdit. Ideo ⁊ eū apostoli frequēter tāqꝫ cōparem visitabāt. sicut Seuero et Gallo hoc secretū dixit ꝙ Agnes, Thecla ⁊ Maria, Petrus ⁊ Paulus sepius ad eū venirēt et sibi loqrent. sed rogauit discipulos suos vt h̄ in vita sua nulli patefacerēt. Addit Johēs Beleth aliud huic simile ꝙ dū in missa man⁹ ad deuȝ vt moris est leuaret manicis lineis retro labentib⁹ eo ꝙ brachia eius nō erāt grossa et carnosa multū: et tunica solū ptenderet vsqꝫ ad cubitū remanserūt brachia nuda: tūc miraculose torques aurei ⁊ gēmati deferūtur ab angelis ⁊ brachia decēter operiunt. De hoc legit in dialogo Seueri ⁊ Galli ꝙ dum semel in quadā festiuitate ecclesiā intraret ⁊ paup nudus eū sequeret pcepit archidiacono vt vestiret egentē: sed cū h̄ differret: ingressus martinus sacrariū tunicaȝ suā illi tribuit ⁊ pauperem abscedere iussit. Et cū archidiaconus eū hortaret vt ad solennia pagenda pcederet respōdit se ire nō posse donec pauper vestē acciperet. Archidiaconus hoc intelligēs quia cū extrinsec⁹ cappa tectus esset ipm interi⁹ nudū nō videbat et dixit pauperē nō adesse. At ille. Mihi inqt vestis deferat ⁊ paup nō deerit vestiēdus. Cōpulsus ille ad forū iuit ⁊ vilem et breuē tunicā qnqꝫ argēteis emit et irat⁹ ad pedes martini piecit: quā martin⁹ secreto induit. cui manice vsqꝫ ad cubitū: et longitudo vsqꝫ ad genu ptendit: et sic missam celebrauit: ⁊ tūc glob⁹ igneus apparuit sup caput ei⁹ ⁊ torques ab angelis portabat vt sup. Ecce iam ptꝫ ꝙ magnus fuit b. martinus in vita merit. De q̄ infra plura audietis in eius miraculis. Scdo fuit magn⁹ in doctrina. q̄ sua doctrina cōtra hereticos fortiter pugnauit. sicut de eo canit ecclesia. Atqꝫ illius nomen oīs heretic⁹ fugiat pallidus. Idola destruxit et incendit. sicut canitur. Hic ritus sacrilegos destruxit et ad xpi gloriā dat ignib⁹ idola. Magnus viqꝫ fuit in doctrina. q̄ cū aplo nihil iudicauit se scire nisi christū iesum crucifixū. Vñ eius ori nūqꝫ xpus abfuit siue iusticia. vel quicqd ad verā vitam ptinet. Per hāc aūt doctrinā suam populū arguit. q latronem tāqꝫ martyrē venerabat. De quo dic Vincen. in Spe. histo. lib. xiiij. c. xij. ꝙ martin⁹ sup sepulcro illius stans vbi rustici fecerāt altare orauit dñm vt qs esset hic sepultus aut cuius meriti sibi ostēderet. tūc conuersus ad leuā vidit pe vmbrā sordidā cui imperauit vt loqueret. et illa rñdit latronē se fuisse et ob crimina occisum et nihil cōmune habere cū martyrib⁹ sed cum damnatis Popul⁹ aūt audiuit verba sed neminē vidit. tunc martinus q̄ vidisset eis exposuit ⁊ altare destruxit ⁊ supstitionē populi abstulit. Simile dicit Vincen. in sequēti ca. de arbore. vide ibidē ⁊c. ℑ Tertio singulariter ascribit martino ꝙ magnus fuerit i miraculis. vicȝ In mortuoꝝ suscitatiōe. in impatoris punitiōe. in elementoꝝ actione. in diaboli ɔfusione. Prīo in miraculis magnus fuit in trium mortuorū suscitatione. Primū in statu monachali nouiciumvicȝ adhuc cathecuminū. vt ptꝫ s. Et secundū q seipm laqueo suspēdit. vt ptꝫ ibidē. Tertiū mortuū resuscitauit postqꝫ a Valentiniano impatore recessit. tūc em̄ puerū p matrem sibi oblatuȝ exorantē ipm martinū in campo corā maxia multitudine paganoꝝ resuscitauit. vbi genua flexit ⁊ orauit. et cūctis videntib⁹ puer surrexit. Et oēs assistē-

tes ad fidē cōuertit. Et hoc apte de eo ca-
nit eccl'ia q᷑ fuerit triū mortuorꝝ suscitator.
Scđo magnus fuit in imꝑatoris punitio
ne. Unde sicut habet̄ in dialogo Seueri
et Galli vbi multa in legenda ꝑ Seuerū
omissa supplent̄. Et ibidē dr̄ q᷑ dum apud
Valentinianū imꝑatorē ꝓ quadā necessi-
tate se vellet interponere ⁊ septē dieb⁹ ieiu-
nasset: tandē ingressus palaciū ab imꝑato-
re visus, ex q̄ imꝑator nō assurrexit marti-
no: soliū selle eius cepit ardere. Hoc ꝯside
rans imꝑator in amplex⁹ ei⁹ ruit ⁊ oīa pe-
tita ꝯcessit, et exeundo vt supra tertiū mor-
tuū resuscitauit. Tertio fuit magn⁹ in ꝓhi
bendo elementorꝝ naturalē actionē. Uñ si
cut habet̄ in dialogo p̄fato elementa sibi
obedierūt. Nam dum nauis cuiusdā gen-
tilis periclitasset ⁊ ip̄e exclamasset. Deus
martini adiuua nos: mox tranquillitas se-
quit̄. Ibidē etiā hr̄ dū stramina sibi nocte
ꝓ quiete ꝑ sacerdotē p̄parata ꝓiecisset ⁊ su-
per nudā terram cubitaret: et nocte media
straminib⁹ incēsis exire neq̄ret, edito signo
crucis in medio ignis facta orōne illesus
ꝑmansit. Ecce quō elemēta sibi obedierūt
cessando ab actiōe sua, vicȝ ignis: aer: aq̄.
Propter hec et alia miracula multa in p̄fa
to dialogo scripta diabol⁹ multū labora-
uit ei⁹ sanctitatē turbare ⁊ subuertere. Nā
sicut ibidē habet̄ q᷑ quedā vacca a demone
agitata cū vbiq̄ seuiret ⁊ m̄ltos cōfoderet
et versus martinū et socios suos in itinere
furibunda cōcurreret, ip̄e eleuata manu iu
bet eam sistere, qua immobili ꝑmanente: vi
dit demonē dorso eius insistentē: quem in-
crepauit dicens. Discede ⁊ euanesce a pecu
de: et innoxiū animal agitare desiste, illo au
tem ꝓtinus discedēte vacca ad pedes ei⁹
ꝓsternit̄ ⁊ cū oī mansuetudie ad gregē suū
reuertit̄. K Quarto btūs martin⁹ ma
gnus apparuit cōtra demonē. Nam semel
demon sibi apparuit in forma humana in
veste purpurea coronatus orante martino
in cella sua: quē dū martin⁹ aspexit: tacuit.
Cui diabolus inq̄t. Agnosce martine quē
cernis, christ⁹ ego sum: et q̄d dubitas mar-
tine crede christus ego sum. Sed cum re-
uelante spiritusancto agnosceret esse diabo
lum ait. Dñs Jesus nō se purpuratū ⁊ dia
demate nitentē futurū esse p̄dixit. nisi ergo
in eo habitu ⁊ forma q̄bus passus: nisi sti-
gmata ꝑferentē videam nō credā. Ad hāc
vocem vt fumus disparuit ⁊ totā cellā fe-
tore repleuit. Et cum vltimā horam mor-
tis p̄sciret noluit sibi supponi vilia stramen
ta, sed dixit christianū in cinere decere mo-
ri vñ factus est. Et cū eum in dorso iacen-
tem ad latus inclinare vellent ait. Sinite
fratres me celū poti⁹ respicere q̄ȝ terrā. Et
hoc dicente vidit diabolū astare: cui dixit.
Quid hic stas cruenta bestia: nihil i me fu
nestū, id ē mortalis peccati inuenies, abrae
sinus me recipiet. Et sic circa annum dñi
cccc. xlviij. et vite sue. lxxxj. et ep̄atus. xxvj.
in diocesi Candaceñ. nocte media domini
ce diei migrauit ad xp̄m. et tūc in eius obi-
tu Seuerinus Colonieñ. ep̄s angelos in
celo canentes audiuit. Sanct⁹ etiā Amb.
diuina celebrans Mediolani interfuit ei⁹
sepulture. Legit̄ em̄ q᷑ beat⁹ Seuerinus
Coloniensis ep̄s cū die dñica post matu-
tinas loca sancta more solito circūiret: illa
hora qua vir sanctus obijt angelos canen
tes in celo audiuit, vocans archidiaconū
interrogauit si aliq̄d audiret. Cū se nil au-
dire diceret et ep̄s vt diligenter auscultaret
moneret: cepit archidiaconus sursum col-
lum extendere, aures erigere et suꝑ sūmis
articulis baculo se sustentās stare. Sȝ dū
episcopus ꝓ eo orasset quasdā in celo vo-
ces audire dixit. Cui ep̄s. Dñs meus mar
tinus est qui migrauit e mundo: et nūc an-
geli eum in celū deferunt. Demones autē
affuerūt qui eum retinere voluerūt: sed ni-
hil suum in eo reperientes cōfusi recesserūt.
Archidiaconus igitur diem et horā nota-
uit, et tunc Martinū migrasse cognouit.
Seuerus etiam monachus qui vitā eius
scripsit cuȝ post matutinas leniter obdor-
miuisset sicut ip̄e in quadā ep̄l'a testat̄ san-
ctus Martin⁹ albis indutus, vultu igneo
stellantib⁹ oculis, crine purpureo, tenēs li-
brum in manu dextra quem de vita ei⁹ idē
Seuerus scripserat eidem apparuit. Cūq̄
post benedictionē in celū ip̄m conscendere
videret et cum eo ascendere cuperet euigi-
lauit. Post hoc aūt nuncijs venientib⁹ ea-
dem nocte sanctum Martinū migrasse au
diuit. Eo quoq̄ die sanct⁹ Ambro. Me-
diolaneñ. ep̄us missam celebrās suꝑ altare
inter ꝓphetiam et epistolā obdormiuit. Et
cum nullus eum excitare p̄sumeret: ⁊ sub-

diaconus nisi ipo innuente epistolam non auderet legere: transactis duarũ vel trium horarum spacijs excitauerũt eum dicẽtes. Jam hora pterijt et populus valde lassus expectat: iubeat dñs noster vt legat cleric⁹ epistolã. Ad quos ille. Nolite turbari: frater enĩ meus martin⁹ ad deum migrauit et ego eius funeri obsequiũ pbui: sed vltimã responsionẽ vobis excitantib⁹ explere non valui. tũc illi diẽ et horã notantes inuenerunt sanctũ martinũ tũc migrasse ad celũ Cappã eius vt ait magister Johãnes Beleth reges francie in plijs portare cõsueuerunt. Uñ ipius cappe custodes cappellani dicebanť. Ecce q̃s magn⁹ fuit sctũs martinus in vita ⁊ in morte. ecce q̃nta fecit miracula. et q̃ntũ demones suã sanctitatẽ impugnauerũt. Si ergo demones tã sanctũ virum sic temptãdo etiã in morte a via veritatis auertere voluerunt. quid fiet de nobis miseris q̃ multis subiecti sum⁹ pctis. q̃tũ nobis est timendũ et dei auxiliũ implorãdũ p itercessionẽ sctissimi martini. Ergo deuote clamem⁹ cũ ecclia. Iglť te cũcti poscim⁹ o martine vt q̃ multa mira hic ostendisti: etiã de celo gratiã nobis xpi supplicatu tuo sp infundas ⁊c. L De sctõ martino scribit mgr̃ Leonard⁹ de Utino in q̃dam sermone de sctis hec verba in fine sermonis. Obtinuit aũt btũs martin⁹ a dño vt q̃cũq₃ eius suffragia exposceret maxime morbo pestifero laborãs si in eius vigilia in pane et aqua ieiunaret pfectã sanitatẽ p illo anno ĩpetraret. Et subdit. Et ego magister Leonardus de Utino ordinis predicatorum in alemania experientia hoc didici fore verum. et in multis italie ciuitatibus hoc idem pdicaui. Unde in dicto ieiunio in pane et aqua in vigilia sancti martini statim cessauit tẽpestas illa grauissima pestilẽtie. Hec Leonardus de Utino vbi supra.

In die sancti Martini episcopi.
Sermo XCIX.

Ecce sacerdos

magnus qui in dieb⁹ suis placuit deo ⁊c. Ecci. xliiij. ca. Hec verba ad literã sapiẽs dixit de Enoch vt patet ibidem. Sub cui⁹ nomine designatur laus istius magni sacerdotis et episcopi cuius festum hodie peragitur in ecclesia. videlicet sancti martini. M Pro introductione nota q͏ aliqua dicuntur magna tripliciť. Primo priuatione: et hec sũt expulsiua. et sic dicuntur magna peccata. quia priuant magnis bonis. sc₃ gratia dei et gloria. Unde. ij. Esdre. viij. diciť. Sumus in magno peccato vsq₃ in diem hãc. Hoc modo sanctus Martinus non dicitur sacerdos magnus. Secundo aliqua dicuntur magna extimatione. et hec sunt dubitatiua. vt diuitie et hmõi temporalia. De q̃bus Prouer. v. dicitur. Thesauri magni et insatiabiles que tñ in veritate modica sunt et quasi nihil. Eccs. j. Omnia vanitas. et horum vsus malus Multa bona aufert quia difficile est diuitem intrare in regnum celorum. Matth. xix. intelligẽdo de illis diuitibus qui ponunt finem in eis et ipis abutuntur. Sed bonus vsus eorum magna bona acquirit. Juxta illud. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis Luc. xvj. Ex his beatus Martinus etiã nõ dicitur sacerdos magnus. Tertio aliq̃ dicunť magna vera perfectione. et hec sunt attractiua. Et sic vere res magne dicuntur que magnis cõceduntur. Hec res sunt magne. maiores. et maxime. Magne res sũt virtutes et dona que hic habentur. Maiores sunt virtutes que habentur in patria De his duobus dicit apostolus. j. ad Corinth. xiij. Nunc manent fides. spes ⁊ charitas: tria hec. maior autem horum est charitas. Maxime vero res sunt tres persone. pater. et filius. et spiritussanctus. Et sic deus est maximus. Et q͏ habetur ipe a nobis per gratiam vel gloriam est maximum donum. Unde prima Petri pmo ca. dicitur. Uocauit nos propria virtute. p quã maxima et preciosa nobis donauit promissa. vt per hec efficiamur diuine nature consortes. Quia igitur hec omnia beato Martino hic et in beatã vita sunt concessa: merito dicitur. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo et inuentus est iust⁹ ⁊c. In verbis premissis ad honorem beati Martini episcopi duo tanguntur. Primo tangiť eius sacerdotij magnitudo. cum dicit. Ecce sacerdos magnus.

Secundo ipius placabilitas: cū subiungitur. Qui in dieb⁹ suis rc. N Quantū ad pmū nota q btūs martinus magn⁹ fuit iu sacerdotio siue in officio suo psbyterali et episcopali. Quod ostenditur ex trib⁹. Primo dicit magnus votoꝝ electiōe. vbi est notandū vt habet ex c. qꝛ ꝓpter. de elect. tripliciter pōt aliq̄s eligi ad episcopatū aut aliam prelaturā. scz per scrutiniū. p cōpromissum. et per inspirationē diuinā. declara vt ibi. Merito igit btūs martinus ex electione dicit sacerdos magnus. qꝛ eius electio fuit diuinitus inspirata. Nam plebs turonica dum epo careret diuinitus inspirata ipm plurimū renitentem in episcopū sibi ordinari petijt. Quidā autē ex episcopis qui cōuenerāt resistebant rc. vide in legēda. Et sic electus fuit fm illud ad Heb. v. Nemo sibi assumat honorē rc. Inuehe cōtra epos moderni tpis q̄ litigant p episcopatib⁹. et multa mala ex his eueniunt.

O Secundo fuit magnus exemploꝝ demonstratione. Magna em̄ et multa exempla pbuit hoīb⁹. et pcipue sex sunt inter alia. scz exēplū castitatis. sobrietatis. largitatis. humilitatis. patientie: et equitatis. Primo igitur pbuit nobis exemplū castitatis. castissime q̄ppe vite fuit et virginitatem suam seruauit. Vñ de eo canit. Corpore quidē virgineo rc. Et ideo diabolum in hora mortis sue sibi apparentē libera voce pcepit abire q̄ nihil immūdicie in eo poterat inuenire. Itē cuz mortuus esset sicut scriptū inuenit: caro eius mirabili splendore refulsit vt nix. qđ castitatis fuit signum. Secūdo sobrietatis phibet exemplū. De tpe quidē militie sue inuenit sic scriptum. Fragilitatē in eo laudari nō est necesse. qꝛ ita visus est vt iam illo tempore nō miles sz monachus putaret. De tpe episcopat⁹ dicit legenda q in multa abstinentia cum discipulis suis vixit. Nam ibi vinū nemo biberat nisi quem infirmitas coegisset. mollior habitus ibi p crimine erat. neq̄ visus ē carnibus sed radicibus herbarū. P

Sed ex quo ita abstinens fuit est dubiū Cur homines in eius festo plus solito lautius bibunt r comedūt. Solutio. Ortum habuit hoc a Turonensib⁹. Cum em̄ mortuus esset in diocesi Candacensi quā causa discordie sedande visitauit. Cōuenerunt Pictaui et Turoni magnā habentes altercationē de corpe. Applica hic legendā r de vino quod posuerūt Thuroni Pictaui bibentes oēs sopierūt. r media nocte a Thuronis corpus sublatū est. Secūdo fit hoc ꝓpter eius maximā largitatē. de qua dicet. Si tū excedit modus nō est cōmendandū sicut in faschango. Inuehe cōtra excedentes rc. Tertio largitatis demonstrat exemplum. Tante em̄ largitatis fuit vt etiā cuz adhuc cathecuminus esset cuidā pauperi pallium suū per mediā partē diuideret. qꝛ tunc nihil aliud habuit quod ei daret. Demum cū in sacerdotio cōstitutus esset ipaz tunicā qua ad carnē vestiebat exuit r cuidam egeno tribuit. Extende vt in legenda. ex quib⁹ apparet maxima largitas. Q

Nam liberalitatis fm doc. tres sūt gradus. Primus est dare partē de supfluis et partē retinere. Luc. xj. Quod superest date pauperib⁹. Secundus ē dare oīa supflua et retinere necessaria. Tertius est dare necessaria. sicut illa vidua de qua Luc. xxj. q̄ in gazophilaciū totū victum posuit. et hic est summus gradus. Beatus aūt martin⁹ nō tm̄ habuit primū r secundū gradū liberalitatis. sed etiaz tertiū vt patet in pdictis duobus exemplis. qꝛ ea q̄ sibi erant necessaria largitus est. Quarto magne humilitatis ostendit exemplū. Tante nempe humilitatis erat q leprosum quendā cunctis horribilē Parisius obuiam habēs osculatus est atq̄ bñdixit: statimq̄ mundat⁹ est. Etiam vno seruo cōtentus: cui causa humilitatis sepius calceos detrahebat et pedes abluebat. In secretario quoq̄ residēs nūq̄ cathedra visus est. Sic et nos simus hūiles vt spūsctūs nostras inhabitet mētes. Quia dicit Esa. lxvi. Sup quē requiescet spiritus meus nisi sup humilē et quietum et trementē verba mea rc. Quinto exhibuit exemplū magne patientie. ita enim patientiā in omnib⁹ seruabat q cum esset summus sacerdos sepe a clericis ledebat. nec a sua eos ꝓpter hoc charitate repellebat. Nemo illū vnq̄ vidit iratū. nemo merentē. nemo ridentē. multa etiā a malis hominib⁹ passus ē. Applica h exēplū de militibus q̄ eū pcusserāt qñ eis obuiauit i veste hispida. Itē mlta etiā passus ē ab hereticis arrianis q̄ eū d ciuitate expulerāt. Mlta etiā

mala et aduersa a diabolo passus est. Qui ad eũ dixit. Quocũq; ieris ego tibi aduersabor. Qui patiẽter rñdit. Dñs mihi adiutor nõ ꝛc. Sexto pfert exemplũ magne eq̃tatis siue iusticie. Fuit enim multe iusticie. Nam cũ imperator Maximinianus ipm inuitasset et ei pmo poculum allatũ fuisset ꝛc. psequere vt in legenda. Applica etiã hic exemplũ de Valentiniano impatore a q̃ cũ habuisset repulsam zelo iusticie nõ destitit vt in legenda. Et iõ de eo canit ecclesia. Eius ore nũq; xpus abfuit siue iusticia ꝛc. Hic ibi quõ nos similiter eũ imitari debemus vt magni fiamus. R Tertio b. martinus dicit sacerdos magnus miraculoꝝ operatiõe tã in vita q̃ in morte. In vita eñ maximis miraculis claruit ita ꝙ in omni rerũ genere miracula fecit. Primo ĩ reb; habẽtib; esse tm̃: sicut in elemẽtis. Nã terre impauit qñ tres mortuos suscitauit. Ideo de eo canit ecclesia. Martin⁹ sacerdos dei cui post aplos dñs ꝛc. Itẽ in igne et aere. qñ domo vicina incensa ɔtra validum ventũ stetit: et igni vltra nõ debere pgredi impauit. Applica etiã hic exemplũ Seueri de igne qñ visitauit diocesim suã. et piectis stramĩnib; ĩ humo dormiuit. vbi media nocte stramina incendũt ꝛc. vt in legenda. In aq̃ etiã: qñ mercatorẽ in aq̃ nõdũ xpianũ pclitantẽ ꝛ exclamãtẽ: de⁹ martini adiuua me: liberauit ab aq̃ et infidelitate. Scdo in reb; habentib; esse ꝛ viuere vt in arbore diabolo dedicata quã miraculose auertit a se casurã post succisionẽ. Et ĩ ellebore qđ casu comedit ꝛ orõne a morte sanatus est ppria. Tertio in reb; habentib; esse viuere et sentire. vt in aĩalib; irrõnabilibus. vt in lepusculo canib; circũdato: quẽ liberauit canes sistendo. Et ĩ cane qui cõtra discipulũ martini latrauit. In serpẽte quem verbo p fluuiũ venientẽ renatare iussit. In vacca possessa: quã ɔtra se veniẽtem a demonio liberauit. Quarto in creatura rõnali vt in infirmis quos sanauit. sicut febricitantib; ꝛ paraliticis et obsessis ꝛc. Iõ canit in sequẽtia. Nã febres sedat ꝛc. Quinto ĩ creatura intellectuali mala vt in demonib; q̃s a tẽplis fugauit. et q̃s in spēcieb; hoim sibi apparẽtes cognouit. vt Iouis. Mercurij ꝛc. Itẽ et ĩ forma regis purpura ꝛ diademate coronat⁹ qñ finxit se esse xpm. Itẽ et in creatura bona intellectuali. vt in angelis bonis q̃ eum in vita honorauerũt qñ manus ei⁹ in missa texerũt. qñ preces eius deo obtulerũt. qñ clausis ianuis ad impatorẽ intrauit. In morte etiã ꝛ post mortem plurima miracula operat⁹ est. Applica hic legendã in ei⁹ translatiõe de sancto Perpetuo de campanis de duobus sociis. S Quantũ ad secundũ quõ beatus Martinus in dieb; suis placuerit deo Nota ꝙ tria distinguunt tpa siue dies hominis. et ſm hoc tres assignant stat⁹ hoĩs scz iuuentutis vsq; ad. xxj. annũ. Deinde virilitatis vsq; ad. lx. Tertio senectutis vsq; ad mortẽ. Et de his trib; tpib; fit mentio sub noĩe triũ vigiliarũ. Luc. xij. vt in hodierno euãgelio. Sint lumbi ꝛc. Et in oĩbus his dieb; siue statib; placuit deo: qꝛ in quolibꝫ ea seruauit q̃ ad talem statuꝫ requirunt. ita ꝙ bene dicit de eo illud in epla vbi thema. Nõ est inuentus similis illi ꝛc. In primo nãq; statu scz iuuentutis seruauit legẽ bonorũ pueroꝝ. laicoꝝ deuotoꝝ. et legẽ militum. In scdo legẽ clericoꝝ ꝛ monachorũ. In tertio epoꝝ. De pmo nota ꝙ lex regula bonoꝝ pueroꝝ describit Thob. j. vbi docent pmo vt fugiãt ɔsortia maloꝝ. Scdo iungãt se libẽter eccłie sctõꝝ. Tertio se exerceant in deuotiõe ꝛ orõne. Unde ibidẽ de Thobia puerulo dicitur. Hic solus fugiebat cõsortia oĩm supple maloꝝ et idolatrarum. Ecce primũ. Et pergebat ad hierusalem ad templũ domini. Ecce secundũ. Et ibi orabat dominũ deum israel. Ecce tertium ꝛc. Hec etiam beatus Martin⁹ puer seruauit. Ideo his diebus placuit deo. Nam quo ad primũ in eius dicitur legenda ꝙ Pannonie natus. Papie alitus. cuius pater tribunus militum fuit imperatoris Cõstantini et Iuliani. Et cũ decẽ annoꝝ esset inuitis parẽtib; paganis: q̃s reliquit recessit. Ecce quõ primo fugit cõsortia maloꝝ et idolatrarũ. Secundũ addit cum dicitur. ad ecclesiã cõfugit. Tertium tangitur cum subdit. Et se cathecuminũ fieri postulauit. Factus vero quindecim annorum coactus est militare sub Iuliano imperatore. vbi secundo regulam militum laicalium seruauit. Ideo etiam in his diebus placuit deo T Milites enim habent tria mandata precipua. Primum

est vt paupes ecclesias et respublicas defendāt. vt in. l. milites. ff. de re mili. et in. ca. miles. xxiij. q. v. vbi dr̄. Illis q̄ milites fiūt cōmittend⁹ est gladi⁹ sup eoꝝ iuramēta vt viduas: orphanos: et rēpublicā defendāt. Et dicit Hellnand⁹ ꝙ talis olim cōsuetudo fuit vt eo die q̄ q̄s militari cingulo armabat̄ ecclesiā solēniter adiuit. gladiumq̄ sup altare posuit. seipm̄ obseq̄o altaris deuouit. Hoc mādatū b. Martin⁹ obseruauit cū esset miles: q2 paupes ⁊ ecclesias defensauit. Sicut ꝓbat Seuerus in dialogo qn̄ gens barbarica ꝯtra romanā insurgeret ecclesiā ip̄e p̄cib⁹ suis velut alter moises pugnauit. hostes ecclesie subiugauit. vide in legenda Sed heu nr̄i milites ab hoc mādato exorbitāt. paupes impugnāt. ecclesias q̄s deberēt defensare spoliāt. Jō cōtingit eis sicut Antiocho regi impio. de q̄ legit̄. j. Machab. vj. Qui in supbia venit ī hierusalē et templū dn̄i depredabat̄. ⁊ ideo infirm⁹ iacens in lecto ait. Reminiscor malorum q̄ feci in hierusalē qn̄ abstuli de templo omnia spolia argentea et aurea q̄ erāt in ea sine causa. Cognoui ergo q2 venerūt ꝓpterea ꝯtra me mala ista. et ecce pereo pre tristicia Secundū mandatū est ꝙ neminē cōcutiant aut calumniā inferāt: sed ꝓprijs stipēdijs se sustentent. Hoc habet̄ Luc. iij. vbi dū milites interrogabāt sanctū Johānem baptistā. Quid faciem⁹ ⁊ nos. ait illis. Neminē cōcutiatis: nec calumniā faciatis et cōtenti estote stipēdijs vr̄is. Vbi sub tribus capitulis beat⁹ Johes intendit milites arcere ab oī iniuria faciēda. Fit em̄ iniuria trib⁹ modis. Aliqn̄ in ꝑsona ꝑ oppressiōes. Cōtra qd̄ dicit p̄mo. Neminē cōcutiatis. Quod ponit Aug⁹. in c. militare. in fi. xxiij. q. j. Cōcutere est aliq̄d petere vltra debitū rōne officij alicui⁹. Jlle igit̄ cōcutit qui per oppressionē et iniuriā pauperes verberando aut incarcerādo extorquet pecuniā. cōtra q̄s Jac. ij. Nōne diuites ꝑ potentiā opprimūt vos ⁊ trahūt vos ad iudicium. Nō aūt debet tm̄ non opprimere sed etiā opprimentib⁹ resistere vt dictū est sup̄ ī p̄mo mādato. Scd̄o infert̄ iniuria ꝑ infamiam: ꝑ falsi nois siue criminis impositionē. q̄ntū ad hoc dicit secūdo. Nec calumniam faciatis id est nō sitis criminatores sicut aliqn̄ potētes faciūt q̄ paupib⁹ falsum crimen imponūt vt sic pecuniā ab eis extorqueāt. sic fecit Jesabel. iij. Re. xxj. q̄ Naboth falsum crimen imposuit. scz ꝙ deum maledixisset: et sic eū lapidari fecit vt vineā ei⁹ haberet. Tertio infert̄ iniuria ī tꝑali substantia ꝑ rapine expoliationē: et q̄ntū ad h̄ ponit tertiū. Et cōtenti ⁊c̄. i. nō sitis alienarum rerū raptores. ⁊ ꝓpterea dic̄ Aug. in c. militare. xxiij. q. j. Militare nō est delictuȝ sed ꝓpter predā militare peccatū est. et ideo quadā ꝓuidentia sunt militib⁹ cōstituta stipendia ne dū sumptus q̄rit̄ p̄do grasseur.

¶ Hoc p̄ceptū cū suis capitulis ꝑfectissime seruauit btūs Martinus: ideo placuit deo. Primo q2 nō fuit paupeꝝ oppressor sed adiutor: vt ptz supra in exēplis. Etiam orphanos defendit. Vn̄ dr̄ de eo. Cura illi erat assistere laborantib⁹. alere egentes. opem ferre miseris: ac a tribulatione et miseria releuare. Scd̄o nō fuit criminator sed pacificus habitator. nā pacifice ambulauit cū supiorib⁹ ꝑ subiectionē sicut cū Juliano. Cū equalib⁹ ꝑ pacificā ꝯuersationē. sicut patet de suis cōmilitonib⁹ q̄ miro eū venerabant̄ affectu. Et cū inferiorib⁹ vt patet in eius seruo. Tertio etiā nō fuit raptor sed suoꝝ largitor. tantū em̄ terrena cōtempsit vt nihil sibi de stipendijs p̄ter quotidianum victū reseruaret. tandē etiā respuit stipendia. q2. xviij. anno baptisatus ē. ⁊ post xx. annū cū Julianus suis stipendia daret martinus recipe noluit dicēs ⁊c̄. vt in legēda. Jnuehe cōtra milites nostri tpis q̄ parum hāc regulā obseruāt. sunt em̄ oppressores ⁊ calumniatores. gaudent longo famulantiū comitatu. visitāt torneamēta. iō cuȝ nō pn̄t ꝯtentari ꝓprijs cogunt̄ esse violenti raptores in alienis. Sed audite vos impij raptores q̄d dicit sp̄ūssanctus per Job xxvij. Hec est ps impij apud deū: si multiplicati fuerint filij eius in gladio erunt id est occidunt̄: et nepotes eius nō saturabūtur pane. i. fame moriunt̄. et q̄ reliqui fuerint scz alij amici ex eo sepelientur interitu. hoc est sepultura asini: et vidue eoꝝ nō plorabunt̄. Tertium mandatum est de iusticia belli ad quam debet attēdere miles seu stipendiarius vt licite militet. ✠ Nota s̄m Archidiaconū in summa. xxiij. q. ij. et notat sanctus Thomas secunda secunde. q. xl. Ad hoc vt bellum sit iustum tria

requiruntur. Primum est causa iusta vicz pro rebus repetendis aut propulsandis iniurijs. vt scz illi contra quos bellum agitur aliquam culpa meruerint. quia scz punire neglexerunt quod ab eis improbe factum est. vt in.c.j.xxiij.q.ij. Ubi dicit Isid. Iustum est bellum quod ex edicto geritur de rebus repetendis aut propulsandorum hominum causa. et in ca. dominus. ibidem dicit Aug. Iusta bella diffiniri solent que vlciscuntur iniurias. sic gens vel ciuitas plectenda est que vel vindicare neglexit quod a suis improbe factum est. vel reddere quod per iniuriam ablatum est. et sic bellum est iniustum si non est de repetendis rebus vel defensione patrie sed ex sola volutate et non propter necessitatem. vt notat summa vbi supra. Secundum est intentio recta vt scz non fiat ex odio vel animo vlciscendi aut auiditate prede sed zelo iusticie et charitatiue vt bonum promoueatur et malum euitetur xxiij.q.j. quid culpatur. vbi dicit Aug. contra manicheos. Quid culpatur in bello an quia moriuntur quandoque meriti vt dominentur in pace victuri. hoc reprehendisse timidorum est. nocendi cupiditas. vlciscendi crudelitas. feritas rebellandi. dominandi libido. et [illegible] silia hec sunt que in bellis iure c[illegible]pantur. Tertium est autoritas principis vt in dic.c.j. quid culpatur. ait Aug. Ordo autem ille naturalis mortalium paci accomodatus hoc poscit vt suscipiendi belli autoritas atque consilium penes principes sit. Et dicitur princeps hic papa vel imperator aut inferiores principes: habentes tamen iurisdictionem super eo cui mouetur bellum. Et hoc quantum ad inferendum bellum. sed ad resistendum seu defendendum se contra iniuste mouentem non requiritur autoritas principis. quia de iure nature vim vi repellere licet a se et a socijs cum moderamine tamen inculpate tutele et in continenti. vt i.c. significasti. de homi. et.c. non inferenda. xxiij.q.iij. Hoc preceptum beatus Martinus per omnia seruauit. Declara ex legenda. Inuehe contra milites nostri temporis qui nullum habent respectum ad iusticiam belli eius qui eos conducit sed ad rapinam et maius stipendium Et de huiusmodi militibus dicitur de peni. di. v. falsas. quod non potest talis miles vere agere penitentiam nisi dimiserit militiam. Intelligitur enim de iniusta militia. et ideo videant confessores quomodo tales absoluant. Secundo beatus Martinus in secundo statu hoc est in diebus virilitatis placuit deo. quia in eis perfecte seruauit duplicem legem scz clericorum et monachorum. y Quantum ad legem clericorum nota quod prout colligitur ex diuersis iuribus clerici principaliter habent tres regulas. Primo debent a secularibus negocijs abstinere et in signum huius ordinatio clericorum fit in sabbato quod interpretatur requies. quia quiescere debent a secularibus negocijs. Unde apostolus ij. ad Timot. ij. Nemo militans deo implicat se secularibus negocijs. Que autem sint secularia negocia a quibus clerici habent abstinere declaratur in.c. multa. ne cleri. vel mona. et quasi per totum titulum. Secundo debent studio litterarum sacrarum propter arcendos malos et hereticos semper intendere et virtuosis actibus inherere. vt i.c. sic viue. xij.q.j. dicit Hieronymus. Clerice multo tempore disce quod postmodum alios doceas. Et in ca. Omnes psallentes. xxxvij. dis. vbi dicitur. Omnes psallentes deo repromittimus. in iustificationibus tuis meditabor. non obliuiscar sermones tuos qui sunt eloquia domini. Quod et si cunctis fidelibus obseruare saluberrimum sit. precipue tamen his qui ecclesiasticam consecuti sunt dignitatem. Quibus autem virtutibus clerici debent esse decorati ostendit apostolus. j. ad Timot. iij. dicens Oportet episcopum esse irreprehensibilem etc. Que regula continet. xij. capitula seu conditiones virtutum que obseruari debent ab omnibus clericis. Tertio debent insistere diuinis officijs et deuotionibus. quia hoc requirunt eorum ordines. Hec omnia compleuit sanctus Martinus. De primo et vltimo canitur in sequentia. Hic oculis ac manibus in celum etc. scz intentus. Per oculos deuotionem et intentionem accipimus. per manus operationem. Et alibi. Inuictum spiritum ab oratione non relaxabat De secundo patet quia cum Arrianis disputauit et eos vicit. ideo de ciuitate in illirico fuit eiectus vt dicitur in legenda. Inuehe contra clericos nostri temporis. Z Quantum ad legem monachalem nota quod religiosi etiam habent tria mandata. Primum vt obedientiam habeant. Secundum quod proprium contemnant. Tertium vt votum castitatis seruent. De quibus habetur in ca. cum ad monasterium. in fine. de statu monacho. vbi dicitur. Abdicatio proprietatis sicut et votum castitatis etc. Hec mandata seruauit beatus Martinus in statu monachali. Fuit enim obediens quod testatur Seuerus in legenda cum admonitus esset a domino per soporem

vt ipe visitaret parētes suos: mox volūta-
tem suā deseruit ⁊ diuinā voluntatez fecit
ꝑm illud Mat.xxvj. Non sicut ego volo
ꝫ sicut tu vis pater. Fuit ↄtēptor terreno
rum. quia i suo monasterio tam paup fuit
ꝙ de radicib9 herbaꝝ vixit. Et potuit dice
re cum beato Bern̄. Quid nobis de diui-
tijs que nec vere. nec nostre sunt. Fuit ⁊ ca
stus vt sup̄. Et potest dicere illud. Mun-
dam seruaui animā meā ab omni cōcupi-
scentia. Tertio beatus Martinus in ter-
tio statu hoc ē in diebus senectutis placu-
it deo. quia ꝑfecte seruauit legem epoꝝ.
⁊ Pro quo nota ꝙ lz apl's vbi sup̄ plu-
ra ponat de episcopis. tamē principaliter
habent tria mandata siue capitula q̄ chri-
stus dedit beato Petro ⁊ eius successorib9
episcopis Johis vlt. vbi ter q̄siuit a bea-
to petro. Petre amas me. ⁊ cū ter respon-
disset. Domie tu scis q2 amo te. Christus
ter dixit. Pasce agnos. ad īnuendū ꝙ epi-
scopi debent pascere ter subditos suos. vi
delicet exemplo. verbo. ⁊ tpali subsidio. et
ideo inter alia dicit apl's vbi supra. Opor
tet epm esse ornatum vt pascat exēplo. De
bet esse in exemplum laicis ⁊ clericis. viij.
q.j. qualis. Esse doctorem vt pascat ꝟbo.
Esse hospitalez vt pascat temporali subsi
dio. Hec tria seruauit beat9 Martin9. q2
ꝑ exēplo sue sanctitatis in episcopū est tra
ctus. Fuit etiam doctor egregi9. q2 viā sa-
lutis ostendit verbo doctrine ⁊ plures ad
fidem ↄuertit. vt patet de matre et latrone
ex legēda. Fuit etiaz hospitalis nulli pau
perū hospitium denegādo. Ipe fuit alter
Loth q̄ sedebat in forib9 domus sue pere-
grinos expectādo Gen̄.xix. Propter p̄di-
ctoꝝ mādatoꝝ in omni statu obseruantiā
merito placuit i dieb9 suis deo patri. Sic
⁊ nos si volumus placere deo patri neces
se est ei9 mādata teneri. Johānis.xiiij. Si
q̄s diligit me sermonē meū seruabit et pa
ter meus ⁊c. Placuit etiā deo filio eo ꝙ eū
coram angelis cōmendauit dicēs. Marti
nus adhuc cathecumin9. Hec cōplacētia
xp̄i respectu bti Martini fuit ex pauperū
cōpassiōe q̄b9 vestimēta sua tradebat ⁊ ale
bat. Placuit etiā spirituisācto eo ꝙ in spe
cie ignis sup caput ei9 apparuit. ⁊ hec pla-
centia fuit ꝑpter humilitatis retētionē. Et
nedum placuit deo sed ⁊ regine celi virgi-
ni Marie: quia ipm sepius visitauit. Ap-
plica hic legēdam de Seuero ⁊ Gallo. cū
vna vice pre forib9 celle bti Martini expe
ctarent ⁊c. Placuit etiaz sanctis angelis q̄
sue sanctitati quotidie astiterūt ⁊ ministra
uerunt. ⁊ post mortē eius aīaz cū hymnis
⁊ canticis ad celū deduxerūt. Applica hic
legēdā de sancto Seuerino coloniēsi epi-
scopo. Placuit etiaz toti curie celesti quia
ipm hodie in suū cōsortem acceperunt ꝑm
ꝙ ipe ait. Sin9 Abrae me recipiet. Ipm
ꝫ beatū Martinū sacerdotē magnū debe
mus hodie et semꝑ honorare et venerari.

De sancto Martino epo Sermo. C. wann.xxj. Thema.

A D te leuaui oculos meos q̄ habitas in celis.
ps.cxxij. Hec verba ↄueniēter
recitari possunt ad cōmendationem sancti
Martini q̄ oculos mētis erexit ad deum
ꝑ ↄtemplationē. Unde ⁊ specialiter de eo
canit eccl'ia ꝙ oculis ac manibus in celuz
semꝑ erat intent9. eo ꝙ ꝑ cōtemplationē ce
lestia desiderauit ⁊ amauit ⁊ omia opa sua
i deuz ordinauit. Nam ⁊ si elemosynas de
dit. si populū instruxit. si carnem ꝑ'laz ca
stigauit: semꝑ oculos in celū leuauit: q2 vt
celos ascenderet ⁊ xp̄m videret h̄ fecit. Et
bn̄ nobis i exemplū vt q̄ terreni sum9 eter
na cupim9 ⁊ amamus: ab his oculos no-
stros auertam9 ⁊ in celū cum beato Mar
tino leuem9: ita vt nihil ꝑpter mūdū siue p
pter hoies ṗncipaliter opemur ꝫ oia ꝑpt
deū ⁊ in deū facta nr̄a ordinem9. vt sic ve
re cū btō Martino dicere possim9 verba
themat'. Ad te leuaui oculos meos q̄ ha-
tas i celis vbi supra. Pro gr̄a Aue maria.
Ad te leuaui oculos meos ⁊c. Circa ver-
ba thematis duo nobis sunt ṗncipaliter
ↄsideranda. Primo sanctitas et excellētia
meritoꝝ i beato Martino q̄ semꝑ intent9
erat ad celestia. ocl'os mētis sue leuās i ce-
lum ⁊c. Scd'o exemplū imitatiōis nr̄e vt
⁊ nos sic celestia aspirem9 ⁊ terrena despi-
ciamus auertēdo ocl'os a terrenis ⁊ leuan
do illos ad celestia ⁊c. A Circa ṗmū
est notandū ꝙ beatus Martin9 non soluz
oculos ꝫ ⁊ man9 ⁊ os ad dn̄z leuauit. Si-
cut de eo canit ecclesia. Hic oculis ac ma-
nibus i celū ⁊ tot' virib9 suspēsus terrena

cuncta respuit. Eius ori nūq̄ꝫ christus ab/
fuit siue iusticia: ꝛ quicquid ad verā vitaꝫ
ptinet. Et q̄ꝫq̄ꝫ hoc verū sit de eo ad lr̄am
ꝙ oculos man⁹ ꝛ os ad dn̄m leuauit. sicut
bene patet ī eius legēda dū beat⁹ Bricci⁹
discipul⁹ su⁹ q̄reret vbi esset beatus Mar
tinus, respōdit. Ecce ille delirus q̄ respicit
in celū q̄si amens: attamē spūaliter p ocu/
los intentionē et deuotionē intelligere de
bemus. Per man⁹ ꝓo opationem. ꝛ p os
orationē. Hec eni oīa ī btō Martino eri/
gebant ꝛ ordinabant in deum vicꝫ inten/
tio ꝛ deuotio opatio ꝛ oratio. Q autē per
oculos intelligat deuotio ꝛ intentio patꝫ
p illō Can̄. iiij. Vulnerasti cor meū soror
mea in vno oculoꝝ tuoꝝ. hoc est oculo de
uotionis. Et Mat. vj. ꝛ Luc. xj. dicit. Si
oculus tuus simplex erit: totū corpus tuū
lucidū erit. oculus id est intētio. qꝛ ab intē
tione oīa opa nostra tenebrosa et lumiosa
iudicant. q̄cq̄d eni agunt hoīes intētio iu/
dicat omnes. Q etiā p manus opatio de/
signat dicit Greg. Quid p manū nisi ope/
ratio designat. Iuxta illud ps̄. In nomīe
tuo leuabo manus meas. id ē opera mea
ad implendū mādata tua ꝛc. Q autē p os
cōgrue intelligat oratio patet ex his q̄ di/
cta sunt de sancto Martino ꝙ ei⁹ ori chri/
stus nunq̄ꝫ abfuit. id est deuote orationi q̄
christi nomē sepissime nominaudo expsse/
rat. Ex q̄bus ptꝫ ꝙ beat⁹ Martinus tota
deuotione in celo versabat. ꝛ p intentionē
oīa opera sua in deū ordinauit. ꝛ nihil vn/
q̄ꝫ principaliter ꝓpter se. ꝓpter homīes: aut
ꝓpter mundum faceret. sed omnia ꝓpter de/
um. ex quo tūc relucet eius sāctitas. B

Vera eni sanctitas cōsistit in trib⁹ scꝫ in
oratiōe deuota. in vita sancta. ꝛ in cōuersa
tione grata. Que oīa excellēter habuit be/
atus Martinus. Habuit eni deuotā ora/
tionē q̄ ad deum. quia ab oratione incepit
in sua puericia. Nam cū esset annoꝝ duo/
decim eccl'ias frequētabat: etiā inuitis pa
rētib⁹ ꝛ cathecuminū fieri se postulauit id
est petiuit se instrui in fide catholica. qꝛ pa
rentes infideles erant. et extunc in puerili
etate heremū intrasset nisi carnis infirmi/
tas obstitisset. Habuit etiā vitā sanctam q̄
ad se. Cui⁹ sāctitatis testimoniū fuit glob⁹
igneus qui supra caput ei⁹ apparuit dū di
uina celebraret. Ex q̄ dicit par apostolis
ꝓpter gratiam spūssancti que in eum in spe
cie ignis ad robur descendit vt dictum est.
Vn̄ ꝛ apl'i frequēter eum tāq̄ꝫ comparem
visitabāt. Legit eni in dialogo Seueri et
Galli ꝙ dum quadā vice Martin⁹ in cel/
la solus sederet et Seuerus et Gallus ei⁹
discipuli p̄ forib⁹ expectarent: subito mira/
bili cōcussi horrore plures ī cella audiunt
insimul colloquētes. De quo cuꝫ postmo
dū Martinū requisissent. ille ait. dicā vo/
bis. sed vos q̄so nulli dicatis. Agnes Te
cla ꝛ Maria ad me venerunt. nec tm̄ illa
die sed sepius ꝯfessus est se ab eis visitari.
Et Petrū ꝛ Paulū apostolos a se sepius
videri asseruit. C Sāctitas etiā vite
sue patet ex multis miraculis q̄ deus p eū
opatus ē tres mortuos suscitādo. vt de eo
canit eccl'ia. Leprosum osculando ꝛ sanan
do. Demones expellēdo. Ignē ne vltra p
grederet p sui interpositionē ꝓhibēdo. Tē
pestates mariꝫ sedādo. et p ianuas clausas
ad impatorē intrando. et sic de aliis. Hec
omnia in vita. q̄d ergo post mortem: certe
multo maiora. Habuit tertio ꝯuersatiōeꝫ
cum hominib⁹ gratā. Fuit eni magne hu/
militatis. vt ptꝫ de leproso. Magne iusti/
cie. Unde cum ab impatore Maximinia
no inuitat⁹ fuisset ꝛ p̄mo potus sibi obla/
tus fuisset: sperātib⁹ cūctis vt post se impe
ratori tribueret. p̄mū p̄sbytero post se de/
dit: nullū existimās eo digniorē. imo indi/
gnum existimās si regē p̄sbytero ptulisset.
Fuit etiam magne patientie. quia lꝫ esset
episcopus: multipliciter tamē a clericis le
debat. et tamen ex hoc eos a sua charitate
non repellebat. Nemo eni vnq̄ꝫ ipsum vi/
dit iratū: merentē aut ridētem. Fuit ꝛ mul
te assiduitatis in orando: ita ꝙ nunq̄ꝫ ani/
mū ab oratiōe laxabat. Semper eni legit
vel orauit. imo operādo orauit. Maxime
etiaꝫ fuit austeritatis ad se. qꝛ in nuda hu/
mo cilicio desup strato q̄euit. imo nec stra
mina passus est. Nā cū semel Martin⁹ in
quandā suā diocesim venisset ꝛ clerici stra
mina sibi p̄parassent vt refert Seuerus in
epistola ad Eusebium. Ip̄e cōmot⁹ quasi
iniuria sibi facta stramina abiecit ꝛ in hu/
mo nuda quieuit in cilicio. Cū aūt in me/
dio noctis stramina prope euꝫ arderent et
Martin⁹ excitat⁹ exire non posset ab igne
iam capit ꝛ ei⁹ vestimenta vrunt. rediens

Istud etiā fuit in btā katherina q̄ lꝫ in car
cere fuerit posita vt ibi fame cruciaretur ꝑ
duodecim dies. tn̄ deꝰ ꝑ colūbaz cibū sibi
misit q̊tidie. Et istud attestat̄ in ea ꝯtēptū

mūdane dilectiōis. Quia eni carnales de-
lectatiōes ꝯtēpsit. id̓o ꝯsolatiōibꝫ celestibꝫ
nutriebat̄. Vn̄ q̄ꝫ cito filijs isrl' defecit fari
na de egypto in deserto: tā cito receperunt
manna de celo. simul ⁊ ecōtra q̄ꝫ cito in ter
rā ꝓmissiōis intrātes terrenos fructus co
mederūt: tā cito celestē cibū amiserūt. Ter
tiū priuilegiū est petitionuz exauditio. Et
istud fuit in sctō Blasio ⁊ sctā Margare-
tha q̄ in sua passiōe deū rogauerūt. vt qui
cūq̄ꝫ in ipsoꝝ noīe aliq̇d petierit a deo obti
nebit. Intellige dū assūt ꝯditiōes ad exau
dibilitatē orōnis req̇site. scꝫ pie ꝓ se et ꝑse-
uerāter. Istud etiā ꝓuilegiū fuit in btā ka
therina: q̄ in sua passiōe deū orauit vt q̇cū
q̄ꝫ sui memoriā agerēt aut in morte se sibi
cōmēdarēt. vel ī tribulatiōe eā inuocarēt:
diuine misc̄d̓ie sentirēt effectū Et facta est
vox de celo ꝙ sic fieret vt postulauit. Hoc
ſꝑ intellige dūmō assunt circūstātie orōis
vt s̄. Hoc aūt ī ea attestat̄ magnū sanctita
tē. Magne eni sāctitatis ē testimoniū q̄ū
q̇s ī suis petitiōibꝫ meruit freq̄[illegible]
exaudiri. Quartū priui[illegible] est celi apꝰtio.
Et istud fuit ī btō stephano ꝓthomartyre
qui celos vidit apertos. Hoc aūt silr̄ fuit in
btā katherina. q̄ cuz decollari debuit vox
ad eā facta ē. Veni dilecta mea spōsa mea
ecce ianua celi tibi apta ē. Et illd̓ attestat̄ ī
ea magnā ꝑfectiōez. Nā celū specialr̄ tribꝫ
apꝰt̄ vicꝫ viris ꝑfectꝭ. martyribꝫ. ⁊ nouiter
baptisatꝭ. Ipa aūt fuit valde ꝑfecta ⁊ mar
tyr ī sāguine suo de nouo purificata. Qui-
tū priuilegiū ē angeloꝝ visitatio ⁊ ꝯforta-
tio. Illud etiā fuit ī btō Martino ad cuiꝰ
obitū angeli accesserūt. Ita btē katherine
angeli astiterūt ⁊ obsequiū ꝑstiterūt in vi-
ta. in morte. ⁊ post mortē. In vita dū ange
lus eā cōfortauit. in ꝯflictu cum oratoribꝫ
in passiōe mortis: dū angeli in carcere pla
gas suas ꝑunxerunt: vidente regina vxore
Marētij cū ingēti claritate. ⁊ rotas cōfre
gerūt. Post mortē. qꝛ angeli eiꝰ corpꝰ sepul
ture tradiderūt ī monte synai plus q̄ꝫ ꝑ. xx
dietas a loco passiōis. Et illud priuilegiū
attestat̄ in ea magnā puritatē virginitatis
qꝛ angeli virgines ⁊ puri sūt ꝑ naturā. ipa
aūt ꝑ gratiam solum. Ideo libēter cum ea
angeli morabant̄. Sextū ꝓuilegiuz est la-
ctis emanatio. Istud fuit in beato Paulo
in cuiꝰ decollatiōe vnda lactis emanauit.

Jta z factū est in beata katherina. que dū decollata fuisset: p sāguine lac effluxit. Et hoc in testimoniū sue magne puritat; virginalis vt sup. Septimū est diuine lucis choruscatio. Jllud fuit in btō Petro in cuius martyrio maxia lux emicuit et cuz ipa luce eī9 aīa i celū ascēdit. Jta z fuit in beata katherina. qr vt supra dixi dum in tenebroso carcere clausa fuisset: maxia dei claritas resplenduit. Et fuit in testimoniuz sue fame z puersatiōis. Juxta illud Sap. iiij O q̄ pulcra est casta generatio cū claritate. ipa eni instar lucis habuit sublimitatē in situ. qr ei9 puersatio sp erat i celo. Rectitudinē i incessu. qr oīa opa sua ad dei gloriā dirigebat. Pulcritudinē in aspectu. qr plures suo exēplo ad dei amorē trahebat. vt oratores q̄nqgita Porphiriū cū ducēt; militib9 z reginā cū mltis alijs. L Tertio dn̄s suā electā spōsaz triplici puilegio post mortē honorauit. Primū qr ei9 corp9 mirabilr honorauit. eo q ipam vt s dictū est [illegible] sepeliri fecit. Et nō solum h̄ s; in mōte syna [illegible] sepulcrū fieri fecit angelicis manib9: in q̄ de9 legez dedit hūano generi: z cuz moyse famulo suo familiarit locut9 fuit tanq̄ amic9 amico. Jn q̄ z moyses q̄draginta dieb9 z noctibus ieiunauit: ad designandū q katherina dei sapientia plena fuit z deo familiar; extitit. z q ab oī amore mūdi pfecte abstinuit: ita vt vere d ea dici possit illud Esa. xj. Erit sepulcz ei9 gloriosum. Et in h̄ cōicat cū sācto Clemēte. cui etiā angeli in mari sepulcrū marmoreū fecerunt. Scđo eā priuilegiauit deus post mortē. qr ei9 corpus magno pdigio illustrauit. qr ex ipo resudat sacrū oleuz qđ valet in salutē mltoz. Et q̄tū ad h̄ silis fuit btō Nicolao: de cui9 corpe oleuz manat z cūctos lāguidos sanat. Et istud est testimoniū sue magne miscōie. p oleū eni misericordia designat. Tertio post mortē puilegiauit eā dn̄s. qr post aureā tribus aureolis eam decorauit. ita vt ratione virginitatis possideret fructū centesimū. silrter ratione martyrij cētesimū. z rōne pdicatiōis cētesimū. fm illud Mat. xiij. Semen cecidit in terrā bonā z aliud fecit fructū tricesimū zc. Terra bona faciens fructuz tricesimū sunt boni piugati. q̄ cū fide trinitatis decalogū seruauerūt. z ideo trigesima premia habebūt. Bona terra faciens fructuz sexagesimū sunt boni cōtinētes q̄ cum sex operib9 miscōie decē pcepta custodierunt ideo sexagesima pmia possidebūt. Bona aūt terra faciēs fructū cētesimū sunt virgines: pdicatores z martyres. Et rōne illoz beata katherina cōsecuta est tricētena premia. Jmplorem9 ergo dilectissimā spōsaz xpi beatā katherinā vt sicut in sua passiōe orauit p fidelr z deuote eaz inuocātib9: ita nūc nos eā inuocātes respiciat z suis pcib9 nobis veniaz pctōz nr̄oz z q̄ salutis nr̄e sunt obtineat p xpm dn̄m nr̄m. Amē.

De sancta Katherina Sermo. CVI.

wann. xxij.

Multe filie congregauerunt diuitias tu supergressa es vniuersas Prouerb. vl. Hec verba pnūciat ecclia ad laudez et gliaz sctissime v̄ginis z martyr; katherine cui9 hodie celebrat festū ecclia p vniuersū orbē. pter mltas ei9 virtutes z merita q̄b9 spōso suo dn̄o nr̄o iesu xpo placuit et placere studuit. Naz z si oēs sctē virgies xpo dn̄o placuerūt suis v̄tutib9 z meritis Jsta tū post virginē Mariaz supgressa est vniuersas. iuxta thema Multe filie. Jn v̄bis thematis Salomō duo īnuit. Prio v̄tutes z merita oīm sanctaz virginū cū dicit Multe filie zc. Scđo excellētiā virgis et martyr; btē katherine inter illas. cū dicit. Tu supgressa es vniuersas. De q̄ singulariter videndū erit. Nemo dubitat q̄n oīm sctāz v̄ginū z cuiuslibet earuz merita sunt magna q̄b9 consecute sunt eterna cū spōso suo xpo gaudia. Sed q̄b9 modis excellat katherina videbit infra. Et qr sapiēs loq̄tur de diuitijs: diceret q̄s. De q̄b9 diuitijs intelligi debēt v̄ba sapiēt; i themate. A

Ad h̄ dicēdū est q triplices sunt diuitie. sc; tpales. spūales. et eternales. De pmis diuitijs dicit pphēta in ps̄. lxj. Diuitie si affluant nolite cor apponere. vbi dicit glo. Diuitias licet h̄re. sed nō eis inherere. naz q̄n hō mēte illis inheret tūc ad pctm̄ inducit. fm illud apl'i. j. ad Timot. vj. Qui volūt diuites fieri incidūt i tēptatōez z in laqueū diaboli z desideria mlta z inutilia z nociua: q̄ mergūt hoiem in interitū z pditionē. Et subdit. Radix eni oīm malorū ē

cupiditas. Notãter dicit apl's. Qui volũt
siue cupiũt diuitias. non dicit: q̃ hñt. q2 di
uitie haberi pñt sine pctõ aut cũ pctõ. sine
pctõ: qñ iuste habenť siue possidenť et ad
dei voluntatẽ distribuunť. Taliter btã ka
therina habuit diuitias. Sȝ cuȝ pctõ: qñ
inordinato cũ affectu habenť. sicut dic̃ p-
pheta vbi s̃. Diuitie si affluãt ⁊c̃. vel qñ i
iuste acquirunť aut possidenť. et tertio qñ
indebite dispensanť. Scd̃e sũt spũales di-
uitie. ⁊ ille ꝯsistũt in tribꝫ. scȝ i meritis: ꝟtu
tibꝫ: ⁊ gratijs. q̃ quãto plura cõpam⁹ tãto
ditiores erim⁹. Tales diuitias habuerũt
sãcte ꝟgines ⁊ excellẽter btã katherina: ta-
les ⁊ nos cõportare p opa meritoria debe
mus. Secũdo tales diuitie cõsistũt in vir
tutibꝫ: sine q̃bꝫ nulla sunt opera meritoria.
Nihil enĩ est nobis meritorium nisi fuerit
virtutibꝫ adornatuȝ. Illas aũt diuitias ex
nobis siue a nobis acq̃rere nõ possumus
⁊ ex ꝓprijs laboribꝫ: nisi de⁹ opeť in nobis.
Tertie diuitie spũales sunt gr̃e. has iterũ
nullus lucrari põt: nisi a largitore gratiaꝝ.
Vñ ẽm Bonauẽ. Gratia est donũ dei per
quã aĩa efficiť spõsa xp̃i ⁊ filia pr̃is eterni.
Et. j. Pet. v. De⁹ dator oĩs gr̃e. Est tñ ho-
mo inexcusabilis si gr̃am nõ habuerit: q2
gr̃a grat̃ data p quã hõ est a deo p̃uẽt⁹: sp
p̃sto est liberꝝ arbitriũ excitare et cõmoue-
re. Et huic cõmotioni hõ poterit ꝯsentire.
hoc est poterit facere qḋ in se est. ⁊ sic gr̃aȝ
gratũ facientẽ a deo recipe. Tertie diuitie
sunt eternales. ẽm illud ps̃. Gl'ia ⁊ diuitie
in domo ei⁹. De q̃bꝫ dicit apl's ad Ephe.
iij. Det vobis dñs diuitias gl'ie sue. Et p-
uerb. viij. Mecũ sunt diuitie et gl'ia. Et. j.
ad Coꝝ. ij. Oculus nõ vidit nec auris au
diuit nec ĩ cor hoĩs ascẽdit q̃ p̃parauit de⁹
diligẽtibꝫ se ⁊c̃. Has nũc diuitias possidẽt
sãcte ꝟgĩes cũ xp̃o ĩ celesti pr̃ia. Et excellẽ
ter btã katherina q̃ supgressa ẽ vniuersas.
Hec de p̃mo. Quãtũ ad scd̃m vidẽdũ erit
de excellẽtia beate ꝟginis katherine quõ
ipa supgrediať vniuersas. B Pro quo
notãdũ q btã ꝟgo katherina post ꝟgineȝ
Mariã ceteras ꝟgines ĩ tribꝫ est supgres-
sa triplici vicȝ merito ĩ q̃ singl'arissime pla
cuit xp̃o spõso suo. scȝ merito virginitatis.
martyrij. ⁊ p̃dicatiõis. Ex hoc aũt triplici
merito triplex sibi debeť aureola. Prio au
reola virginũ rõne sue excellẽtis ꝟginitat̃

q̃ plures vt patebit impugnata suã casti-
tatẽ intactaȝ seruare voluit soli xp̃o in hoc
mũdo tanq̃ȝ singulari ⁊ amãtissimo spõso
De h̃ legiť historia quã etiã refert sanctus
Vincẽti⁹ ordinis p̃dicatoꝝ in q̃dã sermo-
ne de sãcta katherina q cũ eẽt magni reg̃
vicȝ Costi filia: dũ esset septẽ annoꝝ a pr̃e
ad scholas poniť. ⁊ dũ bone indolis eẽt li
beralibꝫ studijs tradiť. Mortuo ꝟo patre
multi principes in cõiugẽ eã habere affe-
ctabãt. Quadã ꝟo vice speculũ inspexit et
pulcritudinẽ suam ꝯsiderãs dixit intra se.
Preter me nunq̃ȝ pulcriorẽ vidi. nulluȝ g̃
maritũ accipiã nisi sit tã pulcer. nobilis ⁊
sapiẽs sicut ego Erat aũt q̃dã heremita sa
piens iuxta ciuitatẽ. ad quẽ xp̃iani iudei ⁊
pagani cõfluebãt. Ad hunc katherina ve-
niẽs p̃habita narrauit. Cui ille Si vis or
dinabo tibi virũ nobilẽ: pulcrũ ⁊ sapientẽ
cui sil'is inueniri nõ põt. sȝ timeo ne te du-
cat. Cui illa. Rogo attẽte vt mihi ostẽdas
eũ vt illuȝ videã. Cui ille. Expecta me. Et
oblata imagine virgĩs filiũ ĩ brach[illegible]
bẽte dixit katherine. Ille [illegible] est illi de
q̃ dixi. Cui katherina virgo. Virum nul-
lũ ducã nisi habuero istũ. Et sic recedens
nocte illa apparuit ei ꝟgo gl'iosa filiũ suuȝ
hñs in vlnis suis. quẽ vidẽs katherina di
xit virgini. Date mihi hũc iuuenẽ. Mater
filio. Accipies hãc ꝟginẽ in spõsaȝ. Et no
luit sȝ mag̃ renuit. Pro q̃ btã katherina i-
gemuit adeo vt a somno excitareť. Et acce
dẽs katherina heremitã singl'a enarrauit
illi. Et ille gauisus valde Katherine dixit
Et filia p̃dixi tibi q te nõ duceret q2 ei nõ
placeres. sȝ scio fontẽ in q̃ si baptisaber̃: ei
placebis. ⁊ cepit ei p̃dicare de passiõe xp̃i.
Tandẽ baptisata: domum redijt iocunda.
Eadẽ ꝟo nocte iteꝝ apparuit ei in somnis
ꝟgo gl'iosa cum suo dilecto filio dicens ei
Katherina vis filiũ meũ in spõsuȝ. Cui il-
la. Volo dña. Tũc ait mr̃ ad filiũ. Vis il
lã in spõsaȝ. At ille. Volo. Et sic eã sibi cũ
anulo despõsauit. Et tũc mr̃ cũ filio dispa
ruit. Excitata katherina anuluȝ in digito
inuenit quẽ in amore xp̃i iugiter portauit.
Ecce iã patet quõ xp̃s eã specialr̃ in spon-
sam elegit cui ⁊ ipa suã virginitatẽ intactã
seruauit. merito g̃ sibi aureola virginũ de
beť. Rõne secũdi meriti vicȝ passionis de
beť sibi secũda aureola vicȝ martyrũ: qua

xp̄s eius sponsus eaꝫ singulariter corona
uit ꝓpter multiplicia (vt patet s̄) tormētorū̄
genera q̄ passa est ꝑ fide et amore spōsi sui
xp̄i dn̄i vsq̄ ad mortē. Tertio rōne meriti
p̄dicatiōis debet̄ sibi tertia aureola scꝫ do
ctorꝝ: q̄ iterum christus eam specialiter co-
ronauit: eo ꝙ cum sapientibꝰ scꝫ oratoribꝰ
disputauit ꝛ eos deuicit ꝛ ad fidem cōuer
tit. Q aūt ratiōe istius triplicis meriti tri-
plex sibi debeat̄ aureola habet̄ ꝑ magistꝝ
dist. xlix. q̄rti sententiarū. ꝛ doctores ibidē.
¶ Diceres cur solum sunt tres aureo
le et non plures. et in quo differt aurea ab
aureolis. Ad hoc dicūt breuiter doctores
ibideꝫ ꝙ aurea est p̄mium essentiale. vide-
licet gaudiū de deo. ꝛ debet̄ victorie in cō
muni. Et sicut aurea p̄ncipal'r est in aīa.
sic etiam aureola. sed ꝑ redundātiā in cor-
pore erit quedam decentia et fortitudo sin
gularis rep̄sentatiua aureole predicatori ī
ore: virginibus in illa parte: martyribus ī
cicatricibꝰ vel aliīs partibꝰ corpis s̄m ge-
[illegible] martyrij: vt statim ex aspectu corporꝫ
sciat̄ qua[illegible] [illegible]uisq̄ martyr fuerit virgo vl'
doctor. Est enī [illegible]eola p̄miū accidentale
essentiali supadditū. et s̄m Bonauenturaꝫ
est q̇dam decor in corpore vel gaudiuꝫ de
tali decore ꝛ victoria. et sic totalis aureola
est decor in corpore et gaudium in aīa de
tali decore ꝛ operibus excellentis victorie
pro christo factis quibus sanctus talē de-
corē ꝛ singulare gaudiū meruit. Aurea au
tem nihil aliud ē q̄ꝫ premiū essentiale bea-
torꝝ siue beatitudo essentialis ꝯsistēs ī cla-
ra dei visione ꝛ ꝑfecta cum gaudij fruitio-
ne, qd̄ habent beati in deo clare sic viso et
amato. per quaꝫ beatitudinē rōnalis crea-
tura ꝑfecte cōiungit̄ deo. ꝛ dicit̄ corona ꝑ
similitudinē. quia meritū quo illud p̄miū
hic meret̄ fit cum quadam pugna. s̄m illd̄
Job. vij. Militia est vita homīs sup ter-
ram. modo victorie debet̄ corona. Dicit̄
etiā corona ideo quia ꝑ hoc p̄mium fit ho
mo particeps diuinitatis q̇dāmodo. ꝛ sic
per hoc fit particeps regie dignitatis. s̄m
illud Apocal'. v. Fecisti nos deo nostro re
gnum ꝛ sacerdotes. Corona aūt est ꝓpriuꝫ
signū regie dignitatis. ꝛ ideo essentiale p̄-
mium quo homo sic fit particeps deitatꝫ
ꝛ q̇dāmodo regie potestatis dicit̄ corona.
Etiā corona significat quandā ꝑfectioneꝫ
ratione figure sue circularis que ē ꝑfectissi
ma figurarū. eo ꝙ non habet initiū neq̄ fi
nem. Et ex hoc etiā ꝯuenit ꝑfectioni bea-
torum in patria que finem nō habet sicut
corona in sui rotunditate. Aureola aūt di-
cit̄ coronula diminutiue. ꝛ est p̄mium acci
dentale vt supra. Sunt aūt tres aureole ꝛ
nō plures. Primo ideo q: solū sūt tres vi-
res anime. scꝫ rationalis cui debet̄ aureo-
la cōfessorꝝ. cōcupiscibilis: cui debet̄ aure-
ola virginū. Irascibilis: cui debet̄ aureo-
la martyrū. Secundo ideo quia tres sunt
principales inimici aīe ꝓpter quorꝝ victo-
riā dant̄ aureole. Pro victoria carnis dat̄
aureola virginuꝫ. Pro victoria demonis
aureola cōfessorꝝ. Et ꝓ victoria mūdi aure
ola martyrꝝ. De q̇bꝰ in aliīs sermonibꝰ me
is plura dixi q̄ breuitatꝫ gratia trāseo. Du-
bitat̄: ex q̇ dictū est ꝙ btā katherina triplici
merito supgreditur om̄es alias virgines
post virginē Mariā. vicꝫ merito virgini-
tatis. martyrij. ꝛ p̄dicatiōis. in q̇bus tn̄ ex
cellit alias virgines merito virginitatꝫ: cū
ꝛ alie virgines castissime fuerūt vsq̄ ad fi
nē vite sue amore spōsi sui dn̄i nostri Jesu
xp̄i vt barbara. margaretha. dorothea. ag-
nes ꝛc̄. et m'lte alie. Ad h̄ dicēdū est ꝙ btā
katherina iuxta thema supergressa est vni
uersas alias ī diuitiīs q̄s acq̇siuit merito
ꝟginitatꝫ. patꝫ: q: tāto ē ꝟginitas maioris
meriti q̄nto pl'a hꝫ trahentia ad incōtinen
tiam q̇bꝰ resistit. D Et talis fuit vir-
ginitas beate katherīe. Et hoc ostēdi pōt
ex quinq̄ causis. videlicet iuuentute. quia
erat tūc. xviij. annorū. Pulcritudine. quia
erat incredibilis pulcritudīs. Abūdantia
q: successit parētibꝰ ī diuitiīs. Libertate et
securitate q: dn̄a suorꝝ remāsit. et m'ltiplici
sollicitatiōe siue tēptatōe q: mūeribꝰ ꝛ ter-
roribus agitata et pulsata. Prīo dixi ꝙ iu
uētus eā merito trahere debuit ad carnis
libidinē. q: tunc erat. xviij. annorꝝ q̄n cum
cesare ꝛ oratoribꝰ disputauit. Cum iam pa
ter eiꝰ esset defunctꝰ et mater: ꝛ ipsa sola do
mi relicta in deliciīs. Iuuētꝰ autē multis ē
causa lasciuie. s̄m illud Eccs. xj. Adolescē
tia enim ꝛ voluptas vana sunt. sed iuuen-
tus sibi nocere nō potuit. quia cordis ma-
turitatē seruauit. s̄m illud Sap. iiij. Cani
sunt sensus hominis et etas senectutꝫ vita
immaculata. et corpus suū castigando in

seruitutē redegit. Exemplo aplī.j. Coꝝ.ix
Secūdo habuit pulcritudinē. qꝛ vt dicit
in eius legēda erat incredibilis pulcritudi
nis ꝛ oīm ocul' admirabilis videbat. Pul
critudo aūt mirabilis vt frequētiꝰ est cau
sa ruine. Jō statim post vba themat Pro
uerb.vi.sequit. Fallax grā ꝛ vana ē pulcri
tudo: mulier timēs deum ipsa laudabitur
Et Prouer.xj. Circulꝰ aureꝰ in naribꝫ suis
mulier pulcra ꝛ fatua. Videmꝰ enī ꝙ pul
cre maiores hñt tēptationes extraneas ꝙ̄
deformes. Pulcritudo aūt corpis exterior
btē katherine nocere nō potuit. qꝛ post ba
ptismū solū de pulcritudine interiori cogi
tauit. ſm illō ps̄.xliiij. Oīs gl'ia eiꝰ filie re
gis ab intꝰ. E Hāc aūt occasionē pctī
p pulcritudinē vitare voluit ꝗdam adole
scens noīe spurꝰ. de ꝗ narrat Valeriꝰ ma
ximus li.iiij. ꝙ cū esset excellētis pulcritu
dinis ꝛ mira specie: plurium feminaꝝ illu
striū sollicitaret ocl'os. ꝛ ex h viris earū et
parētibꝫ se suspectū sentiret: oris decorem
vulneribꝫ abstulit deformitatēq; sue faciei
magis esse voluit ꝙ̄ pulcritudinē esse irri
tamētū aliene libidis. Ecce iste pulcritudi
nem faciei deposuit quā oēs natural'r desi
derāt. ꝛ nos p ꝯtritionē nolumꝰ amouere
turpitudinē faciei spūalis ꝗ naturā deor
nat ꝛ ocl'os dei ad iracundiā puocat. De
bet aūt pctōr facere diligētiā ad recogitan
dū pctā ꝓpria nō aliena. nisi causā talibꝰ de
disset vel aliquā culpam in talibꝫ hrēt fra
terne arguēdo. Tertio habuit rex abūdā
tiā. qꝛ patri suo qui rex erat in diuitijs ma
gnis successit. Ista aūt abūdātia sicut et vo
luptas solet esse mult occasio luxurie ſm
illud ps̄.lxxvij. Prodijt q̄si ex adipe iniq
tas eoꝝ. qꝛ diuites frequēter sunt in crapu
la ꝗ mouet ad luxuriā. F Vñ Bern. i
parabola de ethiopissa dicit. Tria sūt p ꝗ
diabolꝰ pcipue capit aīas puellaꝝ. s. pecu
nia: auro ꝛ argēto: potatiōe vini ꝛ choreis
Ecce quō vgines tripl'r decipiunt. Inter
oīa enī christianoꝝ certamia sola duriora
sunt castitat prelia. vbi ꝗtidiana pugna ꝛ
rara victoria. vt dicit Aug. in ꝗdā ſmone
Hec aūt btē katherine nocere nō potuerūt
qꝛ abūdāter ſuauit tpantiā. ſm illud Pro
uer.xxx. Est q̄si diues cū nihil habeat. et ē
q̄si paup cū i diuitijs mlt' sit. Quarto ha
buit libertatē ꝛ securitatē. qꝛ sui ꝛ suoꝝ do
mina remāsit. nimia aūt libertas in mulie
re est piculosa. Jō dr Eccl.vij. Filie tibi
sunt serua corpꝰ illaꝝ et non ostēdas hila
rē faciē tuā ad illas Et i ps̄. vt s̄ dr de his
ꝗ habēt libertatē ꝛ securitatē: i labore ho
minū nō sunt ꝛ cū hoibꝫ nō flagellabūtur
sed cum ꝗbꝫ flagellabunt: certe si non peni
tuerint: cū demonibꝫ. Ideo sequit in ps̄.
Jō tenuit eos supbia: opti sunt iniq̄tate
ꝛ impietate sua. Et ibidē seq̄tur. Prodijt
quasi ex adipe ꝛc. Sed ꝙ̄uis btā katheri
na fuit libera ꝛ secura: habuit tñ dei timo
rē. ideo sibi libertas ꝛ securitas nocere nō
potuerūt ſm illud Prouerb. vlt. Mulier
timens deū ipa laudabit. Quinto passa ē
multiplicē sollicitatiōē siue tēptationem
sollicitata enī fuit mūeribꝫ ꝛ terroribꝫ. mul
te aūt sunt vgines aut mulieres ꝗ ad vnā
horam cadunt in luxuriā. vicꝫ vel p mune
ra vel p terrores. G Sꝫ diceres. Quō
fuit sollicitata muneribꝫ cum diues fuerit.
Rñdet tripliciter. quia tyrannꝰ tria sibi p
miserat mūera. scꝫ diuitiaꝝ copiā [illegible]
Secūdo dignitatē marit[illegible] vt videlicꝫ se
cunda esset in palacio post reginā. Et glo
riam imensā vt sibi in foro erigeret statuā
ꝛ ab oībus eam adorari faceret. Sꝫ beate
katherine illud nocere non potuit. quia di
uitias contēpsit. dignitates respuit. et glo
riam mundanā abhorruit. ꝓpter qđ dixit
tyrāno psequēti eam. Desine talia dicere ꝗ
nefas est etiā cogitare. Q aūt terroribꝫ fu
it impulsata: patꝫ. qꝛ cōminationibꝫ ꝛ tor
mentis. Istud aūt sibi nocere non potuit.
qꝛ p christo mori non timuit. Iuxta illud
Matth.x. Nolite timere eos qui occidūt
corpus ꝛ post nō habēt amplius quid fa
ciāt. sed potiꝰ eū timete ꝗ pōt corpꝰ ꝛ aīam
pdere et mittere in gehennam. Ex his patꝫ
quomodo beata virgo katherina supgres
sa est vniuersas alias virgines in virgini
tate. ꝗ enī virgo tot tēptationes habuit. et
vbi nunc inueniret virgo ꝗ in tot tēptatio
nibus staret: habēs tales carnis tēptatio
nes quintuplices et grauissimas. De nul
la etiam virgine legit que sic fuisset iuue
nis. pulcra. abundans. libera ꝛ secura. Et
cum hoc multipliciter muneribus ꝛ terro
ribus tēptata. Recipiant ergo omnes vir
gines exēplū in hac pclara virgine ne ca
dant in carnis tēptationes. et si tēptantur

vt resistat fortiter sicut fecit sctã katherina Ideo deberēt oēs ꝟgines et vidue imo et maritate tēptate ad luxuriã iplorare auxiliū btē ꝟgis katherine. qđ vtiqꝫ eēt efficacissimū: sicut ipa in sua passiōe a spōso suo hoc impetrauit. Dubitaẜ scđo quō beata ꝟgo katherina alias ꝟgines supgreditẜ siue excellit officio pdicatiōis: cū tñ inhibitū sit mlierib pdicare vt dic apl's. j. Cor. xiiij. Mulieres i eccl'ijs taceāt. H Ad h dicēdū ē q lꝫ inhibitū sit mulierib officiū pdicationis vt hr̄ in ca. xvj. q. j. addicimus. ⁊ dis. xxiij. mlier. Quibusdā tñ a spū sancto fuit h ɔcessum ex q̄dam ꝑrogatiua gr̄e singlar̄. Et dicit glosa pdicti capituli Mulier. sup ꝟbo nō psumat. Hoc eni sacerdotale ē officiū. Et notāter dic̄ text' capituli. Mlier viros scꝫ docere nō psumat ⁊. xxxiij. q. v. c. mulierez ꝺ masculos. Btā ergo katherina ꝟbū dei pdicauit ex singulari ꝑrogatiua. ⁊ multos ab errore ɔuertit Et q̄ntuꝫ ad h supgressa est vniuersas. Dicere .... alie ꝟgines ⁊ mulieres pdicauerūt ex singlari ꝑrogatiua ⁊ gr̄a spūſſcti sicut Maria magdalena. Martha. Barbara. ⁊ sic de alijs. quō tūc katherina in h officio supgressa est vniuersas. Rñdeẜ q lꝫ alie etiā pdicauerint. tñ oēs supgreditur katherina post ꝟginē Mariā. Alie eni cōuertebāt hoies poplares. hec reginā ⁊ ꝑncipē. sicut vxorē Maxētij iꝑatoris. ⁊ Porphiriū ꝑncipē militie. Alie ɔuertebāt simplices ⁊ illitteratos. hec aūt ɔuertebat q̄nquaginta rhetores ⁊ ꝑhos ex varijs ꝑuinciis vocatos ⁊ electos. Alie erāt ɔtēte simplici eruditiōe. Hec aūt ꝑ varias ɔclusiones sillogismoꝝ allegorice. methaphorice ⁊ mistice cū cesare ⁊ oratorib' pdict' disputauit ⁊ illos ɔclusit. Alie i pdicādo habuerūt sapiaꝫ infusam. hec aūt vltra h habuit sciam acq̄sitā in septē artib liberalib. et maximā cū h habuit eloquētiā. ꝑpterea dixit iꝑator oratorib. Est apud nos puella spūſācto ⁊ prudētia incōpabilis. Sil'r dixit katherine. Audiuim' tuā eloquentiā ⁊ mirati sum' tuā prudētiā. Ipsa eni habuit magnā ɔstātiā dicēs. Fac q̄cūqꝫ aio cōcepisti. paratā eni me vides ad oia sustinendū. sic ⁊ dixerūt rhetores. Nullus añ nos vnq̄ꝫ stare potuit q̄n a nobis vinceretẜ. hec aūt puella sic nos vicit vt ɔ eā aliq̄d dicere aut oīno nescimus: aut penit' formidamus. Ecce quō btā ꝟgo katheria officio pdicatōis alias virgies ꝑcellit. J Dubitaẜ tertio quō btā virgo katherina supgrediẜ vniuersas merito martyrij. Rñdeẜ q ml'tipl'r. nā alie vnū vl' duo genera martyrij passe sūt. hec aūt q̄ntuplex gen' martyrij passa ē. vt ptꝫ infra. q2 fuit q̄ntupliciẜ punita. vicꝫ scorpionib flagellata. sed i remediū ab angelis celesti vnctiōe vncta fuit in carcere. Sic flagellata ⁊ lacerata i obscuro carcere clausa. sed in remediū celesti luce perfusa a xp̄o visitata. Fame cruciata xij. dieb sine victu i carcere: sed colūba cibū deferēte nutrita. Super rotas horribiles extēsa. sꝫ ab angelo rota destructa multitudine gētiliū interfecta. Demū decollata. sꝫ ab angelis in montē synai deportata Sꝫ ɔ acerbitatē hāꝝ penaꝝ habuit q̄ntuplex adiutoriū siue q̄nqꝫ adiutoria diuiaꝝ ɔsolationū supdicta. K Dubitaẜ q̄rto ex q̄ btā katherina tātuꝫ ē ppessa martyriū in q̄ tñ ei' martyriū est puilegiatū siue honoratū. Rñdeẜ q i trib. vicꝫ q2 habuit honorabile obsequiū angeloꝝ ꝑ spacium viginti dieꝝ. Honorabile sepulcꝝ i mōte synai angelicis manib ꝑparatū. Gloriosuꝫ miraculū. q2 oleū stillauit de ei' corpe. De ꝑmo ptꝫ q2 angeli ɔsueuerūt deferre aīas Sꝫ i b. katherina detulerūt ei' corp'. imo sic sibi obseq̄o fuerūt q i vita sua sibi obsequiū ꝑbuerūt. sic cū angelus in ɔflictu cū rhetorib ipam ɔfortauit. ⁊ i martyrio suo dū ei' plagas punxit. ⁊ post mortē dū multitudo angeloꝝ ei' corp' ad montē synai ꝑduxerūt. De scđo q habuit honorabile sepulcrū ptꝫ. q2 i mōte synai sepultū ē corp' qđ fuit signū magne amicicie ⁊ sapie cum deo vt ibi sepeliretẜ vbi de' legē dedit moysi. ⁊ cū eo familiariẜ vt cū amico locut' est. Et ibi Moyses. xl. dieb ieiunauit. De tertio q habuit miraculū gl'iosuꝫ. q2 ꝺ ei' corpore oleū manauit: significādo q ipa pia ⁊ misericors extitit. q2 ꝑ oleū miscđia significaẜ. Oleū eni hꝫ ꝟtutē penetratiuaꝫ. sic ei' cor miseriā pauperum penetrauit. oleū etiā supnatat oib liq̄rib. ita miscđia aīam ad dei sil'itudinem eleuat ⁊ sibi pre ceteris virtutibus assimilat Luce. vj. Estote misericordes sicut ⁊ pr̄ vr̄ misericors ē. sic btā ꝟgo katherina suis dilectis se inuocātib

misc̄diam impēdit. ¶ Qd̄ bñ declara-
rat Petrꝰ rauennas in li. gestoꝝ notabiliū
de beato Sabino Mediolaneñ. epō. qui
katherinam a iuuētute sibi spōsaz elegit. ꝛ
post virginem mariā deuote sibi seruiuit.
Vñ cū ad terrā sanctā cū abbate Cassino
theodorico de mōte ꝑfectꝰ ad tūbā sancte
katherine ꝓcesserūt: adiūctꝭ sibi duobꝫ ca-
pellanis. sex militibꝫ. et famulis triginta. ī
pede mōtis crudelissimū ducē saracenum
obuiā habuerūt: q̄ eos detinuit nec ascēde
re mōtē vt petebāt ꝑmisit. sed lingua. nari
bus. auribꝫ ꝛ sūmitatibꝫ digitoꝝ et pedum
amputatꝭ. ꝛ mēbra iussit vt igne cremaren
tur: ꝛ sic semiuiui in mōtē veherent̄ dicēs.
Videbo q̄d valeat sepulcri huiꝰ visitatio.
Et adiecit. Cū vobis mēbra renascent̄ qd̄
impossibile est fidei vestre adherebo. ꝛ sic
iussit illos in aīalibꝫ ad sepulcrum deduci
vbi mox abbas morit̄ Sabino orante sic̄
potuit. Circa mediū noctis ꝓo mōs synai
totꝰ cōtremuit tātusq̄ pauor ducē inuasit
vt inde effugere vellent sed nō potuerunt
lux tūc desuꝑ venit vt dies putaret̄ ꝑ triū
horaꝝ spaciū. vt nō solū vicini sed etiā sa
raceni in remotis locis ɔstituti hora eadē
vigilātes diē claꝝ crediderūt fore factuz et
synai mōtē in solē ɔuersū estimabāt. ꝛ ecce
btā katherina de sepulcro ꝓcessit ꝛ mēbra
trūcata Sabini epi inunxit: ꝛ statim p̄sti
ne sanitati sūt restituta. Inde sabinꝰ plenꝰ
gaudio pedibꝫ eiꝰ se aduoluit. Cui ipa ait.
Christꝰ spōsus meꝰ ꝑatꝰ est me honorātes
honorare. mane offer sibi sacrificium. ꝛ de
oleo qd̄ sudat d̄ sepulcro meo singula mē-
bra abbatꝭ ꝑunges ꝛ p̄stine restituet̄ sani-
tati. ꝛ apphendēs eiꝰ dexterā p̄ciosū anu-
lū digito eiꝰ imposuit ꝛ cartulā tres rigas
habentē. Prima. Sabine he lr̄e sūt signa
inter me et te ꝑpetue dilectiōis. Secūda.
Fecit tibi meritū ingēs dolor: faciet tibi
gaudiū vehemēs amor. Tertia. Ducē ba-
ptisabis sanꝰ ad ꝓpria remeabis. sicq̄ decē
nio laudabilr̄ expleto mecum eris ī celesti
palacio. qd̄ factū ē. vñ ꝛ hec carta cū anu-
lo hodie cernunt̄ in mediolano. p̄fatꝰ autē
dux mane ascēdēs montē inuenit epm cele
brātē ꝛ obstupuit. ꝛ post vnctiōez abbatis
oībꝫ vidētibꝫ reuixit oībꝫ mēbris ītegre. q̄
viso dux cū mltis cōpūgit̄ ꝛ ab epo bapti
sat̄. Et q2 sine heredibꝫ erāt terrā suā vēdi-
dit ꝛ magnā substātiā fratribꝫ in monte sy
nai distribuit. rome ꝑfectꝰ in mōte cassino
factꝰ est monachꝰ: beate vsq̄ ad finez vixit
ꝛ monasteriū virginū qd̄ aula d̄r fūdauit
de suis facultatibꝫ sufficiēter. Aliud exēpluū
de monacho rothomagēsi q̄ ad eiꝰ sepulcꝝ
venit ꝛ septē ānis ī eiꝰ s̄uitio māsit. ꝛ orati
onibꝰ suis vnū articulū d̄ manu eiꝰ īpetra
uit. in cuiꝰ morte katherina affuit. ꝛ vidēti-
bus fratribꝫ aīam eiꝰ choris angeloꝝ soci-
auit. Aliud exēpluz cuiusdā adolescētꝭ sibi
deuote singul' diebꝫ mane ecclīaz ī btē ka
therine honore ɔsecratā visitātꝭ vxorē vici
nā ꝑtui spū zelotopie sibi manꝰ iniicietē q2
aliā accederet ad p̄ces ipiꝰ suscitauit. Itez
ꝑuulū filiū regis anglie timore sui mgr̄i d̄
pōte cadētē: ad clamorē p̄fati mgr̄i O dn̄a
katherina suscipe ꝛ tuere: euz sub vndis ꝑ
diē naturalē tanq̄ in domo ɔseruauit ille-
sum. Itē de sacerdote traiectensi q̄ in festo
katherine faciebat solēnitatē ꝛ ɔuiuiū. cu-
ius camerā infregerūt fures tꝑe diuioꝝ q̄
acrisia ꝑcussi ianuā egredi ñ potu[illegible]
cisum caput canis ꝯ eos [illegible]auit donec fa
milia ꝛ sacerdos venietes: fures dep̄hēde
rūt. Ecce q̄nti meriti est btā virgo katheri
na. ¶ Hāc aūt ꝟginē katherinā deꝰ
mirabilr̄ glorificauit ī vita. ī morte. et post
mortē. In vita: cū sapiētissimos doctores
edocuit de vno deo vero colendo iesu xp̄o
ꝛ eos ɔuicit ꝛ ad passionē vna cū Porphi
rio p̄ncipe ꝛ regina ꝑduxit vt patet supra.
In morte. nā aliis sctīs legit̄ xp̄s apparu-
isse ꝛ ipos vocasse vt Iohānē euāgelistā.
Aliī legunt̄ oleū sudasse. vt Nicolaꝰ. wal
purgis. Aliī ī passiōe lac ꝓ sanguīe fudisse
vt Paulꝰ. Aliis legit̄ sepulcrū p̄paratū an
gelicꝭ manibꝫ vt Clemēti ī mari. Aliī legūt̄
ī suis petitiōibꝫ exaudiri etiaz ꝓ inimicꝭ vt
stephanꝰ. Sꝫ hec oīa fuisse ī btīssima ꝟgi
ne katherina testat̄ eiꝰ legēda. eiꝰ etiā sepul
crū ꝛ monasteria ibidē ɔstructa tricentoꝝ
monachorū fert̄. Soldanꝰ et aliī saraceni
multū honorare ꝛ ꝑsonis ibi s̄uientibꝫ lar
giter puidere. p̄cipue his qui habitāt sub
mōte synai ī monasterio. sub q̄ sūt aliī. xx.
fratres ꝑ glāꝝ ecclīe ī mōte ī cellis hītātes.
Pꝰ mortē etiaz deꝰ eā glīficauit q2 triplici
aureola vicz doctoꝝ. martiꝝ ꝛ ꝟginū eā or
nauit. fuit etiā ꝟgo. xviii. ānoꝝ cū maxētiū
ꝛ alios idolatras arguit ꝛ ɔclusit. fuit etiā

doctrix illoꝝ q̄s ꝯclusit: ⁊ tandē martyr ef fecta oīa tormētoꝝ genera ꝓpter xp̄m ꝑ ni- hilo reputauit ⁊ totā vitaȝ suam deo dica- uit. vñ benemerito nō solū corpis ⁊ aīe cō munibꝫ dotibꝫ btōꝝ deꝰ eā glorificauit sed et pluribus gratijs ⁊ p̄uilegijs eā magni- ficauit in vita. ī morte. ⁊ post mortē vt au distis. vbi iā vltra multos sāctos tribꝫ au- reolis resplēdet in celis. Ip̄aȝ ergo hodie deuote īploremꝰ vt deū oret ꝑ nr̄is reati- bus. qꝛ si deꝰ eaȝ exaudiuit hic in terris qñ nō clare cognouit defectꝰ nr̄os: q̄nto magꝭ illā nūc exaudit in celis cuȝ clare oēs defe ctus ⁊ etiā necessitates se implorātiū cog- noscit. ⁊ maiori charitate sponso suo dño iesu christo iuncta conregnat per infinita secula. Amen.

Sermo de sancta Barbara. CVII

wann. xxiij.

Quesiui mihi eā sponsam assumere et ama- tor factꝰ sū forme illiꝰ. Sap. viij. In [illegible] his Salomon ostēdit q̄ntū habuerit deside[illegible] affectiōeȝ ad sapiam inueniendā. q̄ntū etiā habuerit amorē ad eā nūc inuētā: adeo. qꝛ dilexit eā tanq̄ȝ spon sā. Possūt aūt hec ṽba ꝯuenienter recitari ad laudeȝ gloriose ṽginis barbare vt ꝑ ea deᵗ intelligi q̄ntū desideriū assumēdi eaȝ ī spōsam habuerit dei filius dicēs Quesiui ⁊c̄. Ac si diceret. Ex multꝭ illā specialr̄ q̄si- ui mihi assumere in spōsam ꝓpter ornatuȝ morū ⁊ vite illꝰ. Et h̄ est qđ sequiᵗ. ⁊ ama tor factꝰ sum forme illiꝰ. nō vtiq̄ȝ forme si- ue pulchritudīs exterioris: q̄ vana ē ⁊ trā- sitoria et multis laqueū p̄stat eterne dāna tionis. sȝ forme interioris in aīa q̄ est in or natu virtutū. Quia oīs glīa filie regis ab intꝰ. vt audistꝭ sup̄ ī festo katherine ⁊ alijs festiuitatibꝫ ṽginū ⁊ btē ṽginis. Jdo rōne īterioris pulchritudinis dn̄s q̄siuit ⁊ assū psit sibi in sponsam beatā barbaram. ⁊ fa- ctus est amator forme illiꝰ. Pro grā. Aue maria. Quesiui mihi eam sponsaȝ ⁊c̄. vbi sup̄. In q̄bꝫ ṽbis duo nobis insinuanᵗ ꝑ laude virgis btē ⁊ martyris barbare. Pri mo ipiꝰ spōsi dignitas ⁊ desideriū ad spō- sā suā beatā barbarā. ⁊ ꝑ ꝯsequēs ad quā- libet aīam ṽtutibꝫ ornatā. dignitas qꝛ deꝰ ego scȝ deꝰ desideriū quesiui mihi eā spon sam. Scđo insinuaᵗ inter spōsū ⁊ spōsam singularis amicicia ⁊ charitas cum subiū giᵗ. Et amator factꝰ sum forme illiꝰ. A

Circa p̄mū cū dr̄ Quesiui eā mihi spō- sam Est notādū. sicut sponsus naturaliter desiderat sponsam ꝓpter ꝓlem. ita dei filiꝰ desiderauit beatā barbarā in spōsaȝ ꝓpter ꝓlem. Proles aūt ꝓpter quā xp̄s deside- rauit spōsam suā nihil aliud ē q̄ȝ opꝰ merito riū. Desiderauit ergo xp̄s sponsam suā. qꝛ sciuit mltiplicē ꝓlē ex ea geniturā. id ē abū dāter oꝑa bona ꝑ eā ꝑfici. Jdeo merito eā desiderauit tanq̄ȝ arboreȝ fructiferam. De hac prole etiaȝ ait saluator Mat. vij. Oīs arbor bona facit fructū bonū. Dixi notan ter sicut spōsus naturalr̄ desiderat sponsā ꝓpter ꝓlē. Ita eni ait ph̄us. ij. de aīa. q̄ na- turalissimū opeꝝ in viuentibꝫ est generare sibi silē. lȝ ꝯtraria intentiōe ⁊ ꝑuersa et qñ q̄ȝ ꝑ voluptateȝ carnis excecata rōne plu- res sibi spōsas q̄rūt non ꝓpter ꝓlē sȝ ꝓpᵗ de lectatiōeȝ. B Et timeo qđ dolēdū ē q̄ illoꝝ sit maior ꝑs nō attēdētes triplex bo- nū mr̄imonij scȝ fidē. ꝓlem. ⁊ sacrm̄. vt dic̄ mgr̄ in. iiij. sniaꝝ. distin. xxxj. Et subdit ibi dem. ⁊ sunt ṽba Augustini. In fide atten- ditᵗ ne post vinculū ꝯiugale cū alio vel cū alia coeaᵗ. In ꝓle: vt amāter suscipiaᵗ ⁊ re ligiose educaᵗ In sacr̄o: vt cōiugiū non se pareᵗ ⁊ dimissus vl' dimissa nec causa pro lis alteri ꝯiungaᵗ. p̄nt tñ vt mgr̄ ait separi corꝑaliter causa fornicatiōis vel causa reli gionis ex cōmuni ꝯsensu sȝ nō sacramēta- liter si sūt ꝑsone legitime cōiūcte. qꝛ adhuc semper manet vinculū cōiugale inter eos. Ex illis patet q̄ si quis ducit vxorem solū causa delectatiōis non causa prolis aut vi tande fornicatiōis. non tanq̄ȝ sponsaȝ: sed tanq̄ȝ meretricem eaȝ desiderat. Secundo patet q̄ xp̄s dominꝰ in sua sponsa btā bar- bara inuenit sp̄ualiter om̄ia tria bona ma trimonij p̄dicta. fidem: quia nunq̄ȝ post fi- dem susceptā ad idola aut creaturā fidem cōuertit et operibus eam ornauit. Proleȝ quia multa opera bona sponso suo valde placentia perfecit in prosperis ⁊ in aduer- sis. vt docet eius legenda. Sacramentuȝ. quia vinculum fidei promisse et coniugij cum christo vsq̄ȝ ad mortem non irritauit. et post morteȝ eternaliter sibi in celestibus ꝯiuncta manet. C Scđo notāduȝ q̄

christus dñs sponsaꝫ suã q̃siuit nõ in loco
carnalis voluptatis. qꝛ locꝰ ille lutosus ẽ.
Nõ decet aũt regẽ reguꝫ in luto recũbere.
q̇euit aũt ĩ arto ꝓsepio. Qui g̊ vult vt xp̃s
dñs aĩaꝫ eiꝰ assumat in sponsam vadat ad
ꝓsepliũ arte pnĩe ꝛ asꝑitatꝭ. ille enĩ est locꝰ
cõgruꝰ tãti spõsi. ꝯsidera matreꝫ spõsi cuiꝰ
purissima ꝟginitas abhorret ꝓstibulũ vo
luptatis. ſꝫ non abhorret eiꝰ ꝓfundissima
hũilitas stabuluꝫ pauꝑtatis. putas aũt ꝙ
filius dimittat matrẽ suã solã in stabulo ꝛ
veniat tecũ iacere ĩ ꝓstibulo. absit. Scd̃o
xp̃s spõsus nõ quesiuit spõsam suam ĩ fo-
ro mũdane negociationis vbi est cõcupi-
scentia oculoꝝ id est cupiditas terrenoꝛũ.
sed in cubiculo deuote orõnis. patet. quia
nõ est negociator terrenoꝛũ ſꝫ aĩaꝝ. q̇ vult
ergo aĩaꝫ suã xp̃o despõsare videat vt mũ-
det domũ ꝯsciẽ sue ꝑ ꝯtẽptum terrenoꝛuꝫ.
Cañ. iij. Per vicos ꝛ plateas q̃siui ꝛc̃. ꝛ nõ
inueni. Et sequit̃. Post paululũ cũ ꝑtrãsis
sem scꝫ tumultũ mundi inueni quẽ diligit
aĩa mea. Tertio xp̃s nõ q̃rit spõsaꝫ suã in
comitatu pompe secularis. ſꝫ in tẽplo vbi
est domꝰ orõnis. patet ex illo ps̃. Audi fi-
lia ꝛ inclina aurẽ tuã. Et sequit̃. Et obliui-
scere ꝑplm̃ tuũ. Ideo dicit saluator Mat.
v. Tu aũt cum oraueris intra cubiculũ tu-
um ꝛ clauso ostio ora patrẽ tuũ in abscõdi
to ꝛ reddet tibi. Sicut enĩ xp̃s dũ a Ma-
ria q̃reret̃ nõ est inuẽtꝰ in foro vel seculari
põpa sed ĩ tẽplo docẽs Lu. ij. Ita nec vult
q̃rere sponsã suã in publico vel ĩ mũdano
cõuẽtu. sed in tẽplo hoc ẽ ĩ ꝯscia pura. Ex
illis patet ꝙ xp̃s dñs nõ q̃rit spõsã suã in
loco vbi fetet ꝯcupĩa carnis: sed ĩ arto pe-
nitẽtie ꝓsepio. nõ in foro vbi feruet ꝯcupi-
scẽtia ocloꝝ. sed in secreto ꝯsciẽ. nec ĩ comi-
tatu vbi regnat suꝑbia vite. ſꝫ ĩ scola hũili
tatis in tẽplo vicꝫ materiali ꝛ spũali. Ex q̊
infert̃ ꝙ dñs in triplici loco q̃rit spõsaꝫ su-
am. vicꝫ in pnĩa. in pura ꝯsciã. et in tẽplo.
Quecũqꝫ g̊ aĩa vult despõsari xp̃o sponso
dignissimo viuat ĩ castitate nõ in volupta
te. in ꝯsciẽ puritate. nõ tꝑaliũ reꝝ cupidita
te. ꝛ humilitate. nõ in tumore suꝑbie. Hoc
vtiqꝫ fecit btã virgo ꝛ martyr Barbara q̃
nõ mãsit in luto ꝯcupiẽ carnalis. qꝛ pr̃i eã
volẽti despõsare potẽti respuit carnale cõ-
iugiũ. Nõ inhabitauit ĩ foro siue in publi
co sed reclusa in turri. nõ vixit in fastu suꝑ-
bie sed in hũilitate. qꝛ magꝭ ĩ hũilitate vo-
luit ꝓ christo ꝯfusiones ꝛ verbera sustine-
re q̃ʒ ĩ suꝑbia diabolo militare. O Id̃o
dignissimꝰ spõsus xp̃s dñs: imo nõ solum
dei filiꝰ sed ꝛ deꝰ pr̃ ꝛ deus spũssanctꝰ ip̃aꝫ
in spõsã assumpsit. sicut ip̃a mysteriũ trini
tatis spõsi sui ĩ mysterio triũ fenestrarũ in
turri reꝑsentauit. Ecce alloquit̃ beatã bar-
barã deꝰ pr̃ dicẽs. Quesiui mihi eã spõsaꝫ
assumere. Dicit ad eã deꝰ filiꝰ. Quesiui mi
hi eã spõsã assumere. ꝛ deꝰ spũssanctꝰ dicit
Quesiui mihi ꝛc̃. Pr̃ vt ostẽdat ĩ ea suam
potẽtiã qꝛ diuina sibi assistẽte ꝟtute ꝛ potẽ
tia nec ꝟbis nec verberibꝫ nec verecundia
vinci potuit vt recederet a spõso suo. non
vtiqꝫ ꝟbis et ꝑsuasiõibꝫ pr̃is nec iudicis i
duci potuit vt idola coleret: ſꝫ minas mor
tis adderẽt. neqꝫ ꝟberibꝫ pr̃is q̇ multꝭ ver
beribꝫ ꝛ vulneribꝫ eaꝫ affecit. et oĩa victua-
lia ei subtrahens. in opaco carcere eã reclu
sit. neqꝫ ꝟberibꝫ iudicis q̇ iussit eã nudam
multꝭ plagꝭ torq̃ri ꝛ membra lesa asꝑo cili
cio fricari. ita vt tota ĩ sanguĩe volutaret̃.
postea eã iussit in carcerẽ [illegible] assisten
te sibi potẽtia pr̃is vinci nõ potuit. Filius
aũt sibi eã spõsã q̃siuit vt ĩ ea ostẽderet suã
sapiam. Nunq̇d magna ꝟgis sapia ꝙ my
sterio triũ fenestrarũ in turri ad eiꝰ impiuꝫ
factaꝝ ꝑsonaꝝ trinitatẽ in diuis exposuit
ꝛ essentie vnitatẽ dicẽs. Tres sũt q̇ mũdũ
illũinãt. pr̃ ꝛ filiꝰ ꝛ spũssanctꝰ vnꝰ deꝰ Ecce
quõ fuit ĩ ea ostẽsa sapia filij. Id̃o xp̃s dñs
spõsus suꝰ eã post plagas ꝛ vulnera in car
cere reclusam cõfortauit cũ ingẽti luce sibi
apparẽs ꝛ ab oĩbꝫ vulneribꝫ ꝛ plagis eã sa-
nãdo liberauit. Spũssanctꝰ ꝟo sibi eã spõ
sam q̃siuit vt ĩ ea ostẽderet suam bonitatẽ.
Qđ factũ est. qꝛ dũ Barbara a xp̃o ĩ carce
re sanata altera die ꝓsidi adduceret̃ vidẽs
eã sanã ꝛ nolle acq̇escere suis monitꝭ ĩ colẽ
dis idol: vngulis ferreis eã lacerari ꝛ lãpa
dibus ardẽtibꝫ cõcremari: ꝛ malleo caput
eiꝰ tũdi ꝓcepit. q̃ ꝛ orãte ad dñm ne eã de-
relinq̃ret iussit mãmillas eiꝰ ꝓcidi ꝛ nudã
eã in publico trahi ꝛ de nouo affligi. q̃ ite-
rũ orãte angelus e celo missus eã stola cã-
dida opuit. quã tandẽ iudex decollari ꝓce
pit. Cuꝫ itaqꝫ pater eius fune in collũ mis-
so eã ad decollãdum duceret virgo ex ma
gna pietate. bonitate et charitate pro om-
nibus q̇ sue passionis memoriaꝫ agerent

oravit vt deus sua misericordia illos visitaret et veniam peccatorum concederet, et vox e celo intonuit quod exaudita esset. Hoc intellige de illis qui sua peccata detestantur cum proposito amplius ea cauendi et pro eis satisfaciendi. Ecce quomodo spiritussanctus in ea ostendit suam bonitatem et charitatem. Finita autem oratione a proprio patre decollatur, quod merito cunctis est horribile et terribile audire. De nullo itaque sancto neque sancta legitur quod a proprio genitore taliter vitam finiuisset sicut sancta barbara, pro quo merito sibi a suo sponso dignissimo specialis est parata corona et gloria. E Circa secundam partem thematis notatur amor inter sponsum et sponsam cum subiungitur. Et amator factus sum forme illius. Est notandum quod forma sponse quam christus sponsus amat non est aliud quam anima charitate et virtutibus ornata. sicut enim corpus non viuit sine anima: ita nec anima viuit sine charitate siue gratia. Charitas enim est forma siue ornamentum omnium virtutum. nam per hanc solam singule virtutes deo placent et sine ea [illegible]. Ideo dicit Greg. in quadam omel. [illegible] arboris rami ex vna radice prodeunt: sic multe virtutes ex vna charitate generantur. nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis si non manet in radice charitatis. Ex quo patet quod charitas dat formam et informat omnes anime virtutes. immo omnes anime operationes. huius ergo forme sponsus factus est amator in sponsa christi Barbara. Ita enim ipsa valde ardebat charitate vt quicquid pro amore sponsi sustineret minus esset quam charitas peteret. quia charitas omnia credit: omnia sperat. j. Corinth. xiij. Ex illis patet quod qui vnum hominem in hoc mundo odio habet: quicquid in bonis operibus facit totum perdit quod ad vitam eternam promerendam. quia non mentitur apostolus Paulus vbi supra dicens. Si dedero omnes facultates meas et tradidero corpus meum ita vt ardeam: charitatem autem non habeam nihil mihi prodest. scilicet ad meritum vite eterne. Nemo ergo sine charitate de virginitate presumat. nemo de elemosynis. nemo de orationibus confidat. quia quamdiu inimiciciam in corde tenuerit neque istis neque aliis bonis placare dominum poterit. si igitur vult habere propicium dominum audiat non me sed christum dominum dicentem Math. v. Si offers munus tuum ad altare et recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te. relinque ibi munus tuum et vade prius reconciliari fratri tuo. et tunc veniens offeres munus tuum etc. Secundo est notandum quod amor christi sponsi ad sponsam suam scilicet animam charitate ornatam maxime relucet ex parte sponse in operibus bonis exterioribus que ipsa anima ex amore sui sponsi operatur vel patienter sustinendo aduersa vel se humiliando inter prospera. et maxime quia semper cogitat quomodo sponso suo possit placere interiori et exteriori opere. vt per hoc ad sponsum suum possit peruenire. F Unde Bern. super cantica. Tria ista anima curiosa dei non cessat inquirere scilicet iusticiam et iudicium et locum habitationis glorie sponsi tanquam viam in qua ambulet cautelam qua ambulet. et mansionem ad quam ambulet. vt de forma iusticie sit formosa. de iudiciorum noticia cauta. desiderio presentie seu glorie sponsi casta. talem prorsus decet sponsam pulchram eruditam et castam. Perfectus est in cuius anima hec tria congruenter atque opportune concurrere videbuntur. vt gemere seu exultare in deo nouerit. vt simul proximorum vtilitatibus potens sit subuenire placens deo. cauta sibi vtilis suis. Hec Bern. G Circa hoc disceres. Ex quibus tamen signis potest cognosci amor sponsi ad sponsam. i. christi domini ad animam. Respondetur breuiter quod ex tribus vt ostendit Holkot super li. Sap. ca. iiij. videlicet ex eius dolorosa amissione. ex eius diligenti inquisitione. ex eius carissima redemptione. Primo ergo christus dominus sponsus fidelis anime ostendit amorem suum ad sponsam ex dolorosa amissione sponse. Sapiens enim non multum dolet de amissione rei praue. Christus autem sponsus sapientissimus qui est sapientia dei patris maiorem dolorem habere se monstrauit ex amissione paucarum animarum quam si omne aurum mundi fuisset perditum. Nam suo tempore multa auri talenta perdita sunt et multe ciuitates combuste et destructe. pro quibus christum nullatenus legimus fleuisse. sed pro amissione animarum in hierusalem fleuit. Lu. xix. Uidens iesus ciuitatem hierusalem fleuit super illam. Glosa. Plangit reprobos: qui etiam nesciebant cur plangebantur sed exultabant in rebus pessimis. Ex quo patet quantum christus amat animas si tantum pro amissione earum dolet vt lachrymas emittat. Secundo patet illud ex diligenti inquisitione animarum perditarum secundum verba thematis. Quesiui mihi sponsam assumere. Sapiens autem non multum curat si perdit aliquod vile. sed christus laboriosissime animas perditas quesiuit et longo tempore quia pro ipsarum recuperatione triginta tribus annis

laborauit ĩ pauptate in vilitate ⁊ abiectio
ne: in ↄtumelijs ⁊ afflictiõe: in sanguis sui
multiplici effusione, ⁊ sic tandẽ moriẽs ad
inferna descẽdit vbi aĩas q̃s quesiuit inue
nit vicȝ in limbo patrum ⁊ in purgatorio.
ꝭm illud ps̃. Eduxisti aĩam meaȝ ab infer-
no. Tertio patet amor spõsi ad spõsam id
est christi ad aĩam ex charissima ei⁹ redem-
ptione, sapiẽs enĩ nõ redimit rẽ parui pcij
pcio magno nisi valde illã diligat. Anima
aũt hũana apud diabolũ ĩpignerata erat
p q̃ redimẽda xp̃s vidẽs totũ mundũ non
sufficere dedit seip̃m. ꝭm illð apl̃i. j. ad Co
rinth. vj. Empti estꝭ pcio magno. Habet
enĩ de⁹ aĩam hũanã sibi valde p̃ciosam et
carã, in cui⁹ signũ in sacra scriptura ðr de⁹
aĩas custodire. Nobilis aũt non custodit
ĩmediate nisi res sibi caras, viliũ aũt reruȝ
custodia daꝛ famlis. Isto mõ tpalia bona
etiã hoĩbꝫ malis custodiẽda cõmittit. Ani
mas ꝟo sue ꝓprie custodie ⁊ angeloꝝ suoꝝ
tradit ꝭm illud ps̃. Custodit dñs aĩas san
ctoꝝ suoꝝ. Et Sap. iij. Iustoꝝ aĩe in ma-
nu dei sunt. Sicut enĩ de⁹ maxime caram
habet aĩaȝ hũanã: ita p oĩa mali hoĩes su-
as ꝓprias aĩas sũme pulpẽdũt, citi⁹ enĩ su-
os sotulares mũdant si maculanꝛ aut cali
gas q̃ȝ aĩas suas. Vñ Aug. in q̃dã ꝭmõe
⁊ in li. cõfeꝭ. Quid est qð vis hr̃e malũ, di
ces mihi nihil, nõ vxorẽ, nõ filiũ, nõ filiaȝ
nõ seruũ, nõ ancillã, non tunicã, postremo
nõ caligã, ⁊ tu vis hr̃e vitã malã, rogo te p̃
pone aĩam tuã calige tue. p sil'e argumẽtũ
ꝓbat in li. de doctrina xp̃iana, ꝙ hõ mal⁹
plus diligit mortẽ q̃ȝ vitã, q: mortem vult
hr̃e bonã ⁊ vitã malaȝ, ⁊ p ↄsequẽs sequiꝛ
ꝙ nõ diligit sed odit aĩam suã. ꝭm illð ps̃.
Qui diligit iniq̃tatẽ odit aĩam suã. H
Pro q̃ est notandũ ꝙ de numero pursoꝝ
hoĩm aliqui aĩas suas pdũt, aliqui vẽdũt
aliq̃ impignerãt, aliq̃ p nihilo dant. Ven
dũt cupidi q̃ p diuitijs huius mũdi expo-
nũt se rapinis, furtis, periurijs, dolosis mer-
cationibꝫ ⁊ symonijs ⁊ hmõi. Vñ Eccl. x.
Non est iniqus q̃ȝ amare pecuniã. hic enĩ
aĩaȝ suã venalẽ habet. Scðo sũt aliq̃ qui
aĩas suas pdunt, ⁊ tales sunt ociosi negli-
genter viuẽtes ⁊ accidiosi ad opus bonuȝ
nõ curãtes nisi vna dies vadat ⁊ alia suc-
cedat. ꝭm illð Eccl. xx. Est q̃ pdit aĩaȝ suã
cõfusione. Tertio sunt q̃dam q̃ animas su-
as impignerant. Ille enĩ q̃ impignerat rẽ
suã nõ intẽdit alienare domũ semp sed tñ
ad tẽpus alienat ad vsuȝ. Tales impigne-
rant aĩas suas demonibꝫ tanq̃ȝ vsurarijs,
q: demones eis mutuant illud qð volunt
vicȝ dignitates, diuitias ⁊ voluptates, tã-
dẽ illi senescũt ⁊ mutuũ soluere nõ pñt, q:
vitã ↄsuetã dimittere nequeũt, et sic finalr
pignus pdunt, lȝ illud cũ impignerare in-
cipiunt pdere nõ ꝓponunt. Nã a pncipio
nõ ꝓponũt in pctis vitaȝ finire, ⁊ tñ ita fit,
q: ↄsueta vita eos aliud nõ patiꝛ facere q̃ȝ
illud qð lõgo tp̃e fecerũt. Est tñ verũ ꝙ il
loꝝ q̃ aĩas suas impignerant sunt duo ge-
nera. Quia aliqui diabolo vitiose p volu-
ptatibꝫ huius vite, de q̃bꝫ iam dictũ ẽ. Ali
qui deo virtuose, ⁊ tales sunt p̃lati ⁊ cura-
ti q̃ aĩas suas obligãt p aĩabꝫ subditoꝝ q̃-
rũ vnicuiq̃ȝ ðr illð. iij. Reg. xx. Custodi vi
rũ istũ demõstrato suo subdito. Et sequiꝛ.
Qui si lapsus fuerit erit aĩa tua p aĩa illi⁹,
hoc intellige si lapsus fuerit p tuã negligẽ
tiã. Quarto sunt aliq̃ q̃ aĩas suas p nihilo
dãt. Et sunt specialr inuidi [illegible]acudi. Nã
cupidus recipit diuitias. carnalis hõ siue
luxuriosus voluptates, supbus ⁊ ambicio
sus honores, gulosus cibũ ⁊ potũ. Sȝ isti
miseri scȝ inuidus ⁊ iracũdus nihil recipi
unt delectabile sed amaritudinẽ et dolorẽ,
et ideo aĩam suã gratis dãt diabolo. De q̃
rũ quolibet verificaꝛ illud iudiciũ q̃ aĩam
suã dedit pículis ⁊c. Ecce q̃ntũ pículũ est
pastoribꝫ aĩaꝝ. Et ex aduerso q̃ntũ iminet
pículũ illis q̃ aĩas suas pdũt, vẽdũt, impi
gnerãt, aut p nihilo dãt: ad sensum dictuȝ.
Non sic vtiq̃ȝ btã ꝟgo ⁊ martyr Barbara
que noluit animã suam perdere sed diligẽ
ter eam custodire ⁊ xp̃o desponsare ⁊ mul
tas animas secum lucrifacere: sciuit quan
ta diligentia christus spõsus suus aĩas p-
ditas quesiuit. quantum p venditis et im-
pigneratꝭ diabolo laborauit, ita vt sãgui-
nem suum funderet etiam pro anima illi⁹.
Ipsa ergo vt suo sponso q̃ntũ erat possibi
le equareꝛ in amore, etiã p sponso sangui-
nẽ fudit sicut sponsus p ea. Ideo implore
mus hodie dulcissimã virginẽ ⁊ martyreȝ
Barbarã vt aĩas nr̃as pditas et diabolo
vẽditas ⁊ impigneratas suis p̃cibus redi-
mat: xp̃o despõset, vt secũ ⁊ cum spõso suo
valeam⁹ ꝑfrui cõsortio beatoꝝ. Amen.

In dedicatione ecclesie sermo. CVIII.

b **Hodie salus hu**ic domui facta est. Luc. xix. Pro introductione facio hanc distinctionē. Quia triplex est domus. s. hois. demonis. ⁊ dei. Prima domus dr̄ hois. s. vbi habitāt hoīes: quā naturales īuenerūt vt nos defendat ab imbrib9: pluuijs: nubib9: caumatib9: gelu: ⁊ alijs nociuis. vt phs nr̄ ait. De hac dīt dn̄s phariseo Lu. vij. Intraui ī domū tuā ⁊ aquā pedib9 meis nō dedisti. Et hic Zacheo. Hodie in domo tua oportet me manere. Et in themate. Hodie sal9 ⁊c. scʒ ꝑpter p̄ntiā ⁊ inhabitationē xp̄i. Domus demonis sunt corda maloꝝ. Luc. xi. Reuertar in domū meā vn̄ exiui. Domus dei multiplex est. Prio aīa cuiuslibet iusti qm̄ aīa iusti sedes est sapie. ps. Dn̄e dilexi decorē domus tue. Et. j. Coꝛ. iij. Templū dei sc̄m̄ est qđ estis vos. Secūda celū empyreū. Vn̄ ait. In domo patris mei man[illegible] sunt Joh. xiiij. ps. Qui habitant in domo [illegible] dn̄e i secl'a secl'oꝝ ⁊c. Tertia domus dei est eccl'ia militās. De q̄ dīc Petro Math. xvj. Et sup hāc petrā edificabo ⁊c. Quarta domus dei est material' eccl'a q̄ p domū Zachei materialē significatur: cui hodie in dedicatiōe salus facta est: vt dicit thema. Hodie salus ⁊c. Quāuis pijssimus de9 multa salutaria ecclesijs exhibuerit. imp̄sentiarū tm̄ dico ꝙ q̄druplex salus facta est ⁊ hodie fit in eius ꝯsecratōe eccl'ie materiali q̄ dom9 dei dr̄. B Prima vocat̄ salus veneratiōis. debent vtiqʒ oms venerari loca deo dedicata. ita vt in ecclesijs vnusquisqʒ ingrediat̄: cōmoret̄ ⁊ exeat cū deuotione humilitate timore ⁊ verecūdia. Sunt aūt inter cetera tres p̄cipue cause quare eccl'ias debem9 venerari. vicʒ exemplaris maloꝝ imitatio. sanctoꝝ locorū sanctissima ꝯsecratio. ⁊ nostroꝝ copiosa fructificatio. Prima ratio dr̄ exemplar' maloꝝ imitatio. Ante oīa ꝯsidera q̄ntaʒ reuerentiā christus Jesus templis exhibebat. nam ibi p̄dicabat. ibi orabat. ibi miracula frequētius faciebat. Et deniqʒ ad nostra inflāmanda corda ꝯtra tēpla inhonorantes potius q̄ʒ ꝯtra suos crucifixores insurgebat. nec p alio scelere corrigendo legimus xp̄m apposuisse manū nisi ꝯ deū in suis tēplis dehonorātes. Nā dū in tēplo vēdentes ⁊ emētes inuenit eoꝝ mensas euertit. piecitqʒ pecunias: ⁊ flagello facto de funiculis eos eiecit de tēplo dicēs. Domus mea domus oīonis vocabit̄. vos aūt fecistis illā spelūcā latronū. Mat. xxj. Mar. xj. Joh. ij. Deinde nō solū a sctīs docemur exēplo vt veneremur dn̄ica tēpla sed offerūt se gentiliū exēpla q̄ suoꝝ idoloꝝ tēpla diligentissime honorare studuerūt. Vnde Valeri9 li. j. rub. de religiōe recitat q̄l'r Fabius q̄ q̄stiones audiuit in tēplo dictaturā amisit. Nā nulla melodia ⁊ nullus son9 in templo esse debebāt nisi p laude deoꝝ. Iteꝝ in rubrica de neglecta religione narrat ꝙ q̄dā noīe Flaccus censor existēs a q̄dā tēplo qđ erat in ciuitate calabrie tegl'as marmoreas fecit remoueri ⁊ romā in ꝑpriā domū fecit portari. ꝑpter quā cām demēs fuit effectus insup duos filios ꝑdidit. Qđ factū senatus postea retexuit ⁊ emendauit: tegulas ad tēplū reportari iubēdo. Isti itaqʒ suo mō mirā exhibere ꝯtendebāt reuerētiaʒ tēplis falsoꝝ deoꝝ. q̄nto magis ⁊ nos christiani reuerenter tractare debemus tēpla dei. Inuehe ꝯtra aliq̄s q̄ in hoc sūt deteriores paganis. Scd̄a rō dr̄ sanctaꝝ ecclesiaꝝ sanctissima ꝯsecratio. Attēde cum q̄nta sanctitate dei tēpla ꝯsecrant̄. Primo eius dignitas ostendit̄ in h̄ ꝙ ꝯsecrari nō pōt sine solēni celebratiōe misse. de ꝯse. di. j. c. ij. vbi dicit textus. Oms basilice cū missa debent sp ꝯsecrari. Et tanta est dignitas huius ꝯsecratiōis vt omi die fieri possit. s. dn̄icis q̄ʒ feriat̄. vt in. c. tua nos. de ꝯsecratione ecclesie vel altaris. Ordines ꝟo sacri nō ꝯferūt̄ nisi certis dieb9. vt in. c. j. ⁊. ij. de tēpo. ordi. Et crisma certo die ꝯficit̄. de cōse. di. iiij. c. omi tp̄e. Scd̄o eius nobilitas ostendit̄. q̄ nullus nisi ep̄s eccl'ias ꝯsecrare pōt. vt in. c. Nemo. de ꝯse. di. j. vbi dicit̄ Nemo ecclesias edificet anteq̄ʒ ciuitatis episcopus veniet. Et ibidem. Crucem publice figat ⁊ atriuʒ designet. scʒ. xxx. aut. xl. passus. ⁊ postq̄ʒ ꝯsecrata fuerit atrium ecclesie eiusdem aqua sancta conspergat.

¶ Ex quib9 verbis accipe hanc regulaʒ ꝙ sine ꝯsensu episcopi p nullum etiam exemptū ecclesia edificari potest. vt in. c. cum

olim. de priuilegijs. in glo. Idē notat̄ in ca. locorum. de ɔse. di. j. Et ꝙ etiam ille q̄ facit ecclesiā ɔsecrare vel altare dotē facere tenebit vt in d. c. nemo. ⁊ in c. cū sicut. de ɔse. ec. vł al. Tertio dignitas eccl'ie ostendit̄ in hoc ꝙ eps ɔsecrans eccl'iam trib⁹ vicib⁹ circuit̄ eā: ⁊ in q̄libet circuitione ad ianuā ecclesie q̄ clausa tenet̄ cum baculo pastorali pcutit dicens. Attollite portas pncipes v̄ras ⁊c. Triplex circuitus. dei verbi hūanati p salute nostra triplicē circuitum ostēdit. Primus em̄ circuitus fuit qn̄ de celo in mūdū venit. Joh. j. Verbū caro factū est. Secūdus qn̄ de mūdo ascendit in celū Lu. vlti. ⁊ Act. j. Videntib⁹ illis eleuatus ē. Et tertius in fine secl'i erit qn̄ iterū de celo in mūdū veniet vt iudicet mūdū. Percussio aūt baculi cordis illūinationē ostendit. Cañ. v. Aperi mihi soror mea ⁊c. Apoc. iij. Ego sto ad ostiū ⁊ pulso. Quare ɔcludamus ꝙ ꝓpter ecclesiarum sanctissimā ɔsecrationē ipe plurimū venerāde sunt. Tertia ratio dicit̄ hoim copiosa fructificatio. merito templa dei sunt veneranda. q: in ipsis multiplicē ɔsequimur vtilitatem. In illis nāq3 suscipimus spiritualia. ibi audimus diuia. ibi recipimus sacramēta. ibi sepeliemur post mortē. Propterea inquit ps. Suscepim⁹ deus misericordiā tuā in medio templi tui Hinc est ꝙ eccl'ia ɔsecrata nō debet reuerti ad secularē habitationē ⁊ ꝓphanos vsus xix. q. iij. q̄ semel. Et. c. qm̄. xvij. q. vlt. c. q̄si sti. de religi. domi. c. ad hec. D Hic cadit dubiū q̄ sunt reuerētie ille q̄b⁹ oportet eccl'ias venerari. Solutio. Triplex est pncipalis reuerentia quā sacris tēplis impendere debemus. vic3 hūilis ⁊ sctā deuotio. vera ⁊ debita remotio. sancta ⁊ honesta locatio. Prima reuerentia dr̄ hūilis ⁊ sancta deuotio. Audi tex. in c. qn̄. de ɔse. dis. j. vbi dicit̄. Qn̄ autē astamus fratres charissimi ad orōnē inuigilare ⁊ incūbere ad p̄ces toto corde debemus. cogitatio oīs carnalis ⁊ seculariū abscedat. nequaq3 tūc animus aliud q̄3 id solum cogitet qđ p̄cat̄. Ideo sacerdos ante orōnē p̄fationis p̄missam parat sursum mētes dicēdo. Sursum corda. Et dum r̄ndet plebs Habemus ad dn̄m. āmonet̄ nihil aliud cogitare q̄3 dn̄m. claudat̄ ɔtra aduersarium pectus ⁊ soli deo pateat. Itē in c. apl'ica. ea. dis. dr̄. Apl'ica auctoritate mādamus: dū sacra euangelia legūt̄ in eccl'ia vt sacerdotes ⁊ ceteri oīs nō sedentes: sed venerabil'r curui ⁊ in ɔspectu euangelij stantes v̄ba intente audiant ⁊ fideliter adorēt. Et in c. decet. de emu. eccle. li. vj. Cōuenietes supple ibidē nomē illud qđ est sup̄ oīe nomē a q̄ aliud sub celo nō est hoib⁹ datū in quo saluos credētes fieri oporteat vic3 Jesu christi exhibitiōe specialis reuerētie attollant. ⁊ qđ general'r scribit̄. In noie Jesu oīe genu flectat̄ ⁊c. singuli singularit̄ implentes gl'iosum nomen illud qn̄cūq3 recolit̄ flectent genua cordis sui qđ capitis inclinatione testent̄. Hec ibi E Scđa reuerētia dicit̄ vera ⁊ debita remotio. id est oīa diuinū cultū impedientia remoueant̄ vt accipitres. falcones canes. ⁊ hmōi. Proinde f̄m Isid. in eccl'ia ordinati sunt hostiarij q̄ claues eccl'ie tenēt vt oīa indebita expellant ⁊ debita introducant. Quo officio vsus est dn̄s cū vendētes ⁊ emētes eiecit de templ[illegible] ɔsiderent q̄3 grauissi[illegible] offendant qui grando vulgariter schwantzen: p eccl'iam diuina officia suis ꝓcationib⁹ pturbant. si mil'iter ɔfabulatiōib⁹ ⁊ extra ad eleuatiōē tm̄ ingrediūt̄. Exēplū in legēda scti Johis elemosynarij q̄ ad ɔfabulantes simil'r exiuit: ⁊ in medio eorum sedit. Tertia reuerētia dr̄ sancta ⁊ honesta locatio. vbi accipe istā regulam ꝙ vnusquisq3 in ecclesia locū suū tenere debet. de ɔse. dis. v. c. sacerdotū. vbi circa medietatē c. dicit̄. Nulli laicorum liceat in eo loco vbi sacerdos ⁊ reliqui clerici cōsistunt qđ p̄sbyteriū nuncupat̄ qn̄ missa celebrat̄ ɔsistere vt libere ac honorifice possint sacra officia celebrare. Hoc idem habet̄ in c. j. de vi. ⁊ ho. cle. vbi dr̄. Laici secus altare quādo sacra mysteria celebrant̄ stare vel sedere inter clericos nō presumant. sed pars illa que cancellis ab altari diuiditur tm̄ psallentib⁹ pateat clericis. Ad adorandū v̄o ⁊ cōicandū laicis ⁊ feminis sicut mos est pateat sancta sanctorum. glosa. id est corpus ecclesie siue nauis vbi laici stant. Facit etiam ad hoc ca. Peruenit. de ɔse. di stin. ij. Sume ad hoc exemplū publicani qui a longe stans nec oclos suos audebat leuare ad celū. Inuehe ɔtra nō exhibētes

ecclesiis p̄dictas reuerentias. Nam in p̄di cto.c.decet.dicit papa. Decet vt cui⁹ in pa ce factus est locus eius: eius cultus etiam sit debita veneratiōe pacificus. Sit itaq3 ad eccl'ias hūilis ⁊ deuotus ingressus. sit in eis deuota ꝯuersatio deo grata ⁊ inspi cientib⁹ placida. Sed ve mūdo a scandal' q2 hodie in dei tēplis nulla fuat modestia nll'a honestas.nll'a religio.q̄nimo ibi abū dant risus.ioci.spectacula vana.⁊ alia q̄3 plura nephanda. O pniciosa ꝯsuetudo. o detestabiles mores christianoꝝ maloꝝ q̄ in tēplo dei ita inhabitant q̄si essent vilissi ma lupanaria. ¶ Diceres. Quā vtili tatē reportamus si eccl'ias vt p̄dicit bono ramus. Solutio breuit q2 eccl'ias honorā tes int cetera: tria bñficia reportāt. Primo ī quā reportāt sc3 pctōꝝ relaxatiōe3.amicoꝝ cōione. ⁊ vite bone terminatione3. Primo in quā reportant peccatoꝝ remissionem ad minus venialiū. Vñ accipe regulā q2 nun q̄3 dicis deuote ⁊ in gr̄a oratione dñicā q̄n semp p... venialia dimittant. pbat in c.de q̄tidianis... ... Secūdo repor tant amicoꝝ cōmunionē. vbi accipe regu lam q2 nūq̄3 intrabis ecclesiā cū deuotione ⁊ dicis vnum Pater noster q̄n omnes aīe tuoꝝ affiniū ⁊ amicoꝝ in purgatorio par ticipent. Audi Hiero. in c. nō mediocriter de ꝯse. distin. v. in fi. Cum igit inquit p oī bus psallimus animab⁹ vel missa dicitur nihil minus q̄3 si p vnoq̄q3 ipsoꝝ cancret accipit ⁊c. Inde ps. ait. Particeps sū ego timentiū te. ⁊c. Tertio reportant vite bone terminationem. Unde accipe regulam q2 nunq̄3 honorans ecclesias ⁊ diuina liben ter audiēs potest mala morte finire. Et ac cipe hoc exemplū. Legit em̄ de quodā pa tre q̄ filium volens in curiā cuiusdā regis ponere: tria hec p̄cepta illi inter cetera de dit. Primū vt singulis diebus p posse de uote ecclesiam intraret ⁊ septem Pater no ster ⁊ totidem Aue maria diceret. ⁊ si pos set: missam audiret. Secundū p̄ceptū fuit vt a mendacio oīno caueret. Tertiū vt al teri nō faceret qd̄ sibi fieri nō vellet. sic in structū filiū in curia regis locat. q̄d tandē illi ꝯtigerit: vide ad plenū in q̄dragesima li Ambro. taruisini ser. xxvii. ꝯsideratione pma ꝯclusione tertia in fi. ¶ Sic per

oppositū notate q2 si q̄s violauerit tēplū dī ⁊ vitupat: hec duo illū insequunt. Primo vt aut oīno mala morte peribit. sicut Anti ochus. de q̄. ii. Machab. ix. ⁊ Heliodor⁹. ii. Machab. iii. q̄ fuit flagellatus. Itē Si simus cecitate pcussus: vt habet in legen da sancti Clementis. Itē Pompeius ma gnus qui vt dicit Orosius. postq̄3 in tēplo stabulari fecit equos suos semp fuit deui ctus in plīis q̄ pus fuit victoriosus. Se cūdo aut domus eius fit pstibulū vel eius vxor aut filie meretrices efficiunt. Et hoc vult diuia iusticia. vt q̄ domū dei inhono rat: domus ei⁹ inhonoret. Et lō dt de⁹ de talib⁹. Qui honorificabit me: honorifica bo eum. Qui aūt ꝯtēnunt me: erūt ignobi les ⁊c. Scd̄a salus facta ecclesie dr̄ adora tionis. Nā lic3 deus in oī loco possit orari vt hr̄ Act. xvii. ⁊ .iii. Re. viii. Singularit tñ in eccl'ia debet dep̄cari. Pro cui⁹ intelle ctu notat sctūs Tho. pma scd̄e. q. ciii. q2 in adoratiōe dei ⁊ orōnib⁹ fiendis duo ꝯside rari pūt. Aut deus q̄ colit adorat. aut orat ⁊ sic nō est aliq̄s locus ad adorandū neces sarius. aut ꝯsiderant ipi homies colentes deū. ⁊ sic determiatus locus eligit ad ado randū: nō ppter deū q̄ adorat q̄si loco ꝯclu dat: sed ppter ipsos adorantes. ¶ Et h̄ triplici rōne. Primo ppter loci ꝯsecratio nem. Secūdo ppter gratiorē impetratiōe3 Tertio ppter peccatoꝝ remissionē. Primo ppter loci ꝯsecrationē: ex qua spūalem de uotionē ꝯcipiunt orantes vt magis exau diant: ⁊ ppter sacra mysteria ⁊ alia sanctita tis simulachra q̄ ibi ꝯtinent. Scd̄o ppter gratiorem ⁊ faciliorē impetrationem. Faci lius em̄ orantes in eccl'ia impetramus ppt ꝯcursum multoꝝ adorantiū ex quo fit ora tio magis exaudibilis. Ideo ī collecta de dicationis sic dr̄. Quisquis hoc templum bñficia petiturus ingredit: cuncta se impe trasse letet. Exemplū habemus. ii. Paral. vii. locutus em̄ sic fuit dñs salomoni. Si clausero celum ⁊ pluuia nō fluxerit. māda uero ⁊ p̄cepero locuste vt deuoret terra3 ⁊ misero pestilentiā in pplm. Conuersus aūt pplus meus sup quē inuocatu3 est nomen meū deprecatus me fuerit ⁊ exquisierit fa ciem meā ⁊ egerit pniam a viis suis pessi mis: ego exaudiam de celo ⁊ ppicius ero

peccatis eorum et sanabo terram eorum: oculi mei erunt aperti et aures mee erecte ad orationem eius qui orauerit in domo ista. elegi enim et sanctificaui locum istum vt sit nomen meum ibi in sempiternum. Tertio propter peccatorum remissionem Largiuntur enim in ecclesijs indulgentie quibus culparum nostrarum macule et pene absterguntur Duplex enim assignatur pro peccato pena. s. temporalis et eterna. de peni. di. j. c. si peccatum Dauid. Et de pe. et re. c. quod autem. Sed per contritionem pena eterna dimittitur: et in penam temporalem commutatur. Vix autem in hac vita satisfacere possumus de peccatis. ideo ecclesia pia mater subuenit indigentie nostre de thesauro indulgentiarum que visitantibus ecclesias largiuntur. ergo propter hec precipue ecclesia locus orationis est et ad adorandum deputatus. J Sed hic cadit dubium. Ex quo deus est vbique: quomodo dicitur specialiter inhabitare ecclesiam tanquam locum sibi ad adorandum deputatum. Solutio. Dico quod habitatio dei in ecclesia cognoscitur per attributa dei. Vnde ecclesiam per potentiam inhabitat pater. per sapientiam filius. per clementiam inhabitat spiritussanctus. Primo per potentiam inhabitat pater. Quantam potentiam in templis suis ostenderit deus pater lege librum Machabeorum de heliodoro. Vide historiam. ij. Machab. iij. similiter de alijs supra allegatis. Secundo habitat in ecclesia filius per eternam sapientiam. Ecce magna sapientia Joh. vj. Caro mea vere est cibus etc. nonne magna sapientia hic vt in hoc sacramento sit verus deus Ezech. xxij. Solem nube tegam. solem. id est christum verum deum: qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Tertio inhabitat spiritussanctus per summam clementiam. Quot enim bonis in ecclesia participamus clementiam dei. Hic baptisamur. hic instruimur. hic peccatorum remissionem accipimus et diuinis officijs perfruimur. Nec mirum si deus in terris vnum sibi precipuum elegit locum. nam in regno aut ducatu vna ciuitas in caput aliarum eligitur. Similiter et papa vnam ecclesiam principalem vt romanam. Episcopi ceteri vnam ecclesiam cathedralem. Saraceni vnam moscheam in qua Machometh adorant. Judei synagogam. ergo et christiani vnum debent habere specialem locum in quo deum verum adorent et in quo specialiter habitet ipse deus. ps. Hic habitabo quoniam elegi eam. Vnde antiqui ecclesiam templum appellauerunt. Templum enim secundum papiam dicitur quasi tectum amplum vel tenens amplum. Continet enim deum quem celi et terra continere non possunt etc.

K Tertia salus dicitur fugationis siue terribilitatis. Est namque ecclesia christiana terribilis demonibus propter tria. vicz propter terribilem insignationem. propter mirabilem conseruationem. et propter suauem iubilationem. Primo inquam terribilis est ecclesia spiritibus reprobis propter terribilem insignationem. inspiciunt enim demones in christianorum collegijs crucis baculum erectum quo eos christus acriter verberauit Esa. xxx. Pauebit assur virga percussus. Et. xxij. c. in persona dei ait. Figam vexillum in loco fideli: et erit in solium glorie dei. Hinc ecclesia in dominica de passione domini cantat. Vexilla regis prodeunt etc. Secundo propter mirabilem conseruationem. Conseruatur enim in ea die noctuque christi sacramentum. sanctum crisma. et alie reliquie sancte. Audi tex. in c. j. de custodia eucharistie. Statuimus inquit vt in cunctis ecclesijs crisma et eucharistia sub fideli custodia clauibus [illegible] [illegible] ne possit ad illa manus temeraria extendi ad aliqua horribilia vel nephanda exercenda. Si vero is ad quem spectat custodia ea incaute reliquerit: tribus mensibus suspendatur. Et si per eius incuriam aliquid nephandum inde contigerit: grauiori subiaceat vltioni. Hec ibi. Ad idem facit c. sane. de cele. mis. quod vide. Inuehe contra sacerdotes qui edituis committunt claues. et contra immunda corporalia. Contra eos qui in vna manu ferunt sacramentum ad infirmos et per cimiterium. Tertio ecclesia est demonibus terribilis propter suauem iubilationem. Jubilant enim angeli simul cum deuote psallentibus et orantibus Hiere. xxx. Vocem terroris audiuimus. Vnde et demones dicebant Bartholomeo. Orationes tue incendunt me.

L Exemplum de hoc refert Greg. iij. dialog. quod arriani quondam ecclesiam diuinius occupabant, sed cum ad hanc reliquie beati Sebastiani et sancte Agathe essent allate et ab episcopo dedicata: et in ea magna multitudo populi laudes omnipotenti deo canerent: subito sub pedibus suis porcum senserunt discurrere admirantes quod a nullo potuit videri. appropinquit ianuis atque exiuit. vbi diuina pietas ostendebat quod immundus inhabitator territus exi-

nit. Ideo canit ecclesia. Terribilis est lo-
cus iste. Gen. xxviii. Quarta salus dicitur pri-
uilegiationis. Est enim eccl'ia p ius pontifi-
ciũ et imperatorium in multis puilegiata
M Pro cuius intellectu nota q aliud ẽ
puilegiũ psone eccl'iastice. aliud eccl'ie. ali
ud rerum ecclesiasticarum. Priuilegiũ psone
qstum ad propositum sufficit est duplex. s. im
munitatis fori. et imunitatis psone. Priui-
legiũ imunitatis fori est q clericus cueniat
corã iudice eccl'iastico et nõ laico. Huic pri-
uilegio clericus cuẽtus et recõuentus renũ-
ciare nõ valet vt in c. significasti. et c. si dili
genti. de foro cõpe. et c. inolita. et c. placuit.
xj. q. j. vbi dr q clericus in hoc consentiẽs
excõicari debet. et in ciuili csentiens pdat
id quod euicit. In crimiali vo si p ea lata
sit sñia non tenet: imo debet deponi. Pri-
uilegiuz imunitatis psone est q qcunqz in
clericũ. monachũ. cuersum. monialem. vl'
aliaz religiosam psonam iniicit manus vio
lentas: ipo facto est excõicatus. vt i. c. Si
qs suadente. xvij. q. iiij. et in c. nõ dubium.
ea. causa [illegible] Huic priuilegio clericus au-
toritate ppria et extra casus expssos a iure
renũciare nõ potest. vt i c. ctingit. j. de sen.
excõ. vbi casus ad lraz q excõicatus est q
in satisfactionez pcedentis iniurie in cleri-
cum etiã manus violẽtas iniecerit. nam lz
iniuriam sibi factã remittere possit. iniuri-
am tñ factã ordini abolere nõ põt. Unde
cclude q nec tacite nec expsse clericus foro
suo aut puilegio psone renũciare non põt
qr in h cueniunt illa duo priuilegia et cen
sent esse eiusdẽ rõnis q ad hoc. Est tñ dif-
ferentia inter ea. Primo qr odiosius est q
clericus iudicetur a iudice laico qz si ab eo
tanqz a priuato pcuteret. Ratio est qr pri-
uilegiũ psone clericorum est de iure positiuo
Sed priuilegium fori est de iure diuino.
Scdo differũt in h. quia puilegiuz imu-
nitatis psone facilius pdit qz priuilegium
fori. Nã in pluribus casibus amittit priuilegi
um psone. vicz q iniiciẽs manus violentas
in clericũ non est excõicatus. De qbus p do
ctores in c. ppẽdimus. de sen. excõ. vt si fit
ignorãter: qr nõ detulit habitum nec coro
nam. si imiscet se enormitatibus etc. tũc enim
priuilegiuz psone sine admonitiõe pditur.
secus in priuilegio fori. Priuilegiũ rerum ec-
clesiasticarum siue ecclesie est q nulla perso-
na ecclesiastica de ipsius psona aut rebus
suis tenet aut soluere debet gabellas talli
as collectas. exactiões. angarias etc. Pro-
batur h in c. nõ minus. et c. aduersus. de im-
mu. ec. vbi a clericis sub incursu excõicatio
nis phibet absqz csensu Roma. põ. extor
queri p laicos aliqd etiã si tãgeret hoc cõ-
munẽ vtilitatẽ clericorum et laicorum. Ad h est
textus notabilis in auten. Itez nulla com
munitas. C. de epis et clericis. vbi genera
liter phibet ne qs audeat ab ecclesiis exi-
gere collectas. exactiões. et angarias. licet
essent pter publicam vtilitatem. Sũt enim
res clericorum sicut clerici non tm iure cano
nico et ciuili sz etiã diuino exẽpte a ptãte lai
corum. vt est tex. in ca. qzqz. de censi. li. vj. vbi
habet q extorquentes pedagia vel guida
gia vel exactiões a psonis clericorum vl' pro
rebus qs nõ causa negociatiõis deferunt
sũt excõicati si sunt singulares psone. Si ũo
vniuersitas: est interdicta. ad qd venit exe
cutiue cle. psenti. de censi. O dñi terrarum q-
liter ista obseruant tpibus nostris. vos iudi-
ces eritis ppri hodie Hodie verificat illud
Hiere. dictum Threñ. j. Princeps puinci
arum id est ecclesia dña mũdi facta est sub
tributo. Sed ista relinquo qr inuanum di
cũtur. N Et quia directe de ecclesiis
nunc facio mẽtionẽ: aliqua et si nõ omnia
priuilegia ecclesie videamus. Primuz pri
uilegiũ ecclesie in hoc ordine est q nullus
qstũcunqz malefactor etiam si iudeus vel
paganus esset ad ecclesiaz cfugiẽs vel spa
ciũ priuilegiatũ debet per vim extrahi sed
ab eccl'ia defendi. Ponit hec regula in ca.
inter alia. de imu. eccle. Spacium vo pri-
uilegiatũ hac imunitate est spacium in cir
cũitu ecclesie. xl. passuum quo ad maiorez
ecclesiam. et. xxx. passuum q ad minores ec
clesias. vt in c. sicut. et c. qsquis. et c. diffini-
uit. xvij. q. iiij. et solum hec imunitas. xxx.
passuũ est cõpetens ecclesiis et non capel-
lis. Unde capelle que sunt intra ambituz
murorum in castris nõ habent hãc libertatez
vt in dicto ca. quisquis. O Fallit hec
regula in quibusdã casibus. Primo si ille
qui ad ecclesiaz cõfugit est publicus latro
et qui stratas publicas insidiis et aggressi-
bus obsidet. vt in dicto ca. inter alia. Se-
cundo si sit nocturnus depopulator agro-
rum. vt quia de nocte agros deuastat vel

cōburit vt patet ibidē. Et in dicto ca. sicut xvij. q. iiij. Tertio fallit in eo q̄ in eccl'ia deliquit. id est in ecclesia maleficiū vel graue delictū cōmisit: sperās se ab eccl'ia defendi qd̄ semꝑ ꝓsumit nisi ꝯtrariū ꝓbetur. vt in c. īmunitatē. de immu. eccle. Quarto fallit in seruis. Vñ quādo seruus fugeret ad ecclesiā z ꝓstaret a dño cautio de impunitate z inde exire nō vellet: inuitus expellitur z dño suo redditur. vt in c. id cōstituimus xvij. q. iiij. z di. c. inter alia. His ergo exceptis oēs alij ad ecclesiā cōfugiētes debent esse tuti q̄ʒtūcunq̄ʒ sint criminosi: etiam si pagan⁹ vel iudeus esset. vt in. l. j. C. de his q̄ ad ecclesiā ꝯfugiūt. De excōicato q̄ʒuis dubitet̄: tm̄ Guil. dicit ꝙ idem est iudiciuz sicut de alijs. Alij dicūt ꝯsuetudinez esse seruandā. Nā dubio existēte tutior via est eligenda. vt in c. ad audientiā de homi. et ibi glosa. P Sʒ q̄s debet ꝓuidere de victu illis ꝯfugiētib⁹. Dico ꝙ ecclesia ī di. c. diffiniuit. xvij. q. iiij. Itē ꝯfugiēs ad domū epi eodē mō debet eē tutus. etiā si domus nō sit ꝯiūcta ecclesie. xvij. q. iiij. id cōstituimus. qd̄ c. absolute loquit̄ de domo epi. Itē si q̄s malefactor vl' reus obuiaret sacerdoti portāti corpus xp̄i z ei adhereat s̄m Hostien. q̄ʒuis iure nō sit cautū: q̄libet catholicus debet hoc fauere ꝙ talis sit tutus. Q Scōm priuilegiū ecclesie est ꝙ de iure nullus in ecclesia debet sepeliri nisi abbates. epi. aut digni presbyteri. aut etiā fideles laici. xiij. q. ij. nullus. Et ītelligunt q̄dam de illis laicis q̄ miracula faciunt. Alij de fidelib⁹ in dignitate ꝯstitutis sicut sunt reges. ꝓncipes z hmōi. Tertiuz ꝓuilegiū est ꝙ ecclesia ex q̄ est dom⁹ dei debet tā maxia honestate custodiri ita ꝙ ī ea nulla inhonesta fiant vt sunt ludi theatrales cum laruis z alijs inhonestis. vt in ca. cū decorē. d̄ vi. z ho. cleri. dicit z ibi glosa ꝙ ꝓhibitū est causa ludibrij habitu monachali vel alio religioso vti. z grauiter punitur q̄ hoc facit. vt in auten. de sanctis epis §. vlti. Nō tm̄ negat̄ quin in eccl'ia deuote repꝛsentatiōes facere possint. vt ꝓsepe dñi Herodē magos. angelicā salutatiōem. sepulcrū dñi. z hmōi. que potius inducunt ad deuotionē q̄ʒ ad vanitatem. Item non debent ī ecclesia fieri ꝑlamenta. nec negociatiōes: z ꝓcipue nūdinarū. nec strepitus iudiciorū seculariū. z sententie in dictis locis late nō valent. vt in c. decet. de emu. ec. li. vj. Quartum priuilegiū est ꝙ ea q̄ in ecclesia posita sunt neq̄ʒ ꝑ vim neq̄ʒ ꝑ furtuz sūt auferēda: al's cōmittit̄ sacrilegiū. xvij. q. iiij. q̄squis. Quintū priuilegiuz ꝙ ecclesie nō possunt vēdi. ꝓpter aliquā necessitatē. in auten. de aliena. §. z quando. Sextū priuilegiū ecclesie est vt admīstret sola sine laicis res suas. vt ī ca. si imꝑator. xcvj. dis. Et de reb⁹ ecclesie nō alienan. c. finali. Inuehe ꝯtra laicos moderni tꝑis. Septimū priuilegiū ꝙ ecclesijs donari potest in infinitū absq̄ʒ alia insinuatione. in auten. de nō alienan. re. §. si minus. Ceteris aūt donari nō pōt vel recipi vltra q̄ngentos solidos nisi ꝓcedat certa insinuatio z nisi certis casibus. C. de dona. l. si q̄s. Octauum priuilegiū ꝙ relictū ecclesijs etiaz min⁹ solenniter factū: puta in ꝓsentia duorū testiū tm̄ tenet vt in c. cum esses. z c. relatum. de testa. Nonum priuilegiuz ecclesie ꝙ in ipsam transfert̄ dominiū rei solo [illegible] cum alijs ꝑsonis sit nece[illegible] traditio. C. de sacrosan. eccle. l. vt inter diuinū. R Decimū priuilegiuz ecclesie ē ꝙ quicquid est emptum de pecunia ecclesie: eius est. z ad ipam debet reuerti. xij. q. ij. c. j. Exemplū. si quis emat ꝓdiuz de pecunia eccl'ie quaz habuit furto vel deposito quia est ecclesie Idē si clericus habet pecuniam de beneficio suo z de ea emat ꝓdium licet illam potuisset dare alijs intuitu pietatis. tamē nō potest dare ꝓdium. qꝛ statim fuit acq̄situz ecclesie. Et hoc siue emerit noīe ꝓprio siue alieno. vt in c. j. de pecul'. clericoꝝ. z ꝓpter hoc nō potest clericus illud alienare. Undecimū priuilegiū est ꝙ res eccl'ie nō possunt alienari nisi cum certa solennitate. vt in ca. sine exceptiōe. xij. q. ij. et c. si quis. de re. ec. non alie. Alia plura priuilegia ecclesie vide per Inno. in c. ꝑuenit. z c. quia plerisq̄ʒ. de immu. eccle.

De dedicatiōe tēpli sermo ali⁹. CIX.

Hodie salus do

b

mui huic facta est. Lu. xix. Predicta verba loquebat̄ christus de domo materiali ipsius Zachei: cui ex ꝓsentia z inhabitatione christi salus est facta. sed qꝛ hodie pagim⁹ festum

dedicationis hu9 eccl'ie. ideo statuit sancta mater eccl'ia, ppter hanc clausulā legi illud euangeliū in dedicatione eccl'ie cui siliter p dedicationē salus facta est. A Quare hoc festū solēniter deuote ⁊ letanter est pagendū triplici de cā. Primo ppt ipsi9 institutionē tā in veteri ꝙ̄ in nouo testamento. In veteri testamēto ptz Exod. xxiij. Preceptū est a dño q vniuersus pplus israel ter in anno, id in trib9 festiuitatib9 scz pascha. penthecostes. ⁊ in festo enceniorꝝ, id est dedicationis templi vnusquisqꝫ p̄sentaret se dño in hierusalē ⁊ offerre deberet hostias in lege determinatas. Institutio in nouo testamēto habet in c. solēnitates. de ꝯse. di. j. Ubi dr q dedicationis solēnitas est singulis annis solēniter celebrāda. Secūdo ppter maiorꝝ exēpla. incipiamus a capite christo q exēplo suo docuit templū freqntandū ⁊ honorandū p̄sertim in festo dedicationis qd psonalr visitauit. vt ptz Joh. iiij. Facta sunt encenia in hierlm: ⁊ hyems erat ⁊ ambulabat iesus in templo in porticu salo... Et ꝙ̄tiensciiqꝫ venit in hierusalē frequenter p̄mū templū visitauit vt nobis exemplū daret. Grego. Oīs christi actio nostra est instructio. In ve. te. habemus exempla antiquorꝝ patrꝝ. ⁊ p̄cipue salomonis: q maximis sumptib9 ecclesiam ꝯstruxit ⁊ ꝯsecrari fecit ⁊ in festo dedicationis octo orauit qd deus vtiqꝫ approbauit pmittens sibi q quicūqꝫ in templo illo p suis necessitatib9 oraret exaudiret. vt late habet. iij. Reg. viij. Habemus etiā exemplū Esdre q tēplū restaurauit. ⁊ aliorꝝ plurīū. imo oēs q templis irreuerētiā fecerūt male habuerūt. Exēplū habemus in Heliodoro. ij. Macha. iij. q flagellatus fuit. Itē Simus cecitate pcussus: vt habet in legenda sancti Clementis. Itē Pompeius magnus q vt dicit Orosius postꝙ̄ in templo fecit stabulari equos suos sp fuit postea deuictus pl9 q prius fuit victoriosus. Tertio ppter salutē q eccl'ie in ipsius ꝯsecratione ꝯfert. Que aūt ⁊ ꝙ̄tuplex sit talis dicā infra. ideo dixi in themate. Hodie salus ⁊c̄. B Nota p deductiōe themat ⁊ euangelij q triplicē reperio domū in hoc euangelio cui salus facta ē. Est em̄ triplex domus scz ꝯsciētie, familie, ⁊ materie. Domui ꝯscientie ipsi9 Zachei hodie salus facta est. q2 vt dicit Glo. facta est dom9 dei p grām inhabitantis. Domui familie Zachei hodie salus facta est. q2 nō soluz ipm sed etiā vxorē ⁊ familiā suam ꝯuertit. Domui etiā materiali Zachei ppt p̄ntiā xpi ⁊ morā in ea facta est salus. Sic ⁊ nos si voluerim9 q his trib9 domib9 nr̄is salus fiat oportet q illa habeam9 ⁊ faciam9 q Zache9 habuit ⁊ fecit. C Et q̄ntū ad p̄mā domū scz ꝯscie si illi salus fieri debeat tria reqrunt q pfecte Zacheus habuit. Prio requirit q eā diligent' discutiamus: qd Zacheus fecit: cū christus dixit. Hodie in domo tua. id est ꝯscia tua oportet me manere festinās descendit in domū suā. id ꝯsciam ⁊c̄. Eccl. xxxij. Precurre p̄or in domū tuā ⁊ illic aduocare. lude ⁊ age ꝯceptiōes tuas in domū scz ꝯscie vide q̄d ibi cōcepisti boni vel mali meriti vel demeriti. Bern. Quotidana discussione examina vitā. Dicit nāqꝫ Augu. Oīs q discussionē ꝯscie amisit in pīculū vergit. Rō. q2 ꝯscia erit testis in iudicio. Rom. ij. Testimoniū perhibēte illis ꝯsciētia corꝝ. Et si bonū bene orit gaudiū. ij. Cor. j. Glia nostra hec est testimoniū ꝯscie nostre. Si vero ꝯsiētia testat de malo ve tibi. Ideo dicit Grego. in. c. inter verba. xj. q. iij. Non hoīm linguas sed ꝯscientias curare debemus, rōnem ibi assignat. Quid pdest si oīs te laudant: ꝯsciētia accusat. Ecōuerso q̄d nocet si oēs te accusant: conscientia vero excusat. ppter qd subiungit ibidem. In omni quod agit vl' dicitur tacite debemus ad mentem recurrere ⁊ interiorem testem scz ꝯsciam requirere. Contra hoc faciūt p̄mo illi q habēt ꝯsciētias cauterizatas: sauciatas: amplas ⁊ dilatatas q̄b9 nō fit salus, vt sunt illi q nō reputant nisi grossiora peccata mortalia. ⁊ d cōmunib9 peccatis nō curāt vt piuria simplicia nisi solēnisata. vt si iurat sup crucifixum aut euangeliū. Item fornicationē simplicem nō reputant peccatū nisi adulteriū. Item ebrietatem nisi sequat vomitus. Declara etiaz de offensione fraterna. De qua Math. v. Item de supbia ornādo se nisi sequat ꝯcubitus. Itē de fraude dolose emēdo vel vendendo ⁊c̄. tales sunt in periculoso statu, nam p quolibet peccato morta

li etiā minimo dāmnaṫ quis ita bene sicut ꝑ maximo ꝗuis pena maior debeaṫ ꝑ maiori peccato. vt in c. fratres. de ꝯse. dist. v. vbi dr. Uno peccato mortali demereṫ vita eterna. Jac. ij. Qui offendit in vno: factus est oīm reus. Secūdo ꝯtra h̄ faciunt illi q̄ habent ꝯscientiā ꝑuersam. sicut illi q̄ peccata parua ponderāt ꝛ magna nō ponderant nec curant. talem ꝯscientiā habuerūt pharisei quibꝰ christus maledixit Mathei. xxiij. Ue vobis pharisei q̄ decimatis mentā anetū ꝛ rutā ꝛ om̄e olus orti ꝛ grauiora legis p̄termittitis. Talem etiam habent begine q̄ de verbis ociosis ꝛ cogitationibꝰ cōfitenṫ: ꝛ de magnis obliuiscunṫ: vel nō formant sibi ꝯscientiā. Similes lupo q̄ vna die ꝯfessus fuit cui sacerdos iniunxit vt non raperet amplius vltra q̄nq3 obolos. rapuit gallinam de qua ꝯfitebaṫ. deinde vaccam ꝛ vitulū: sed nō formauit sibi ꝯsciā3: q2 vaccam cōputauit ꝑ tribus obolis: ꝛ vitulū ꝑ vno denario. Secūdo requiriṫ ꝙ ꝯscientiam purificemus ꝛ mūdemus. Esa. j. Lauamini ꝛ mundi estote. Math. vj. Faciem tuam laua. i. ꝯscientiā quia ꝯscientia habet se vt oculus dirigēs totū corpus. Luc. vj. Si oculus tuus. id est cōscientia tua simplex fuerit totum ꝛc̄. si aūt nequā ꝛc̄. Nam sicut clarus oculus requiriṫ ad gaudiosum visum: sic clara conscientia ad videndū deū. Math. v. Beati mundo corde quoniā ipsi ꝛc̄. Hoc Zacheus fecit qui cum p̄ turba sc3 peccatorū videre nō posset ascendit in arborem sicomorum. id est ꝯscientiam suam mundando ꝛ vidit illum ꝛc̄. D Unde Bern. Duo sunt q̄ mūdant ꝯscientiam nostrā. a malis abstinere ꝛ penitere ꝛ bonis inherere. nā sicut parua festuca grauat oculum ꝛ impedit visum: sic vnu3 peccatū q̄ntūcūq3 paruū si illud est contra conscientiam impedit visionē diuinā. De quo Aug. xxviij q. j. §. ex his. ꝛ in c. litteras. de resti. spol. ꝛ in c. inquisitioni. de sen. excō. Omne quod fit ꝯtra ꝯscientiam edificat ad gehennam. Contra hoc faciūt p̄mo illi qui habent cōscientias cruētatas. id est maculatas. ij. q. j. si peccauerit. Ad Titū. j. ꝛ ꝯscientia infidelium aut prauoꝝ est inquinata sicut diciṫ. Coinquinate sunt eorum mens ꝛ conscientia. Secūdo illi qui hn̄t ꝯsciētias infirmas ꝛ nimis strictas quas habent illi q̄ faciūt sibi peccata vbi nulla sunt: ꝛ hoc accidit ex instigatione diaboli. Nam cū diabolus tales nō potest inducere ad manifesta peccata mortalia vt luxuriā gula3 ꝛc̄. tunc nitiṫ eos inducere ꝑ ꝯscientiam erroneam in ꝑplexitatē. Tertio requiriṫ ꝙ ꝯscientiam diligenter custodiamus. Prouerb. iiij. Omni custodia serua cor tuu3. quia ex ipo vita ꝓcedit. Hanc habuit Zacheus cū diciṫ. Stans aūt Zacheus supple in diligēti custodia ꝯscientie dixit ad dn̄m. Ecce dimi. ꝛc̄. Nam ꝯscientia est sicut instrumētu3 in curia dei ꝑ hereditate porrectū qd̄ diligenter custodiṫ ne corrodaṫ aut perdatur. Hugo. Non perueniṫ ad bonam ꝯscientiam nisi ꝑ cordis custodiam. ideo diligenṫ custodiaṫ. Ratio Jsido. li. ij. de sūmo bo. Ubicūq3 homo abierit reatus sui ꝯscientia illum nō derelinquit. Om̄ia pōt hō fugere: p̄ter cor suū a seipso nō pōt recedere. q̄ em̄ hic ꝯscientie sue reatu puniṫ. illic ꝑpetua pena puniṫ. Hoc signi[illegible] illud ps. Abyssus abyssum inuocat in voce catha. Abyssum īuocare abyssum: est de iudicio sue ꝯscientie ire ad iudiciū dānationis perpetue. in voce catharactaꝝ. id est p̄dicatione sanctoꝝ. ideo diligenter est custodiēda. Contra hoc faciūt q̄ habent ꝯsciētias scrupulosas ꝛ ꝑturbatas qui quādoq3 volunt de peccatis suis ꝛ misericordia dei desperare sicut Judas ꝯtra id qd̄ habeṫ in c. his qui. xxvj. q. vj. Misericordie dei nec mensuras possumus ponere nec tēpora diffinire. Qualem etiā habent illi q̄ crebro in eadem peccata relabunṫ. ꝛ quāq3 peniteant tamen ꝓpter lapsus frequentiā quendā desperationis impulsum incurrūt ꝛ turbanṫ q̄s ꝯsolaṫ ꝑ illud qd̄ Petro dixit. Non dico tibi septies s3 septua. Math. xviij. Secūdo illi q̄ habent ꝯscientias ꝑplexas ꝛ erroneas. vt cū q̄s credit se inter duo peccata positum quoꝝ alterum impossibile sit eum vitare. E Habemus ergo finaliter ꝙ quinq3 ꝯscientijs nō fit hodie salus. Primo vic3 cauterizatis siue amplis. Secūdo ꝑuersis. Tertio nimis strictis ꝛ erroneis. Quarto scrupulosis ꝛ ꝑturbatis. Quinto ꝑplexis. s3 huic fit salus quā hn̄t homi

nes boni q̄ eſt recta ⁊ tranq̄lla ſecura. pura
quieta ⁊ mūda. tales gaudenter ſuſcipiunt
ieſum ſicut Zacheus Prouerb. xv. Mens
ſecura quaſi iuge ꝯuiuiū Iſid. de ſum. bo.
Uis nūq̄ eſſe triſtis bene viue bona ꝯſciē
tia ſemꝑ gaudiū habet. Bern̄. Quid in re-
bus melius: quid in terra quietius atq̄ ſe
curius bona ꝯſcientia. q2 ꝯſcientia bona ē
in hac vita ſūmū bonū. de tempo. ordi. c.
queſitū. Ecōtra eſt de illis qui habent ma
las ꝯſcientias nunq̄ ſunt leti. q2 ſinderiſis
ſemꝑ remordet eos qn̄ ꝯuertunt̄ ad cor et
inueniūt ſe in tali ſtatu in quo nō poſſunt
ſaluari Iſido. de ſum. bo. Nulla pena gra
uior q̄ mala ꝯſcientia. Un̄ ⁊ Aug. in lib.
ꝯfeſ. Iuſſiſti dn̄e ⁊ ita factuꝫ eſt ꝙ pena ſit
ſibi omnis animus inordinatus. Secun-
da domus eſt domus familie. de q̄. j. Thi.
iij. Oportet ꝑficiendū eccleſie domui ſue.
id eſt familie bene eſſe ꝑpoſitum. De quo
Aug. in c. quantūlibet. xlvij. di. Arrogare
nō audeo vt domus mea. id familia meli-
or ſit q̄ domus Abrac in qua ſcꝫ vnus ex
filijs fu[illegible] ſcꝫ Iſaac. ⁊ alter malus ſcꝫ
Iſmael: ſi huic deb[et] fieri ſalus oportet ꝙ
vir ſiue rector familie bonā diligentiā cir-
ca curā ⁊ regimen vxoris filioꝝ ac familie
⁊ circa res tēporales gubernandas adhi-
beat. F Conſiſtit ergo hec diligentia
in trib9. Primo in cura ⁊ regimine vxoris.
ad qd̄ tria requirunt̄. Primo vt eaꝫ debite
dirigat ⁊ nō cum tyrannica auſteritate. ver
bis ⁊ nō verberib9. q2 māſuete amore ⁊ nō
dolore. dulcedine ⁊ nō amaritudine. Col.
iij. Uiri diligite vxores veſtras ⁊ nolite
eſſe amari ad illas. Inuehe ꝯtra illos qui
nūq̄ amicabile verbū loquunt̄ mulierib9
Iac. iij. Ubi zelus ⁊ ꝯtentio ibi incōſtan
tia ⁊ om̄e opus prauū. Scd̄o ſecrete corri
gat nō cū ꝯfuſiōe. nō publice ⁊ ꝯtēptibilr̄.
ſicut fecit Iob q̄ vxorē ſuā licꝫ peſſimā ar-
guebat ſecrete ⁊ modeſte. q̄ inquit. Quaſi
vna de ſtultis mulierib9 locuta es. Iob. ij.
Non dixit ꝙ fuerit ſtulta ⁊c̄. Criſoſto. Oc
cultū pctm̄ in publico corrigere nō eſt cor
ripere ſed diffamare. Ideo dr̄ in c. licꝫ. xlv.
di. Plus erga corrigēdos agat beniuolen
tia q̄ ſeueritas. plus cohortatio q̄ cōmi-
natio. plus charitas q̄ poteſtas. Tertio cō
plete diligat. quā cōpletionē docet ap̄lus

ad Eph. v. q̄ ad tria. Primo cū dicit. Dili-
gite vxores vr̄as ſicut xp̄s dilexit eccl'iam.
q̄ dilectio fuit maxia. q. d. Sicut xp̄us fu-
dit ſanguineū ſudorē ꝑ eccl'ia ſic tu debes
effundere ſudorē vt nutrias vxorē. Gen̄. iij
In ſudore vultus tui ⁊c̄. dixit dn̄s ade nō
eue. Hoc eſt ꝯ aliq̄s q̄ volūt d̄ vxorib9 bn̄
viuere cōpellēdo eas qn̄q̄ ad queſtū illici
tū nō curātes ſalutē vxoꝝ ſicut xp̄s eccl'ie.
Eſt tn̄ verꝫ ſicut dt̄ Holgot ſuꝑ lib. ſapie.
ꝙ vxor in oīb9 ita bn̄ dꝫ eſſe ſolicita q̄ ad ne
ceſſitatē vite ſicut ipſe vir. q2 dictuꝫ eſt xp̄i.
Mat. xix. Iā nō duo ſed vna eſt caro. Et
ſicut mēbꝝ compatit̄ mēbro: ita vxor viro
Scd̄o ꝑ dilectiōꝫ viri ad ꝓpriū corpus cū
dicit ꝙ viri debēt diligere vxores ſuas ſic
corpora ſua. Tertio ꝑ dilectionē viri ad ſe
ipm̄ cū dicit ibi. Unuſq̄ſq̄ vxorē ſuaꝫ ſicut
ſeipm̄ diligat. Inuehe ꝯ nō curātes vxorē
ꝑmittūt eā domi ſedere ⁊c̄. G Ecōuer
ſo ⁊ talē charitatē dꝫ vxor oſtendere viro. ⁊
hoc etiā in trib9. Primo dꝫ virū honorare.
ſic̄. Sara Abraā virū ſuū vocans eū dn̄m.
Gen̄. xviij. Etiā ſicut maria Ioſeph Lu. ij.
Cōtra h̄ faciūt q̄ maritos ſuos ꝯtemnūt ꝑ
pter pauꝑtatē vl' antiquitatē: qd̄ maria nō
fecit. quia Ioſeph pauꝑ erat. Secūdo ꝙ
debent obedire ſuo marito. Eph. v. Mu
lieres viris ſubdite ſint ſicut ſeruus dn̄o.
nā h̄ deus iniunxit Eue Gen̄. xxxiij. Sub
poteſtate viri eris. Inuehe ꝯtra inobediē-
tes ⁊ pertinaces. talis peccat mortalit̄ ſm̄
Hiero. in. c. cum caput. xxxiij. q. v. vbi di-
cit. Cum caput mulieris vir ſit: caput autē
viri chriſtus. ergo quecūq̄ vxor nō ſubijci
tur viro ſuo hoc eſt capiti eiuſdē criminis
rea eſt cui9 ⁊ vir ſi nō ſubijcit̄ capiti ſuo ſcꝫ
deo. Tertio in hoc: q2 dꝫ eū timere Ephe.
v. Uxor timeat virū ſuū: nō timore ſeruili
ꝓpter ꝟbera vitanda ſꝫ timore filiali ne euꝫ
cōmoueat ad irā: poſito ꝙ nunq̄ eā ꝑcute
ret tn̄ timere dꝫ ei9 indignatiōꝫ. Hoc figu-
rat̄ in velamine. vt hꝫ in c. femine. xxx. q. v.
vbi dicit̄. Femine dū maritāt̄ ideo velant̄
vt nouerint ſe ſubditas eē ⁊ humiles ⁊ nō
ꝓprie voluntatis obloquētes maritis ſuis
qd̄ non debet eſſe. q2 mulieres debent eſſe
mites. ideo habent paruas voces ⁊ ligant
collū peplis in ſignū ꝙ debēt dulciter rn̄-
dere ſuis maritis. Inuehe contra iratas

mulieres nō timētes viros suos: imo vbi viri timent ꝛ eos ꝑcutiētes. Cōtra tales dr̄ Ecci. xxv. Non est ira sup irā mulieris: ve tali viro q̄ talē hꝫ vxorē: qꝛ nūq̄ꝫ hꝫ requiē. Prouer. xix. Tecta iugiter ꝑstillantia litigiosa mulier: qꝛ nō habet requiē. Eiusdez. xxi. Melius est habitare in terra deserta q̄ꝫ cū ml'iere rixosa ꝛ iracūda. Secus ē de discreta obediēti ꝛ timorosa vxore q̄ est cōsentanea viro suo. In tali ꝯcordia ꝛ amore bn̄placitū est deo. ꝛ reuera salus erit domui huic. Ecci. xxv. In trib⁹ est bn̄placitū spūi meo q̄ sunt ꝓbata corā deo ꝛ homib⁹. Cōcordia fratꝝ ꝛ amor ꝓximoꝝ. vir ꝛ mulier sibi bn̄ ꝯsentiētes. Sed vbi discordiť viuūt ꝛ dissentiūt in hac domo deus nō ē. Hugo. Charitas deo ita familiaris est vt deus ibi esse nolit vbi charitas nō fuerit.

H Scd̄o ꝯsistit hec diligentia in regimine filioꝝ ꝛ suoꝝ ꝛc̄. Et ad hoc req̄riť ꝙ ipsos in timore dei ꝛ obedientia mādatoꝝ eius educat vt virtuose viuant. Itē debet ipsis dare habilitatē ad ꝯfitendū. cōicandum. audiendū missam. ꝛ alia sacramenta ꝑcipiendū. Itē debet ipsis ꝓuidere in necessitatib⁹ corꝑalib⁹. nō mittere ad hospitale cū infirmanť aut negligere ꝙ nō ꝯfiterenť ꝛ cōicent. vel fugere ab eis. Itē dꝫ ipsis p̄bere bonū exemplū ꝑ honestā ꝯuersatiōez Greg. Tot mortib⁹ q̄s dignus est q̄t mala exēpla ad posteros trāsmittit: qꝛ filij ꝛ sui sequunť. Et verificať illud ps̄. Immolanerūt filios suos ꝛ filias demonijs. Sed q̄ꝫtū ad regimē bonoꝝ tꝑaliū oportꝫ ꝙ de bonis suis ꝑ testamentū disponat. sicut dictū fuit Ezechie ꝑ Esaiā. xxxviij. Dispone domui tue. id est familie ꝑ testamentuꝫ: qꝛ morieris tu ꝛc̄. Sic fecit Mathathias. j. Macha. ij. Sic ꝛ Thobias senior Thobie. iiij. ꝑ totū. Et cautū est ꝙ ꝓuideat sibi de testamēto in sanitate vel in ꝑncipio infirmitatiś. qꝛ ꝯsanguinei in infirmitate plurimū impediūt testamēta. ꝛ in h̄ sunt p̄dones. ante oīa curet mercedis donationem. Mat. x. Dignus est mercēnari⁹ ꝛc̄. Thob. iij. Quicūq̄ꝫ tibi aliq̄d oꝑatus fuerit statiꝫ ei mercedē restitue. qꝛ est pctm̄ clamitans in celū. Jaco. v. Merces oꝑarioꝝ vroꝝ q̄ defraudata est ꝛc̄. Inuehe ꝯtra ꝯtrahētes ꝯtra id qd̄ scribiť Ecci. xxxiiij. Qui effundit sanguinē: ꝛ q̄ fraudez facit mercenario fratres sunt. Itē leget ꝓ aīa sua ꝛ ad pias causas scꝫ relinquēdo familie ꝑtē debitaꝫ. nec debet ita legare ecclesijs: vt ꝓuet filios hereditate vel legitima. Aug. in. c. q̄cunq̄ꝫ xviij. q. j. Quicunq̄ꝫ vult exheredato filio heredē facere eccl'iam: q̄rat alteꝝ q̄ suscipiat non Augustinū. Curet etiamq̄ ad pias causas faciat executores q̄ sint diligentes ad explēdū. qꝛ docet expientia ꝙ aliq̄n tarde ꝛ aliq̄n nūq̄ꝫ fiūt tales executiōes. Contra q̄s dr̄ in c. q̄ oblatiōes. xiij. q. iij. ꝙ tales debent excōicari vt necatores aīaꝝ. qꝛ subtrahūt eis illud suffragiū: ex q̄ subtractiōe remanēt in tormentis. Itē ante oīa caueat testator ne de male ablatis relinq̄t heredibus. sed ꝑ se restituat certa certis. incerta pauꝑib⁹. sicut Zacheus fecit cū dixit. Et si quē inquit ꝛc̄. Sit etiaꝫ bene discretus in legando familie vt ita diuidat ꝛ clare testetur vt nō habeāt oriri litigia inter heredes nō tn̄ oportet ꝙ equaliter leget vni sicut alteri. Exēplū de Jacob q̄ legauit Joseph p̄ alijs ꝑtem vnā scꝫ agrū cū [illegible] dupli ci. Gen̄. xviij. Et ꝙ dixit ꝙ male acq̄sita nō debent filijs relinquere. Ratio est. qꝛ per hoc occidit eos spūaliter. Mar. xiij. Tradet pater filium in mortē: scꝫ cum filius scienter possidet bona a patre male acq̄sita. quia tales patres dānant seipsos ꝛ filios. Exemplū ponit Arnoldus de quodā milite. quod vide in thesauro nouo de tꝑe sermone. xxxviij. T. in fine.

I Tertia domus est materialis ecclesie. De qua diciť. j. ad Thi. iij. Uolo in ecclesia orationes fieri. q̄ ideo ꝯsecratur vt sit locus spūalis dei ꝛ vt homo possit ibi spūaliter curari ꝛ misericordiam dei ꝯsequi. Cui in ꝯsecratiōe salus fit ꝓpter septem. Primo ꝓpter dei p̄sentiā. ps̄. Dn̄s in templo sancto suo. Per effectum in iustificando peccatores. vel etiam per p̄sentiam in sacramēto altaris. Secundo ꝓpter assistentiam angeloꝝ. ps̄. In ꝯspectu angeloꝝ psallam tibi. ideo dicitur chorus. Greg. de ꝯse. di. ij. Quis dubitare pōt q̄n in ipsa hora imolationis ad voceꝫ sacerdotis ꝛc̄. Tertio ꝓpter corpa sanctoꝝ ꝛ reliq̄as ibi ꝯtentas. Quarto ꝓpter citiorē ꝛ maiorē orationis exaudibilitatē. quia oratio citius exauditur in ecclesia q̄ꝫ alibi.

quia est determinatus locus ad orãdũ nõ ꝑpter deũ q̃ adoratur quasi loco ꝯcludatur sed ꝑpter ipsos adorãtes. Et hoc quadruplici rõne. Primo ꝑpter loci consecrationẽ ex qua specialem deuotionẽ ꝯcipiũt orãtes vt magis exaudiant. Secunda ꝑpter sacra mysteria ꝛ alia signa sanctitatis ibi ꝯtẽta. de quibꝫ supra. Tertia ꝑpter minorẽ infestationẽ demonũ q̃ȝ in loco nõ cõsecrato. Quarta ꝑpter ꝯcursum multorum adorantiũ ex quo oratio fit magis exaudibilis. Quinto salus fit in ꝯsecratiõe ecclesie ꝑpter sacramẽtoꝝ in ea collationẽ q̃ regulariter in ea ꝯferunt vt baptismi. penitẽtie. eucharistie ꝛc. Sexto ꝑpter indulgentias eccl'ie collatas ꝑ quas visitãtibus remittunt pene in purgatorio ꝑ peccatis debite. Septimo ꝑpter emunitateȝ ecclesijs a papa ꝛ imperatoribꝫ ꝯcessaȝ. Et que sit talis ꝛ in quot consistat habes supra sermone. cviij. N. vsqꝫ ad finem ꝛc.

De Dedicatione alius sermo. CX.

H odie salus huic domui facta est Luc. xix. K

b Nota i sacra scriptura quadruplicem reperio domum q̃bus hodie ħ est in iustificatione et ꝯuersione zachei salus facta est. Est eni domus spũalis ꝯscientie domus familie. domus materie. et domꝰ supne glorie. Prima domus spiritualis ẽ ꝯscientie. De qua dicit Eccl. xxvij. Nisi te tenueris te instanter in timore dñi: cito subuertet domꝰ tua id est ꝯscia tua. Et Sap. viij. Intrãs in domũ meaȝ conquiescam. Huic domui id est ꝯscie zachei hodie salus facta est. vt exponit Hor. quia facta est domꝰ dei per gratiã inhabitantẽ. Secunda domꝰ est familie. De q̃ dicit. j. Timot. iij. Oportet ꝑficiendum ecclesie iter cetera domui sue id est familie esse bene ꝑpositũ Et Aug. in c. quantũlibet. xlvij. dis. Arrogare mihi nõ audeo ꝛc. Huic domui vt inquit Hor. hodie salus facta est. q2 xp̃s nõ tm̃ zacheũ ꝯuertit. sed etiam totã familiaȝ suã. vxorẽ. liberos ꝛ seruos ꝛc. Tertia domus est materie ex lignis ꝛ lapidibꝫ ꝯstructa. in quã zacheus xp̃m gaudens excepit vt dicit in euangelio. De qua apl's. ij. Corinth. j. Si terrestris domus nostra dissoluitur: habemus domuȝ non manufactam eternam in celis ꝛc. Huic hodie salus facta est. q2 xp̃s in ea corpaliter mansit. ideo dixit. Hodie i domo tua ꝛc. Hec domus materialis zachei significat domũ materialẽ eccl'ie. cui hodie. id est i ꝯsecratiõe salꝰ facta est. ꝛ ideo rõne illius clausule in dedicatione ecclesie legit illud euangeliũ de zacheo. Quarta domus est supne gl'ie. De q̃ ps. xxv. Dñe dilexi decorẽ domus tue. De hac dñs ait Joh. xiiij. In domo p̃ris mei mãsiones multe sunt. quia et si vnum premiũ btitudinis. multe tñ differentie p̃mioꝝ sicut ꝛ ħ meritoꝝ. Et angelus Luc. j. Regnabit scꝫ xp̃s i domo Jacob in eternum scꝫ in ecclesia triumphante. Huic domui hodie salus facta est. ꝑpter gaudiũ qꝺ angeli ꝛ sancti in celo de eius ꝯuersiõe habuerunt vt dicit Lu. xv. Gaudiũ est angelis dei sup ꝛc. Quare bene dicunt ꝟba assumpta themat'. Hodie salus ꝛc. Pro deductione breuitatis gratia omittendo duas domos ꝓsequar de duabus scꝫ ꝯscientie ꝛ ecclesie. L Et q̃tum ad primum nota q̃ ad hoc vt salus domui ꝯscientie fiat reqrunt tres ꝯditiões q̃ tangunt in euãgelio. Prima vt eã diligẽter mũdemꝰ ꝑ elemosynaꝝ largitionẽ. Secũda vt eam diligenter custodiamus ꝑ fraudatoꝝ restitutionẽ. Tertia vt eam diligẽter discutiamꝰ per sacramentuȝ ꝯfessionis. Prima vt eaȝ ꝛc. Ideo dicit Luc. xj. Date elemosynam ꝛ ecce oĩa munda sunt vobis. Eccl. iij. Sicut aqua extinguit igneȝ sic elemosyna ꝛc. Dañ. iiij. Peccata tua elemosynis redime Ideo dixit Zacheꝰ. Ecce dimidiũ bonoꝝ ꝛc. M In q̃bus verbis docet septeȝ cõditiones elemosyne q̃ notant in verbis Zachei. Luc. xix. Ecce dimidiũ bo. meorũ ꝛc. Primo elemosyna debet esse prompta Propterea dicitur. Ecce. quasi dicat Zacheus. q̃ cum fieri potest elemosyna nõ est tardanda. nõ differẽda. nõ procrastinãda. sicut multi faciũt q̃ nõ nisi post multas p̃ces ꝛ diuturnũ tempꝰ elemosynas erogãt. Propterea dicit sapiẽs Prouerb. iij. Nõ dicas amico tuo vade ꝛ reuertere: cras eni dabo tibi cũ statim possis dare. Et Seneca li. ij. de bñficijs. Ingratuȝ est beneficiũ qꝺ diu inter dantis manꝰ hesit. verũtñ satis rep̃hensibiles sunt q̃ morte expectãt vt bona sup̃flua q̃bus nõ egent pauperibus

tribuant. Pro quo facit sapiens verbū il-
lud sancte Lucie q̄ sue matri dixit. Qđ mo-
riens das ideo das qꝛ tecū ferre nō potes
Solet etiā ideo deo ꝑmittente sepꝰ eueni-
re ꝙ auaroꝝ diuitū bona q̄ post mortē in
pias causas distribuere disposuerūt, rapi-
ant, dilaniant ꝛ distrahant a ꝯsanguineis
litigantibus ꝛ q̄nꝫ ab extraneis ꝟsutia et
calliditate illa q̄rentibus. Quare ꝯsulēdū
est oībꝫ q̄ supabundāt diuitijs vt velint ꝑ
se ipsi collocare illas in celo nec expectare
vt post mortez id faciāt alij, qꝛ vt dixi sepe
fallunt Scđo elemosyna debet esse copio-
sa, ꝓpterea dixit Zacheus: dimidiū. Unde
Tob. iiij. Si multū tibi fuerit abūdanter
tribue, necꝫ enī timenda est pauptas si ele-
mosyne ample fiāt, non enī deꝰ vult separi
ab aliq̄ de liberalitate, sic videri pōt exem-
plum de hoc in. ij. dialogoꝝ. đ Bonifacio
Fuldeñ. epō. cui ex paucis vuis vinū col-
lectum paupibꝫ largienti illud miraculose
multiplicauit deus. Habes etiā exempla
đ Johāne elemosynario i vitaspatrū. Ter-
tio elemosyna debet esse đ bonis ꝓprijs. ꝓ-
pterea dixit zacheus, bonoꝝ meoꝝ. Dico
de bonis ꝛ non de rebꝫ infectis aut marci-
dis. Et dico de ꝓprijs: nō alienis. Uñ. j. q.
j. nō est. Greg. ait. Nō est putāda elemosy-
na si paupibꝫ dispensef qđ ex illicitis rebꝫ
acq̄rit. Nō enī causa pietatis facienda est
iniquitas. Quia vt dicit apl's. Nō sunt fa-
ciēda mala ꝛc. xiiij. q. v. c. forte. Et i c. nolite
ibidē ait Augꝰ. Nolite velle facere elemo-
synas de fenore ꝛ vsura. ꝛ in. c. elemosyna.
ibidē dicit Grego. Elemosyna redēptoris
nr̄i oculis illa placet q̄ nō ex illicitis ꝛ ini-
quitate ꝯgerit, sed q̄ de rebus ꝯcessis ꝛ be-
ne acq̄sitis impēdit. Quarto elemosyna de-
bet eē ordinata vt scꝫ fiat ꝑ dei honore. ꝓ-
ximi salute. ꝛ ꝓpria vtilitate. non pro vana
gloria ac huiꝰ seculi pōpa. Uñ zacheꝰ ad-
didit Dñe. id est ꝑ tuo amore ꝛ honore fa-
cio elemosynas. Propterea xp̄s Matthei
vj. dixit. Cū facis elemosynā noli tuba ca-
nere añ te sicut hypocrite faciūt ꝛc. Quin-
to elemosyna debet eē liberalis vt nō fiat
um cū sacerdos sit creator sui creatoris ꝙ
nūq̄ꝫ debeat a suo creatore seꝑari. Ideo ex
clamat. O preclara et venerāda potestas
vestra. O sacerdotes cui nihil in celo vel in
terra cōparari pōt: vos potestis cōsecrare
corpus et sanguinē dn̄i nostri Jesu christi
suꝑ potestate et ꝓuilegio oīs creature. stu-
pet cor. miraꝫ terra. cōtremiscit infernus et
vt plurimū angelica celsitudo veneraꝫ. Ex
p̄dictis eliciuntur aliqua documenta. Pri
mum ꝙ hodie maxime gaudere debēt hu-
ius noui sacerdotis parentes et oīs paren
tela et singuli alij quorū auxilio aut mini-
sterio factus est sacerdos: et regratiari tenē
tur ꝙ talē habēt filiū et nepotē q̄ hodierna
die in missa maior efficiꝫ angelis. dignior
omni creatura. quia pater dei. oīs em̄ sacer
dos pater fit christi rōne sacramenti. Leta-
ri etiā debēt: q̄r plus fiunt participes spiri-
tualibꝰ bonoꝝ operū sacerdotis q̄ꝫ plures
alij q̄ ad ipius sacerdotiū nō sunt coopera
ti. ¶ Secundo inferꝫ tale documen-
tum ꝙ grauissime peccant sacerdotibꝰ de-
trahentes q̄bus tenerenꝫ honorem et reue
rentiam corporalē ⁊ mentalē exhibere ⁊ nō
infamare. Ratio: q̄r quotiēs aliquis sacer-
doti detrahit: totiens capiti christi coronā
spineam imponit. quia ipi sunt caput et su
perior pars ecclesie militantis. Ideo dn̄s
in euangelio ait Luc. x. Qui vos audit me
audit: et qui vos spernit me spernit. Se-
cundo quotienscūqꝫ quis iniuriā sacerdo-
ti fecerit: totiens christum clauis cōfodit.
Ideo Zach. ij. Qui vos tāgit quasi pupil
lam oculi mei tangit. Tertio q̄tiēs eis cō-
uiciatus fuerit: totiens in faciem xp̄i spuit
Quarto q̄tiēs eos exosos habuerit totiēs

christi latus trāsfodit. q2 q̄nto magis sunt
honorādi tāto detestabilior est eorū deho-
noratio. Audi Telesphorū papā .i.c. sacer
dotes. vj. q. j. Sacerdotes q̄ ꝓprio ore cor-
pus dn̄i ꝯficiūt ab oībꝫ sunt obediēdi ⁊ ti-
mēdi: nō dilacerādi aut detrahēdi. q2 a q̄bꝫ
se pp̄ls dn̄i bn̄dici saluari ⁊ instrui cupit nul
latenꝰ eos arguere dꝫ. pp̄ls eñ ab eis docē
dus est nō ipi ab eo: q2 nō est discipulꝰ sup
magistrū. Q Ideo tradūt doctores fi
delibꝫ hāc regulā. ꝙ q̄tūcūqꝫ sacerdos sit
malus ⁊ subditꝰ bonꝰ tn̄ q̄diu ab eccl'ia to
lerat̄ dꝫ ei exhibere honorē ⁊ reuerentiā ꝓpt
duas causas. Prima: q2 sacerdos gerit vi-
cem dei et ꝑsonā eiꝰ vt minister eiꝰ repsen-
tat: p̄cipue in administratiōe sacramento-
rū. iō deꝰ in ipo specialr̄ honorat̄. Jō ꝓpter
eorū vitā malā nō sunt ꝯtemnēdi aut detra
hendi. cū eñ mittit̄ aliq̄s minister a rege n̄
attēdit̄ ad q̄litatē eiꝰ sꝫ ad dignitatē mittētꝭ
et eū in ministro honorat. Scd̄a rō. q2 sa-
cerdos est ꝑsona publica. vn̄ in eo honora
tur respublica ⁊ bonitas eccl'ie q̄ maior ē q̄
bonitas singularis ꝑsone. Tertio infert̄ ex
dictis ꝙ g̅uiter peccāt q̄ sacerdotibꝫ coope
rant̄ ad peccandū. puta ludēdo. crapulose
viuēdo. et p̄sertim luxuriādo. tactu. verbis
munusculis. vel actibꝫ. q2 oēs tales macu-
lant sacerdotes dn̄i ⁊ indignos faciūt ma
ximis bōis q̄ facere possēt si n̄ essent talibꝫ
pctis inq̄nati. Scd̄o fideles tenent̄ testio-
niū ꝑhibere sacerdotibꝫ obeditiōe. obedire
eñ tenent̄ sacerdotibꝫ. vn̄ apl's ad Ro. xiij.
Ois aīa potestatibꝫ sublimioribꝫ subdita
sit. Nā dei ordinationi resistit q̄ ptāti resi-
stit. et ad Heb. vlt. Obedite p̄positis vr̄is
et subiacete eis: ipi eñ ꝑuigilāt q̄si rationē
ꝓ vobis reddituri. exēplo xp̄i. de q̄ Luc. ij.
Erat subditꝰ illis. R Vn̄ circa illam
obedientiā doc. tradūt hāc regulā ꝙ sacer-
dotibꝫ obediendū est ī spūalibꝫ necessarijs
ad salutē vel ad h̄ ꝑtinentibꝫ. vn̄ talibꝫ in p̄-
fatis nō obediētes sciēter ⁊ sine rōnabili cā
et ī re alicuꝰ īportātie aut ex ꝯtēptu peccāt
mortalr̄. nisi forte illud qd̄ p̄cipit̄ esset ꝯ p̄-
ceptū dei vel in salutis dispendiū: aut ꝯtra
p̄ceptū superioris. In alijs aūt q̄ ad eorū su-
perioritatē nō ꝑtinent nō est necessariū eis
obedire. vt in. c. si q̄s. de maio. ⁊ obe. xiij. q.
iij. si dn̄s. Et hec regula nō solū habet ve-
ritatē in bonis sacerdotibꝫ sed etiā ī malis.
quibꝫ eorū mala vita nō obstante in p̄dictis
est obediendū. Jō dr̄. j. Pet. ij. c. Subiecti
estote oī hūane creature ꝓpter deū. et subdi
tur. Serui estote subditi in oī timore dn̄is
nō tm̄ bonis sed etiā discolis. Vn̄ Gre. in
c. q̄d ergo mirū. xiij. q. iij. dicit. Quid mirū
si pctōr hō obediētie se in huiꝰ vite breuita
te subijciat qn̄ hāc mediator dei et hoīm ⁊
q̄ obedientes remunerat nō reliq̄t. p̄cipue
obediendū est sacerdotibꝫ in auditiōe verbi
dei. q2 nihil ꝓdest verbū dei audire nisi q̄s
velit eis obedire ⁊ s̄m ea vitā suā dirigere.
hoc docet saluator Matth. xxiij. Oia q̄cū
qꝫ vobis dixerit facite. Et Ber. i ser. de pa
sca. Obedientia dirigit gressus nr̄os ⁊ sctē
ꝯuersatiōis gratiā ꝓmeret̄. ipa ē q̄ vitā or-
dinare nouit. ipa ē q̄ pn̄iam docet ⁊ donat.
Jō Gre. in. c. sciendū. viij. q. j. dicit. ꝙ obe-
dientia sola dei meritū possidet sine q̄ q̄sqꝫ
infidelis esse cōuincit̄: etiā si fidelis esse vi-
deatur. S Tertio fideles tenent̄ testi
moniū ꝑhibere sacerdotibꝫ retributione. j.
ad Thi. v. c. Qui bn̄ p̄sunt p̄sbyteri duplici
honore digni habeant̄. Glo. duplici hono
re vt scꝫ eis obediat̄ ⁊ exteriora ministrent̄.
Jō hec retributio ma[illegible] me[illegible]tat in fideli so-
lutiōe iuriū ꝓrochialiū ⁊ maxie decimarū
q̄ ex iure q̄libet laicꝰ dare tenet̄. vt ī. c. pro-
chianos. et ī. c. a nob. et. c. cū nō sit in hoie.
cū similibꝫ de decimis. Ideo dixit saluator
Mat. xxij. Reddite q̄ sūt cesaris cesari: ⁊ q̄
sūt dei deo. q̄s si fidelit̄ soluit laicꝰ: tāto ma
gis abundat vt dicit Aug. in. c. maiores.
xvj. q. vij. Maiores nr̄i iō copijs oībꝫ ab-
undabāt: q2 deo decimas dabāt ⁊ cesari cē
sum reddebāt. mō autē q2 discessit deuotio
dei accessit iudicio fisci. nolumꝰ cū deo ꝑti-
ri decīas. iō h̄ tollit fiscꝰ qd̄ nō accipit xp̄s.
et in. c. decime. xvj. q. j. dicit. ꝙ si dederis de
cimā nō solū abundantiā fructuū recipies:
sed etiā salutē corꝑis ⁊ aīe ꝯsequeris. De il
la retributiōe debiti gloriabat̄ q̄si ex singu
lari bono pharisēꝰ in tēplo dicēs Luc. xviij.
Decimas do oīm q̄ possideo. De illo autē
hodie pauci gloriari pn̄t xp̄iani. immo nec
vnq̄ꝫ ꝯfitent̄ licꝫ sit maximū pctm̄ mortale
⁊ sacrilegiū cū eccl'ie subtrahāt rē suā. q2 di
cit Aug. ī d. c. decime. ꝙ decime ex debito
exq̄runt̄ et q̄ eas dare noluerint res alienas
inuadūt. q̄ g̊ sibi aut p̄miū cōparare aut pec-
catorū desiderat indulgentiā ꝓmereri red-
dat decimā ⁊ de nouē ꝑtibꝫ studeat elemo-
synā facere pauperibꝫ. Hec Augꝰ.

Ad idem in primitijs noui sacerdotis. Sermo CXIIII.

Accede ad altare et offer holocaustū et deprecare pro te et populo. Leuit. ix. Hec verba dixit moises ad aaron sacerdotē. q̄ cōgrue adaptant nro nouo sacerdoti quē dñs nr̄ p ea hortat ad offerēdū hodie i altari sacrificiū corporis et sanguinis ei pro eo et pro populo. q2 ad h ex officio suo obligat. Vñ Gre. in. c. p abeūtib. xiij. q. ij. Quis em̄ oēs pctis sub iacem: cōgruit tñ sic scā tenet eccl'ia vt sacerdos p vere catholics viuis atq3 defunctis memoriā faciat et intercedat. q2 scptū ē in Leuit. Si qs peccauerit veniat ad sacerdotē q̄ orabit p eo coram deo et dimittet ei. Vñ Joel. ij. dr q inter vestibulū et altare plorabūt sacerdotes ministri dñi. Plorare aūt dñt sacerdotes p suis et ppli criminibus vt suo ploratu pplm ad plorandū excitēt et dicēt sacerdotes. Parce dñe parce pplo tuo. Nā q̄tidie dñt orare p pplo: q2 q̄tidie pctā ppli comedūt oblatiões et elemosynas ab ipis recipiēdo nō so[...] p viuis s3 et p defunctis vt dic Alexāder papa i. c. ipi sacerdotes. j. q. j. Et Gre. Sacerdotis negociū est orationē fundere et p iustis ne cadāt: et pro pctōrib vt resurgāt: necnō p defunctis vt a penis eripiāt. Jō dicebat i nr̄o themate. Accede ad al. etc. A In qbus q̄dē verbis tria notare possum. Primū isti noui sacerdotis dignitatē. ibi. Accede ad altare. Secundū sui officij excellentiā. ibi. et offer holocaustū. Tertiū toti eccl'ie cōem vtilitatē. ibi. p te et pplo. Primo notat dignitas huius noui sacerdots. Vñ Amb. i suo pastorali dic. q nihil excellētius in seclo h reperiri pt. vt tñ dignitatē ocul demōstrem nomē cōgruat actioni et actio correspōdeat noi. Berñ. O sanctissimi sacerdotes filij dei altissimi nulli reges: nulli pncipes sūt vobis digniores. q2 vos estis gens electū: regale sacerdotiū. gēs scā: et ppls acquisitiōis. vt dic b. Petr. j. Pe. ij. Quare h. q2 vobis illa dignitas ē collata q̄ etiā est angelis negata. et btē marie virgini minime cōicata. vos tāgitis sacrificiū et cōficitis illū cui tremens seruit tot cetus angelox. et q̄ felix ē q̄ ad h nat est et cui tanta dignitas cōfert. nō ab angelo vel ab aliq̄ hoie s3 a dño deo qd ptestatur sacra scriptura ad Heb. v. di. Neo sibi assumat honorē nisi q̄ vocat est a deo tāq3 aarō. Aug. O venerāda dignitas sacerdotū si ɔteplare poters altitudinē celi altior es. si pulcritudinē celi pulcrior es si nobilitatē angelox nobilior es. vñ inter ceteras creaturas dignissima et nobilissima es: et nō solū angel dignior s3 oib regibus et pncipib. solo nāq3 creatore inferior es. Aug. sup epl'am ad Heb. dic q oēs sacerdotes ve. test. fuerūt de tribu leui. xpus aūt summ sacerdos et ver pōtifex fuit de tribu iuda et regali. sic em̄ trāslatū est sacerdotiū de tribu ad tribū. d sacerdotali ad regalē. Jdcirco ordo sacerdotal pemīet dignitati regali. vt hr in. c. duo sūt. xcvj. dist. Chrys. li. iij. de dignitate sacerdotali. sic dic Per ipos nāq3 sacerdotes dñm nr̄m iesū xpm videmus. p ipos vo dei filio ɔiungimur. et p ipos mēbra hui capits efficimur. vñ p3 q ex sacerdotali officio et sacrali ministerio emanat sal xpianox oimq3 pplox. et q ipox officiū ē sūme gl'iosuz. B Ad cui euidētiā no. q dignitas isti sacerdots ñ solū hoies mortales s3 etiā angl'os imortales pcellit. et h triplici potētia. Pria cōsistit in dñici corpis ɔsecratiōe. q2 nō angel i cena s3 solū sacerdotib dictū ē. j. Cor. xj. Accipite et come. h ē cor. me. h facite. i. corpus meū ɔficite. i. meā ɔmeoratiōz. i. i mēoriā mee amarissime passiōis. et ibidē i cadē cena dñs nr̄ ihs xps suā pmā missā celebrauit et pmos sacerdotes i noua lege. s. apl'os ordīauit qb plenariā ptātē h ɔficiēdi dedit. et tūc etiā nob seqntib vsq3 ad ɔsumationē secl'i. vt hr mat. vl. Ecce ego vobiscū sum vsq3 etc. s. in sacro eucharistie. Et credēdum est firmit q qñcūq3 sacerdos dic verba ɔsecratiōis i missa cū intētiōe ɔficiendi q tūc in instāti celū ē aptū sup eū et angeli dei descēdūt ad ministrādū ei i ɔsecratiōe corpis xpi. Berñ. Jn sacro eucharistie angeli dei famulant ei: mille a dextris et mille a sinistris. q̄dā se curuātes: q̄dā brachia ei leuātes. quidā vo suū creatorē adorātes. Hiero. Ecce q̄ mag est ptās sacerdotū. q2 nō est maior post deū sicut ptās sacerdotū Berñ. O venerāda sacerdotū dignitas intra q̄rū man dei pris fili velut i vtero matris incarnat. id ē cōficitur. O celeste mysterīū qd p vos pater filius et spūsscūs tā mirabiliter operat. celū mirat. terra obstupescit. horrescit infernus. cōtremiscit dia

bolus.et q̄ꝫ plurimū angeloꝝ celsitudo re-
uereretur.et ꝓpter hāc potestatē pōt dicere il
le nouus sacerdos cum ꝓpheta. Quid retri
buam dn̄o ꝛc̄.quare.qꝛ prius filius dei fuit
iam erit pater sui creatoris. Bern̄. Certuꝫ
est iudiciū cū sacerdos sit creator sui crea-
toris ꝙ nūq̄ꝫ debeat a suo creatorc separi.
Gaudeat hodie pater et mater eius et oīs
parentela tam in vita q̄ꝫ in morte ꝙ talem
ꝓtulit filium ꝛ talē habent nepotē qui ho-
dierna die in officio maior efficit̄ angelis.
dignior omni creatura:qꝛ pater dei. Oīs
enim sacerdos pater fit christi rōne sacra-
menti. Gaudeant etiā:qꝛ sacrificiū misse ē
deo acceptius q̄ꝫ omne aliud sacrificiū qđ
vnq̄ꝫ est fuit vel erit q̄ꝫ oēs orōnes. elemo-
syne.ieiunia. peregrinatiōes. et castigatio-
nes ꝛc̄. Ratio.quia sicut dn̄s noster Jesus
christus melior est q̄ꝫ oēs sancti et angeli.
sic etiam oblatio corporis xp̄i melior est oī
oblatione ꝛ orōne. ideo acceptior vt dicit
Alexander papa in.c. nihil i sacrificijs.de
cōse.di.ij. ¶ Gratian⁹ in apparatu di-
cit. Missa est libenter audiēda:qꝛ astantes
vna cum sacerdote hoc sacrificiū offerunt
deo patri. Item qꝛ deuote astantes et sine
peccato mortali corpus ꝛ sanguinē dn̄i no
stri Jesu xp̄i spiritualiter manducāt. Item
qꝛ deuote astantibꝫ dimittunt̄ etiā pctā ve
nialia. Item qꝛ nullū sacrificium ita ꝓdest
ad augmentū gratie ꝛ diminutionē pene ꝛ
relaxationē culpe ꝛ ad mitigationem pene
defunctoꝝ parentū ꝛ amicoꝝ sicut hoc sa-
crificiū. Item qꝛ sacerdos ꝓ circumstanti-
bus orat dicens. Memento dn̄e famuloꝝ
famularūq̄ꝫ tuarū et omniū circumstantiū
quorum tibi fides cognita est ꝛ deuotio ꝓ
quibꝫ tibi offerimus ꝛc̄.vsq̄ꝫ. incolumita-
tis ꝛc̄. Et in ista orōne sacerdos procedit si
cut magister in scolis declinādo ꝑ casus.
Primo incipit a nominatiuo noīando se-
ipm̄ et fideliter deū orando vt adiuuet ipm̄
officiū suū taliter ꝑficere vt deo laudabile
fiat ꝛ salubre oībꝫ viuis ꝛ defunctis. Scđo
ꝓ genitiuo.i.ꝓ parentibꝫ q̇ eū genuerunt et
nutrierūt. Tertio ꝓ datiuo.i.ꝓ oībus bn̄fa
ctoribꝫ suis q̇ se cū muneribꝫ suis et elemo-
synis sibi deuote ꝯmendauerūt siue adhuc
cōmendant. Quarto ꝓ accusatiuo.i.ꝓ illis
q̇ ipm̄ pessime et minus iuste pluries accu
sauerūt ꝛ ꝯtra ipm̄ ṽbis ꝛ factis male ege-
rūt.scꝫ detrahendo.molestando.obloquē-
do famā et vitā ipsius denigrādo nō atten
dentes apl'm ad Gal'.v.dicentē. Qui ꝯtur-
bat vos iudiciū dei portabit quicūq̄ꝫ est il
le. Vn̄ de talibꝫ dicit Anacletus papa i c.
accusatio .vij.q.j. Si detractores quorū
cunq̄ꝫ grauiter iudicant̄ et in ꝑditionis la-
queū cadūt.multo magis laceratores ser-
uorum dei damnant̄ et a vindicibꝫ flāmis
exurent̄.vt patet in Dathan et Abyron ꝓ
eo ꝙ moisi et aaron insultauerūt terra ape
ruit os suum et deuorauit eos. Nume.xvj
Itē legit̄ de Helizeo quē q̄draginta pueri
deriserūt ꝛ orauit deum vt ipm̄ vindicaret
statim duo vrsi irruerūt in eos ꝛ deuoraue
rūt.vt hꝛ.iiij.Re.xx. Vn̄ Eccl.vij. Hono
rifica sacerdotes ꝛ ꝑtē da illis qđ tibi dn̄s
cōstituit. Quinto ꝓ vocatiuo.vt de⁹ ꝛ dn̄s
noster iesus xp̄s dignet̄ ad se cūctos infide
les ad cognitionē sui sanctissimi noīs cle-
mēter vocare ꝛ ꝯuertere. Ultimo ꝓ ablrō
id ē ꝓ raptoribꝫ ꝛ furibꝫ vsurarijs vt totali
ter restituāt quēadmodū Zache⁹ fecit ꝛ de-
inde a rapina furto atq̄ꝫ vsura cessent.quia
ſm b. Aug.peccatū nō dimittit̄ nisi ꝛc̄.vt i
regula.peccatū.de reg.iur.li.vj. Itē pie cre
ditur ꝙ quicq̇d hō ad necessitatē suā come
derit vel biberit h̄ sibi plus ad salutē ꝛ sani
tatē proficit.qꝛ illa die missam audiuit q̄ꝫ q̇
nō audiuit. Vn̄ Hiero. Ex q̇ sacerdos est
tā potēs:iō esto subdit⁹ sibi:et ipm̄ q̄si deū
oipotentē ama. Et subdit. Qui sacerdoteꝫ
nō amat nll'o mō p̄t amare xp̄m. Et sic ptꝫ
p̄ma potētia dignitatis:que cōsistit in dn̄ici
corpis ꝯsecratiōe. Scđa potētia dignitatis
cōsistit in pctōꝝ remissione. Angeli em̄ nō
pn̄t pctā dimittere sꝫ veniā implorare. Sa
cerdotes ṽo hn̄t ptātē pctā dimittere. qđ
ptꝫ in b. Petro.cui et ei⁹ successoribꝫ tribu
it ptātē claudēdi ꝛ aperiēdi celū. Mat.xvj
Tibi dabo claues re.ce.et qđcūq̄ꝫ sol.ꝛc̄.
Gre. O q̄nte sublimitatis ē dignitas vr̄a.qꝛ
lingue vestre claues celi facte sunt.qꝛ raro
vel nūq̄ꝫ deus dimittit pctā sine sacerdote.
Qđ ostēdit ipe xp̄s qn̄ dixit decē leprosis.
Ite ostendite vos sacerdotibꝫ. in hoc no-
tans oēs pctōres.q̇ ꝓpter pctā sua lepro
sis cōparant̄ ꝙ se debēt ostēdere sacerdoti-
bus cōfitendo peccata sua:et ab eis bona
exempla suscipiendo. Vn̄ dn̄s Matth.v.
Sic luceat lux vestra coram hominibꝫ ꝛc̄.

Ex illis patet ꝙ sacerdos debet esse bone
et honeste vite.scꝫ dando bona exēpla su-
is subditis.Item debet esse mundus mēte
et corpore.q2 dñi officio debet esse intent⁹.
vt p tꝫ in.c.ipi sacerdotes.j.q.j. Necesse est
vt manus q̄ sordes abluere curat sit mūda
Ita etiā cū Lazarū a morte suscitauit tra-
didit eū discipulis suis nō Marthe neqꝫ
alijs dicēs.Soluite eū:innuens ꝙ solis sa
cerdotib⁹ data est potestas ligandi ⁊ soluē-
di.et sic secūda dignitas cōsistit in remissio
ne peccatoꝝ.Tertia potētia cōsistit in cla-
uium regni celestis collatiōe. Matth.vbi
supra.Tibi dabo claues ⁊c.Damasce.Nā
peccator cū mortaliter peccat tūc aperitur
sibi infernus ⁊ claudit̄ sibi celum. sed ꝙcci-
to sacerdos eum absoluit tūc ecōuerso sibi
infernus claudit̄. De hac potestate clauiū
vide supra in p̄cedenti sermone in p̄mo of
ficio sacerdotis qđ est iudicare.Secundū
principale quod in themate tangit̄ est ex-
cellentia sui officij. Circa quod sciendū ꝙ
holocaustū et munus illud qđ ille nouus
sacerdos hodie ad altare accedēs offert est
ille agnus immaculat⁹ quē Abel in figu-
ra obtulit.Gen.iiij.Et Abraam Gen.xxij.
vbi dicit̄ ꝙ Isaac liberabat̄ cū aries imo-
labatur.Sic etiam ꝓ nobis caro christi sa
crificatur sed diuinitas manet illesa E

Ubi notandū ꝙ in veteri testamento sa
cerdotib⁹ tria principaliter fuerūt cōmissa.
Primo:q2 ampliori modo se p̄ alijs sancti
ficabant.Uñ Exo.xix.ca.dicit̄. Sacerdo
tes qui accedūt ad deum sanctificent̄ ne a
deo percutiant̄. Et.j.Machab.iiij.dicit̄.
ꝙ dñs elegit sacerdotes sine macula volū-
tatem habentes in lege dei.Quapropter p̄
cipitur sacerdotib⁹ in noua lege vt sint mū
di.quia diuino officio et sacrificio debent
esse intenti.Secundo sacerdotib⁹ veteris
testamenti erat cōmissum populo predica
re et legem docere.Hiere.iiij. Predicate et
nolite cessare.Et Esa.lviij.c.Clama ne ces
ses.Idem etiam precipitur sacerdotib⁹ in
noua lege.Matth.vlt.Euntes in mundū
vniuersum predicate ⁊c.quia ego dabo vo
bis os et sapientiā cui nō pñt resistere om-
nes aduersarij vestri.Et qui verbū dei nō
spargit penā eterne damnationis incurrit.
Unde subditos nō corripere sed fouere ē
eos occidere.Ideo apl's.j.ad Thess.ij.di-
cit.Ita dei euangelium loquamur nō q̄si
hominib⁹ placentes sed deo qui ꝓbat cor-
da nostra.Neqꝫ enim fuimus aliqñ in ser-
mone adulationis sicut scitis neqꝫ in in oc
casione auaricie:deus testis est.neqꝫ q̄ren-
tes ab hominib⁹ gloriam neqꝫ a vobis ne-
qꝫ ab alijs.Et ideo Hiero.super Leuit.et
habet̄ in.c.si q̄s.xxxvj.di.Si q̄s vult pon
tifex nō tam vocabulo esse q̄ꝫ merito imite
tur Moisen:imitet̄ Aaron.Quid em̄ dici
tur de eis nisi quia nō discedunt de taber-
naculo dñi.Erat enim moises indesinen-
ter in tabernaculo dñi.quid aūt opus erat
ei vt aut a deo aliquid disceret aut ip̄e po-
pulum doceret.Hec duo sunt pontificis
opera vt a deo discat legendo scripturas
diuinas ⁊ sepius meditādo aut populum
doceat sed illa doceat q̄ a deo ip̄e didicerat
nō ex ꝓprio corde vel humano sensu:sed q̄
spiritussanct⁹ docet.Quapropter b.Aug.
dicit ad fratres suos in quodam sermone.
Fratres charissimi quotienscūqꝫ vobis di
uina p̄dico necessitate cōpellor cōsideran-
tes periculū meum debetis patienter ferre
Nō em̄ est leue qđ spūssanctus ꝑ ꝓphetam
suū Ezech.dicit.Speculatorē te dedi do
mui israel.Ideo quotiēs vobis diuina p̄-
dico cōscientiam meā apud deum absoluo
Timeo enim Heli sacerdotē qui vidit fili-
os suos adulteria cōmittere ⁊ eos nō cor-
rexit vt debuit.ideo vna die tanta mala fa-
cta sunt ꝙ triginta milia hominū interfe-
cti sunt.duo filij eius occisi sunt.arca vero
capta ē.Et ip̄e Heli vt audiuit de sella sua
retrorsum cecidit ⁊ mortuus ē.et q̄uis fue-
rit sacerdos sctūs eque bñ īfernū intrauit.
Propterea ego me timeo et sum vobis im
portunus.Tertio sacerdotibus veteris te
stamenti erat cōmissum ꝙ orare deberent
pro populo.j.Regū.vij.dixerunt filij isra-
el ad Samuelem.Ne cesses orare pro no
bis ad dominū deum.Et Moises orauit
ad dominū dicens.Dimitte populo huic
noxam hāc:aut dele me de libro vite.Exo.
xv.ca.Sic etiam facere debet sacerdos in
noua lege.Hieronym⁹ vbi supra in dicto
ca.si quis.xxxvj.dist.dicit.Est ne aliud o-
pus quod facit Moises ad bella non va-
dit:non pugnat cōtra inimicos.sed quid
facit orat:et donec orat vincit popul⁹ eius
Si laxauerit et dimiserit manus populus

vincitur ꝛ fugatur. Oret ergo sacerdos indesinenter vt vincat popul⁹ q̄ sub ipso est. Hostes qui sunt demones impugnantes eos q̄ volūt pie in xp̄o viuere Hec Hiero. Tertium principale qđ in themate tangit est cōmunis vtilitas totius ecclesie. scʒ deprecare ꝑ te et toto populo. F Circa qđ notandū ꝙ oratio sacerdotis vtilis est in hoc mūdo et etiā in purgatorio existentibus. In mundo existentibus dupliciter. Primo per orationē sacerdotis in missa factam diabolū vincimus. Secundo ab ira dei ꝓtegimur. Et si oratio sacerdotū nō esset sepius ira dei sup nos peccatores descē deret. Deus eñi nō merita ꝑsonarū cōsiderat: sed officia sacerdotū. q2 totus mundus nō posset efficere qđ oratio vnius iusti sacerdotis facit. Nam Helias erat homo similis nobis: ꝛ oratione impetrauit vt non plueret sup terrā annos tres ꝛ menses sex. iij. Re. xviij. Et Aaron pontifex stans inter mortuos ꝛ viuentes deprecat⁹ est ꝑ populo et statim cessauit plaga. Nume. xvij. Quapropter cū fiducia accedam⁹ ad illum nouum sacerdotem. sicut Karolus accessit ad sanctū Egidiū cuius ꝓcib⁹ veniam meruit omniū suoꝝ peccatoꝝ. Vñ Cassiodo. Per orationē deuotā ira dñi suspenditur. venia ꝓcuratur. pena relaxat᷑. et premioꝝ largitas impetrat᷑. Rogemusq̄ eū vt hodie eleuādo deo patri corp⁹ ꝛ sanguinē vnigeniti filij sui orādo dicat. Ex q̄ ꝓprio filio tuo nō pepcisti: sed ꝑ nobis oīb⁹ illū tradidisti. ideo rogo te clemētissime pater ꝑ oēs penas quas filius tuus volūtarie ꝑ nobis sustinuit in eodē corpore vt miserearis oībus pro quibus tibi hoc sacrificium offero vni trino et vero deo in secula benedicto Amen.

Ad idē in primitijs noui sacerdotis
Sermo CXXIIII.

Honorifica sacerdotes et da illis partē: sicut mandatū est tibi. Eccl. vij. Videmus plerūq̄ dignius ꝛ vtil⁹ plus honorari et appreciari. Jō ph̄s. viij. ethic. dicit ꝙ maiorib⁹ debet᷑ honor: minorib⁹ ꝟo lucrum. q2 honor est p̄miū virtutis ꝛ bñficij. lucrū aūt est auxiliū indigentie: et in. l. honores. ff. de decur. dicit᷑ ꝙ honores et munera nō ꝑm ordinationē. l. nō ꝑm ordinē temporis: sed potiorib⁹ q̄buscunq̄ iniungenda sunt. Cum aūt sanctū sacerdotiū sit maximū dignitate: et omnia temporalia excellat sicut sol lunā. vt habet᷑ in. c. solite. de maio. et obe. relinquit᷑ ꝙ ab omnib⁹ et in oīb⁹ honorari debeat. Et in auten. quō oportet epōs. coll. j. in p̄n. dicit᷑. Maxima in omnibus sunt dona dei sacerdotiū et imperiū Illud quidem diuinis ministrās: hoc autem humanis p̄sidens. ex vno eodē q̄ p̄ncipio vtraq̄ p̄cedentia humanā exornant vitam. Unde christus exercuit actus ꝓprios vtriusq̄ dignitatis. Quedā enim fecit vt imperator quādo vendentes ꝛ ementes de templo per flagellum eiecit. Quedā autem fecit vt sacerdos quādo se obtulit hostiam discipulis dicens. Hoc est corpus meū vt ꝑ hoc ostenderet ꝙ vtraq̄ dignitas ab ipo manaret. vt in. c. quoniā. x. dist. Debēt igit᷑ sacerdotes merito honorari. put sapiēs in verbis thematis p̄cepit dicens. Honorifica sacerdotes ꝛc. In quibus quidē verbis duo tanguntur q̄ veniunt declaranda. Primum dicitur honorificationis in principio thematis. Honorifica sacerdotes. Secūdum retributionis. ibi. Et da illis partem ꝛc. A Ad euidentiā primi nota ꝙ sacerdotes sunt honorādi ꝓpter sex rationes: quas vide supra sermone. cxij. Breui⁹ autem hunc articulum prosequendo dico ꝙ honorificare debemus sacerdotes propter tria. vicʒ ꝓpter dignitatē regalē. ꝓpter sanctitatem exemplarē. et propter vtilitatem generalem. Primo propter dignitatem regalem. Naʒ dignitas sacerdotalis in hoc merito honoratur ꝙ diuina dispensatione sacerdotes reges cōstituunt᷑ ad regendū se et alios. Vñ Hiero. in. c. duo sunt genera. xij. q. j. loquens de sacerdotibus sic ait. Hi sunt reges se ꝛ alios virtutibus regētes. et hoc designat corona in capite quā habent in signum regis et regni quod expectant a christo. Et habēt sceptrū vicʒ sapiētie qua fulgere debent. ꝓpter qđ et tāq̄ ad reges loquit᷑ ipa sapia increata. Sap. vj. Ad vos igit᷑ reges sūt hi sermones mei vt discatis sapientiā. q2 ꝑm beatū Hiero. officiū sacerdotis est interrogantib⁹ respondere de lege Malach. ij. Labia sacerdotis custodiunt

scientiã et legẽ requirẽt de ore eius. Tenẽ-
tur igitur legem scire: non tm̃ implicite sed
etiam explicite. nec eos excusat ignorantia
Quia ſm Chrys. non potest esse excusatio
damnationis ignorãtia veritatis. Propter
qđ pcipit psonis ecclesiasticis. in. c. q eccle
siasticis. in. §. ecce. xxxvj. dist. Predicatores
p qs ecclesia circũfert sacris lrĩs sp debent
insistere. nec tũc querãt addiscere cũ alios
ex officio debeãt docere. Nã Greg. papa
ait. Nullus est quẽ oporteat vel plura vel
meliora scire q̃ principẽ et rectorẽ. Jõ Se
neca ait. Si alterũ pedem in sepulcro alte
rum extra haberẽ adhuc addiscere vellem.
Sed heu charissimi q̃les sunt hodie mul
ti rectores ꝛ plati q seipos nõ valẽt regere
alijs ergo quõ poterint pesse. Vñ apl's. j.
ad Thi. iij. Si qs inq̃t domui sue pesse ne
scit: ecclesie dei quõ diligentiã habebit. q.
d. nullo mõ. Tales rectores cecos et insi-
pientes cõparat. Berñ. in lib. de cõsidera-
tione symee currenti in tecto: dicẽs. Rex fa
tuus in solio est symea in tecto. q nihil cõ-
ponit ꝛ vnit. sed qđ cõpositũ est dissoluit ꝛ
diuidit. Vñ reuera [illegible] est hodie necessariũ
mittere in tharsis ad portandũ symeas et
pauones. sicut legit de Salomone. ij. Pa
ralip. ix. q misit naues in Tharsis ad por-
tandum symeas et pauones. qr inter ipos
clericos iam multos ad modũ symearum
inuenimus fatuos pennis pauonis ami-
ctos. Scđo honorificare debem⁹ sacerdo
tes pter exemplarẽ sanctitatẽ ad quã spe-
cialiter sunt electi. Vñ b. Petr⁹. j. Pet. ij.
dicit de sacerdotib. Vos estis gen⁹ electũ
regale sacerdotiũ. gens sancta pplus acq̃si-
tionis. Jn qb verbis notat pmo q sacer-
dotalis ordo est eternaliter pdestinat⁹ ad h
vt sit sanct⁹. Ad Eph. j. Elegit vos in ipo
ante ꝯstitutionẽ mũdi vt essetis scti ꝛ ima-
culati in ꝯspectu ei⁹. Elegit g dñs sacerdo-
tes vt mĩstros salutares. seruos peculiares
ad sacramẽtoꝝ suoꝝ dispensationẽ. vt hĩ i
c. puenit. de ꝯse. di. ij. vt sancta ꝯtrectẽt ꝛ cõ
ficiant. di. xxvj. plectis. sed q sancta habẽt
tractare decẽs est vt etiã sint sancti. vt patz
de cõse. di. iij. trib. Propter qđ dñs prece-
pit oib sacerdotib Leuit. xxviij. Sacrifi
cate ꝛ scti estote qm̃ ego sctũs sum dñs de
us vester. Et Hiero. in epl'a ad Pamachi
um ꝛ Marcellũ inq̃t. Oportet nos clerica
tus honore nõ abuti sed diligenti custodia
mandatoꝝ hoc esse qđ videmur. Qia em̃
insignia clericoꝝ virtutes in nobis repre-
sentãt: ꝟtutes clamãt. Clamat corona pau
pertatẽ. vestis honestatẽ. stat⁹ puritatẽ. cul
tus castitatẽ. pfessio humilitatẽ. exemptio
religionẽ. officiũ deuotionẽ. studiũ cõtem-
plationẽ. Et iõ nisi virtutib polleam⁹ to-
ta vita nr̃a mẽdaciũ est ꝛ imago deformis.
qr mentit caput. mentit habit⁹. mentit sta-
tus. mentit cult⁹. mentit pfessio. mentit ex-
emptio. mentit officiũ. mentit ꝛ studiũ. Et
xpc h nos sum⁹ cleric⁹ pictus. cleric⁹ men-
titus. Hec ille. Tertio sacerdotes dñt ho-
norari pter nostrã vtilitatẽ. vide supra in
sermone. cxij. sex vtilitates pter q̃s merito
sũt honorãdi. Jbi q̃rto sunt honorãdi. Ad
ppositũ tñ adducã tres. Prima vtilitas p-
pter quã sunt honoradi ẽ potestatis. Nã
in curijs dñoꝝ potẽtior et vtilior solet pre
alijs honorari. sicut habet Geñ. xlj. de Jo-
seph q secũdus post regẽ ꝛ vicarius Pha
raonis in tota terra egypti ab oib hono-
rabat. imo etiã a fratrib honorat⁹ et ado-
ratus est. Sic etiã sacerdotes vicarij sum-
mi regis qb dñs nr̃ tribuit potestatẽ ligã-
di ꝛ soluẽdi ꝛ clauẽ regni celoꝝ vt aperiant
et claudãt. Mat. xviij. Que cũq ligaueris
sup terrã ꝛc. honorari debẽt ab oib. Ma-
gna igit hec vtilitas est pplo xpiano habe
re tales secum in terra habẽtes potestatem
ligandi et soluẽdi potẽtes aperire et clau-
dere celũ. B Sed querit. an illa pote
stas sit equalis in omnib sacerdotib. Ad
hoc dico ſm Bonauen. et alios doctores
in q̃rto. dist. xix. q potestas illa potest du-
pliciter cõsiderari. vel quantũ ad essentiã.
vel q̃ntũ ad vsum. Si primũ: radicalit est
in anima sicut et caracter impressus in or-
dinatione: et equalis est in omnib sacerdo
tibus. et quilibet ſm hanc est alteri equa-
lis papa. episcopus siue simplex sacerdos.
vt habetur in ca. legimus. xciij. dist. vbi di
citur. Vbicunq fuerit episcopus siue Ro
me. siue Eugubio. siue Cõstantinopoli. si
ue Regio. siue Alexandrie ꝛc. eiusdem me
riti est et sacerdotij. Alio modo possumus
loqui quantum ad vsum. et hoc modo re-
quiritur auctoritas iurisdictionis. Nemo
enim potest alium ligare aut iudicare nisi
qui iudex eius ꝯstituitur ab eo qui potest.

Cum enim sacerdos fuerit p̄sentatus ⁊ ab ep̄o cōfirmatus tunc acq̇rit iurisditionē. et iurisditio est tāꝗ vis motiua ip̄ius clauis potestatis. hac aūt deficiente q̄ clauē moueat: et si assit clauis nūꝗ aperit. et si amittitur hec iurisditio cessat etiā clauis executio. et s̄m h̄ q̄ꝫtū ad iurisditiōis administrationē differētia est. qꝛ papa ordinatiōe diuina p̄latus est oībꝫ ep̄is. postea ep̄s aliȷ̄s sacerdotibꝫ. Sc̄da vtilitas ꝓpter quā sacerdotes sunt honorificādi dicit̄ familiaritas. Magnū est ⁊ honore dignū aliquē familiarē eē impatoris potētē intrare et loqui cū eo et irā eius placare. Sic sacerdos in curia dei est familiaris potēs deo loq̇ ꝑ suā orationē ⁊ eiꝰ irā placare ⁊ ꝓp̄lo pacē impetrare. sicut figurat̄ Exo. xxxij. in Moise. q̇ dū filiȷ̄ israel peccassent adorādo vitulū cōflatilē immolātes hostias: loquēte dn̄o ad moisen dicēs. Vade descēde: peccauit populus tuꝰ: dimitte me vt irascat̄ furor meꝰ cōtra eos vt deleā eos. Rogabat ip̄e ꝓ populo: et placatꝰ est dn̄s ne faceret malū qd̄ locutꝰ fuerat aduersus ꝓp̄lm. q̄re dicit̄ in. c. ip̄i sacerdotes. j. q. j. ꝙ sacerdotes q̇ ꝓ populo interpellāt pctā populi comedūt. qꝛ suis p̄cibꝫ ea delēt atqꝫ ꝯsumūt. Tertia vtilitas dr̄ ꝯsecratiōis. Maximū nāꝗ est ⁊ dignissimū sacerdotē posse creatorē suū creare. et ꝓ humana salute deo patri ī missa offerre. q̄re oī honore digni sunt nec detrahēdi sicut docet Thelesphorus papa in. c. sacerdotes. vj. q. j. dicēs. Sacerdotes q̇ ore ꝓprio corpꝰ dn̄i ꝯficiūt ab oībꝫ sunt obediēdi et timēdi: nō dilacerādi aut detrahendi. qꝛ a q̇bꝫ se ꝓp̄ls dn̄i bn̄dici ⁊ saluari aut instrui cupit nullatenꝰ eos arguere debꝫ. Ad hoc em̄ b. Gre. hortabat̄ Mauriciū imperatorē vt sacerdotibꝫ debitū honorē exhiberet. lib. v. in registro. et h̄r in. c. sacerdotibꝫ. xj. q. j. sic dicēs. Nō indignetur sacerdotibꝫ dn̄s meus: sed excellenti cōsideratiōe ꝓpter eum cuius serui sunt: ita eis dominet̄ vt debitā reuerentiā impendat. qꝛ illi aliq̄n ī diuinis eloquiȷ̄s dȷ̄ ⁊ bn̄ angeli nominant̄. Cōtra hoc faciūt denigrātes eoꝝ famā suis detractionibꝫ qd̄ nūc valde cōmune est: licet grauissimū peccatū sit. Vn̄ Cōstantinus imperator dicit. et h̄r in. c. in scripturis. xcvj. dist. Si de dn̄i sacerdotibꝫ q̇ iure patres dicunt̄: aliquid cōtingit vos audire quod cōfusionē piȷ̄s mentibꝫ ingerat nō infrunitū. id est inuerecundū. sed pudoratos filios Noe imitātes patriā de reliquo verecundiā cōtegatis vt affluenti quēadmodum ⁊ illi benedictiōe repleri moderante dn̄o mereamini. Secundū qd̄ ex themate venit declarandū dicit̄ retributiōis: qd̄ tangit̄ ibi. Et da illis partem ⁊c̄. Ad cuius euidentiam nota ꝙ illa retributio et datio consistit in fideli solutione iurium parrochialium et maxime decimarum ⁊c̄. Prosequere vt habes supra in sermone sepedicto circa finem: ibi. Tertio fideles ⁊c̄. vsꝫ in finem.

Sermones perutiles de sanctis per circulum anni eximiȷ̄ doctoris: ac ecclesie Patauien̄. Canonici dn̄i Michaelis Lochmayr. cum vigintitribꝫ sermonibus magistri Pauli wann annexis. Expensis prouidi viri Johannis Rynman: diligenter reuisi ⁊ emēdati. Impressiꝫ in imperiali oppido Hagenaw per Henricū Gran finiunt feliciter. xxiiij. die mensis Martiȷ̄. Anno salutis post Millesimū quingentesimum.

Quadragesimale siue Tractatulus Pauli wān doctoris sacre theologie. De preseruatione hominis a peccato.

Incipit registrum super .xix. sermones sequētes in tractatulo de

preseruatiōe hoīs a peccato. Primo: terminorum. scḋm materias p̄dicatoribus et aliis magis necessarias p ordinē alphabeti: distinguēdo quēlibet sermonē p litteras alphabeti vt premissuz est. Ita vt numerus posit⁹ ostēdat sermonē in quo materia que queritur īuenit: et littera alphabeti vna vl' plures: locū eiusdē sermōis vel pluriū si plures nūeri ponunt. Nā sepe de vna materia tractatur ī diuersis sermōibus. Et quātū ad h̄ ponit nūer⁹ diuersorum sermonū et litterarum alphabeti vt patebit.

Adulatores ser.vij. D
a Anime rōnalis dignitas ser.j. C
Anima impugnatur per sensus exteriores.ser.v. A
Arri⁹ heretic⁹ fere totū mūdū infecit s.xlij. H
Astutie diaboli m'ltiplices.ser.xij. C.D.E. per totum.
Auditū debem⁹ custodire ꝓpter tria s.vij. A
Audiendo quis peccat multipliciter.sermo.vij.B.E.per totum.
Alneorum vsus qn̄ sit illicit⁹ s.x.M.
b Boni ꝓpositi fractio dat occasionē diabolo ad tentandum s.xvj. J
Boni debent gaudere de hoc q ipsi vexant et mali florent.ser.xviij. A
Cantum audire quando sit peccatum.ser.vij. E.H.J.
c Charitas ser.xvij. B
Caro qualiter tentat ser.xi. D.F.G.H.J
Cogitationū triplex distictio.ser.ij. A.B.C
Cogitatiōes tripl'r sunt iutiles ser.ij. C.D.
Cogitationes culpabiles sunt quadruplices ser.ij. E
Cogitationes malas quomodo debemus excludere.ser.ij. G
Confessio peccatorum valet contra tentationes ser.xvij. N
Cōsideratio seriosa suiipsius preseruat a peccato.ser.j. E.F
Cor hominis quid sit ser.ij.D et ser.vi. G
Crux christi ser.xvij. O
Cura temporalium rerū dat diabolo occasionem ad tentandum ser.xvj. G
Curiositas sensuū est piculosa ser.xvj. H
Custodia oculorum et aliorum sensuum.ser.v.A.B.per totum.
d Defensio siue pugna in tentatione est vtilis ser.j. G
Demonium meridianū ser. xlij. H
Detractores ser.vij. C
Diabolus quō tentat.ser.xj. E
Diaboli malicia noscitur ex quattuor ser.xij. A.B.C.etc.
Diabolus fortius tentat bonos ser.xij. E.
Diabolus ē siīis monstro mirabili.s.xlij.D
Diabolus dicit leo et draco.ser.xlij A
Diabol⁹ ꝓcurat lites et dissēsiōes s.xlij.H
Diabolus apparuit ī specie christi: beate virginis. angelorum .et sanctorum ser.xlij. F
Diabolus quomodo decipit hominem in imaginatione ser.xv. B.C.D.
Diabolus quomodo tentat memoriam hominis ser.xv. E.J.
Diabol⁹ tentat hoīez ī intellectu.s.xv. F.H.
Diabolus tentat bonos ex pluribus causis.ser.xviij. L.
Dignitas humane nature ser.xvij.G.s.j.C.
Discutere seipm̄ ē sūme necessariū ser.j.F.G
Diuitie sunt spernende ser.xvij. J
Doctrina bona.ser.xix. F
Dormientes circa verbum dei.ser.xix D
e Eloquentia aduocatorum est eis et aliis periculosa.ser.xvj. D
Eucharistiam sumere valet contra tētationes.ser.xvij. R
Etorē īferni cauere debem⁹ s.xlij.C.
f Fides multum iuuat in tentatione, ser.xvij. B
Gula m'tipl'r ꝯmittit.s.ix.A.B.p to.
g Gula ml'ts mod ꝯtigit s.ix.G H p to.
Gustu peccamus grauiter s.ix. A.B
Gust⁹ hominis ē retro in lingua ser.ix. L.
Gustu cōmittuntur septem peccata mortalia ser.ix. D.E.F.G.
Gustu peccare quibus modis contingat ser.ix. G.H.J.K.
Gustū qua regula debet hō regere s.ix. M.
h Hominis natura prosternitur valde per duo ser.xliij.H. (s.xvij.G
Homīs dignitas quanta sit ser.j.C
Homo tentat deū quadrupliciē ser.xl.K.L
Honestas habet ex silentio ser.iiij. E.F
Humilitas vincit diabolum ser.xvij.O. ser.xviij. D.E.G.
i Ignis gehēne homini est cogitādus contra tentationes ser.xvij. G
Implicatio nimia terrenarum rerum dat occasionem tentandi a diabolo ser.xvij. D
Impudic⁹ ocl's noscit ex quinque ser.v. H

Instabilitas homini mala ser.xvj. k
Iudicium particulare ⁊ vniuersale vtile est homini cogitare ser.xvij. D
Iusticia hominis non debet eum seducere vt de ea presumat se esse iustum.ser.xvj. E
l Abor ɔtra tentatiões ser.xvij. P
Lectorum mollicies ser.x. L
Linguam cõpescere ⁊ custodire necessarium est.ser.iiij.per totum.
Lingua est custodiẽda ꝓpter q̃ttuor s.iiij. B
Lingue pctã sũt cauẽda.ser.z. C.D.E.F.G ser.iiij. A
Lingua quare data sit homini ser.iiij L.H
Ludus puellarum ⁊ adolescentum quando sit illicitus ser.x. D
Luxuria comparatur pici.ser.x. E
Luxuria demones letificat ser.x. F
Luxuria vincit maxime p fugã ser.xvij. H
m Alicia diaboli ser.xij. A.B.C.D per totum.
Meritum ex tentatione ser.xviij. F
Mors intrat per visum ser.vj. A.B ⁊c.
Mors homini cogitanda est contra tentationes ser.xvij. C
Mulierum fortitudo ⁊ dignitas ser.xix. M
Mulierum mali[illegible] periculum ibidem
Mundus quomodo tentat ser.xi B.C
n Obilitas aie siue hominis ex anima. ser.j.C.⁊ ser.xvij. H
o Ccasiones tentationum sunt multiplices.ser.xvj.A.B.per totum.
Ocium est vitandum ser.xvj. B
Oculi sunt bene custodiendi ne peccatũ per eos in animam intret ser.v. B.C. p totum
Oculi sunt pditores ⁊ raptores ser.v. C
Oculus impudicus quis sit. ser.v. H
Oculum figere in aliena persona quid sit sermo.vj. B.C.D
Odor spũalis ⁊ celestis ser.viij L.D
Odores fortes quõ offendũt ser.viij. k
Olfatum debemus custodire propter quattuor ser.viij B.C.D
Olfatu quis incurrit septem peccata mortalia ser.viij. E
Olfatu siue odore quãdo homo peccet mortaliter ser.viij F.G.H
Olfatus vbi sit ⁊ quid sit ⁊ quare in anteriori parte cerebri ser.viij. I.k
Oratio multũ valet ɔtra tẽtatiões s.xvij. k
Osculum multiplex ser.x. H.I
p Assio christi valet cogitata contra tentationes ser.xvij Q
Pix comparatur luxurie ser.x. E
Peccati vilitas ser.j. D.ser.xvij.F
Peccata lingue sunt multa ser.iiij. A.B
Peccata ex visu ser.v. A.B.per totum
Peccatum primorum parentum habuit initium ex visu ser.v. D
Preseruare se a peccatis est summa scientia. sermo.j. A
Preseruare hominẽ a peccato: quattuor sũt necessaria ser.j. B.C.D ⁊c.
Presumptio piculosa est mltiplicit s.xvj.D
r Eges quomodo illuduntur per vinum ⁊ mulieres ser.xix. M
Remedia contra tentatiões sermo. xvij. A.B.per totum
Resistendũ est tẽtationibus viriliter s.xvij.H
s Acra scriptura vtilis est contra tẽtationes ser.xvij M
Sensus exteriores dicũtur fenestre mortis ser.vj. A
Sensus exteriores qualiter sint ordinati. sermo.viij. A
Silentium obseruandum ẽ multiplici ratione ser.iiij. C.D
Somnolentia siue pigricia dat occasionem diabolo ser.xvj. F
Spes iuuat in tentatione ser.xvij. B
t Actus grauiter vulnerat ⁊ inflãmat sermo.x. A.B ⁊c.
Tactus quid sit et quãtum necessarius ser.x. B
Tactu mors intrat in animam ser.x. C
Tact9 aliene mulierꝭ mlta mala facit s.x.D
Tactus aliene mulieris quando est peccatũ mortale ser.x. H
Tactus quinqꝫ modis est inordinatus sermo.x. k.L per totum
Tentatio quadruplex sermo.xj. A.k.ser.xiij A.B.per totum
Tentationis remedium ser.xiij C.E.F.H
Tentatio diaboli grauis et aperta quadruplex ser.xiiij. B.C.per totum
Tentationis diaboli occulte quattuor gradus ser.xv. per totũ
Tẽtatio multa bona facit s.xviij.B.p totũ.
Tentatus nõ debet dsperare ser.xviij. M
Timor nocturnus ser.xiij. B
Timor vtilis quadruplex ser.xvij. C.D.E
Turpitudo peccati ser.xvij. F
v Ana gloria ser.xvj. C
Verbum dei est diligẽter audiẽdũ ꝓpter quattuor ser.j.H.I.ser.xix per totum

Verbū dei audiētes christ⁹ dilligit ſ.xix. A
Verbum dei confert audientib⁹ multiplicē fructum ſer.xix. B.per totum
Verbum dei paſcit ꝛ ſuſtentat ſer.xix. B
Verbum dei potat ꝛ inebriat ſer.xix C
Verbum dei rigat ꝛ fecundat ſer.xix D
Verbum dei ſanat et viuificat ſer.xix. E
Verbum dei ſeruat a morte ſpirituali ꝛ naturali ſer.xix F
Verbum dei penetrat ꝛ dilatat ſer.xix G
Verbum dei incendit:illuminat et mollificat ſer.xix. H
Verbum dei cōfortat ꝛ dulcorat ſer.xix. J
Verbum dei erudit ꝛ informat ſer.xix. K
Verbum dei armat ꝛ pugnat ſer.xix L
Verbum dei mundificat ſer.xix. M
Verbum dei impetrat gratiam ꝛ gloriam. ſermo.xx. O.P
Verecundia pctōrum eſt bona ſer.xvij. E
Veritas eſt fortis ꝛ venerabilis ſer.xix. M
Vinum ꝙ̄nociuum ſit ſer.xix. P
Viſus diligenter ē cuſtodiēdus ſer.v.B.C. per totum.ſer vj. F
Viſus incautus eſt occaſio ad ſeptē peccata mortalia ſer.vj. B.C.ꝑ totum

x ꝑus diligit eos qui libenter audiunt verbum dei ſer.xix. A

Sequitur registrū

exemplorum.

Antonij tentatio:ſer.xvij. J
a Aſtutie diaboli ſer.xij.D.E.F.G H.J.ſer.xv. B.D.E.F.G.H
Auditu offendit de⁹ ſer.vij.A.E.F.H.J.
Auditus quō debet cuſtodiri ſer.vij. A
c Aro qualiter tentat hominem ſermo.xj. F.G.H
Cogitationes quid faciūt ſermo.ij. B.C.D.E.ſer.xvij. L
Confeſſio.ſer.xvij. M
Corporis afflictio ſer.xvij. P
Cruciata contra infideles ſer.xix. J.L
d Emones vincuntur ieiunio ꝛ oratione ſer.xvij L
Diſcuſſio ſuiipſi⁹ vtil'ē hoi ſer.j. F
Diuitie cōtemnūtur ſer.xvij. J
Dormientes circa verbū dei ſer.xix. O
g Uſtu peccat homo ſer.ix. F
h Umilitas ſer.xvij. O
l Abor ad vincendum tētationes ſermo.xvij. P
Ligua cuſtodiēda ſer.iij.B.D.E.G
Luxuria vincitur ſer.xvij. J.L
m Ors cogitanda contra tentationes ſermo.xvij. C
o Cium ꝙ̄malum ſit ſer.xvj. B
Odor ſpiritualis ſermo.viij. C.D
Olfatu qualiter peccatur ſer.viij B.E
Oratio quanti laboris ſit ſer.xi L
p Aſſio chriſti memoranda contra tentationes ſer.xvij. O
r Igor diſcipline ſer.xvij. P
ſ Ilētiū ſuare bonū ē ſ.iiij.C.E.F.G
t Actu qualiter homo peccat ſermone .x. D.E.F.L
Tentationem vincere ſer.j. G
Tentatio mundi ſer.xi. C
Tentatio carnis ſer.xi. F.G.H
Tentatio diaboli ſer.xij. D.E.F.G.H ſer.xiij.B.D.ſer.xiiij. D.E.F.G.H.J
Tētatio diaboli aſtutiſſia ſ.xv.B.D.E.F G.H.ſer.xij. D.E ꝛc.
Tentatio multa bona facit.ſermo.xviij.D. F.G.K.M.
v Ana gloria.ſer.xvj. C
Verbum dei multiplicem fructum facit.ſ.xix. B.D.F.H.J.L.M.O
Verbum dei dormiēdo audiētes ſer.xix.O
Verbum dei valet ad pugnam contra infideles ſer.xvi. L.M
Veritas in om̄ib⁹ reb⁹ eſt fortior ꝛ dignior. ſermo.xix. L.M
Viſus eſt bene cuſtodiendus ſermo.xv. B L.D.F.G.ſermo.vj. A

Sermões Wan de preseruatõe hominis a peccato. Thema.

m Iserere aīe tue placens deo ⁊ cõtine ⁊ cõgrega cor tuū in sctitate ei⁹. Eccl. xxx.

Summū studiū summa scientia est illa qua q̇s scit se p̄seruare a peccatis.
A Nam per hoc hõ agnoscit quid facere vel omittere aut qualiter dõ placere debeat. Quõ ei põt illi deesse gratia diuia q̇ studiū suū ad hoc ꝯfert vt preseruet a peccatis, certe nequaquã. illo em̄ mõ iuxta verbum thematis homo misereť aīe sue ⁊ placebit deo ⁊ per ꝯñs aīam suã saluat. imo nõ solū aīam sed ⁊ corp̲is salutē adquirit. Vñ Chrys. i li. de rep̲a. lapsi dicit. Si aīam negligim⁹ nec corpus saluare possum⁹. nõ em̄ anima ꝓ corpore: sed corpus ꝓ aīa factū est. qui ergo qd̃ p̲rimū est negligit ⁊ qd̃ īferi⁹ ē excolit: vtrūq̃ corrūpit. q̇ v̄o ordinē seruat ⁊ qd̃ p̄mū est colit etiãsi negligat quod scd̃m est: p̲ p̲rimi salutem saluabit ⁊ secūdū. Acsi dicere vellet finaliter. qui diligēti[illegible] siue studiū suū adhibet corp̲i suo negligēdo ea que sunt aīe: ille perdit finaliter vtrūq̃ scz corpus ⁊ aīam. qui vero diligentiã suã ꝯuertit ad ea que sunt ad anime salutē etiãsi corp⁹ negligat vtrūq̃ saluabit finaliter scz aīam ⁊ corpus. Ideo sapiens nõ dixit miserere corp̲is tui: sed miserere aīe tue ⁊c. quia in mīscd̃ia aīe includiť mīscd̃ia corp̲i debita. Pro grã Aue Maria ⁊c. Miserere aīe tue placens deo ⁊c.

Circa hec verba thematis cogitaui aliq̃ dicere q̃ valeãt ad p̄seruationē hois a pctõ.
B Nam illa est sūma aīe mīscd̃ia. Sunt aūt q̃ttuor vt dicit. Vincē. in spe. morali li. iij. par. j. dis. j. que nõ modicū suffraganť ad p̄seruandū hoīem a pctõ: q̃ si hõ iugiter hr̃et p̄ oculis nunq̃ assētiret pctis: sed toto conatu fugeret pctm̄ vt venenū mortifer̲. Et sūt hec q̃ttuor infra notata ex q̇b⁹ finaliť depēdebit tractatul⁹ iste ī s̃mõib⁹ subscript̃ collect⁹.

Quattuor vtilia ad p̄seruandū a pcc̃o:
- Rõnal' aīe dignitas siue ꝯditõ generosa
- Eiusdē rõnal' aīe discussio siue circūspectio seriosa
- In pugna defensio suipsius virtuosa.
- Diuini verbi intentio studiosa.

Primū igiť multū valens ad p̄seruandū hoīez a peccato est rõnalis anime dignitas ⁊ ꝯditio generosa. Nam siquis diligēter inspiceret aīe dignitatē qñcūq̃ de pctõ tentaretur nullaten⁹ peccato assentiret. Hec autē aīe dignitas principaliter consistit ī tribus.
C Primo q2 hãc de⁹ sup̲ alias creaturas nobilē fecit ⁊ cū maiori deliberatõe creauit: quasi deliberando dicēs. Faciamus hoīem ad imaginē ⁊ silr̃itudinē nostraz. Geñ. j. Ecce ad imaginē ⁊ silr̃itudinez nostrã dicit. i. p̃ris filij ⁊ spūssancti. non dicit ad imaginē angelor̲. eãdē virtute. i. iusticia originali siue naturali ornauit. vsum ratiõis ⁊ arbitriū libertatis dedit vt ad quid vellet voluntatē suaz ꝯuertere posset. dedit ⁊ illi fastigiū inferior̲: intellectus cacumē ⁊ discernēdi facultatē: legis naturalis ⁊ scripte sciam: spūssancti gratiam ⁊ angelor̲ societatē. Scd̃o q2 beatissima trinitas aīam sibi elegit in habitaculū. Pater in filiã: filius in sponsaz: ⁊ spūssanct⁹ sibi eam ꝯsecrauit in templuz: vt patet ī multis locis. ve. ⁊ no. testa. De primo Johã. j. Dedit eis ptãtez filios dei fieri his q̇ credūt in nomine ei⁹. De scd̃o quia īter xp̄m hominē ⁊ quãlibet aīam fidelez est qd̃dam matrimoniū spūale: scd̃m illud ad Ephe. v. Sacramentū hoc magnū est. Dico aūt ī christo ⁊ ecciã. De tertio dicit apl's. j. ad Cor. 3. Tēplum dei estis vos ⁊ spūs dei habitat in vobis. habitat aūt specialiť de⁹ p̲ grãm in hoīe s̃m aīam nõ s̃m corp⁹: licet vbiq̃ sit p̲ essentiã: presentiã: ⁊ potentiã vt patet p̲ mgr̃m di. xxxvij. pri. Tertio quia ꝓ aīa filius dei in mundū venit: carnē passibilē ⁊ mortalē assūpsit. euãgelica documēta ꝓposuit: sctitat̃ exēpla p̄buit: sacra īstituit: mirabilia op̲a ostendit: ꝓ eius redemptiõe īnumera mala sustinuit: sanguinē suuz fudit: mortē p̲tulit ꝓ hac liberãda ad inferos descēdit: ꝓ illius spe cõfortanda ꝓpria virtute a morte surrexit: pro hac docēda ⁊ ad amorē suū inflãmãda spm̄ sanctū misit: ꝓ hac reuocãda ab erroribus ⁊ ad veritatē fidei reducēda discipl'os suos p̲ vniuersū orbē disp̲sit: eosq̃ innūeris tormētorū ⁊ mort̃ generib⁹ exposuit. Pro hac exaltãda celos ascēdit ⁊ regnū eterne btitudinis ei p̄parauit. Ecce quãta ꝓpter aīam deus pater deus fili⁹: ⁊ deus spūssanct⁹ fecit: quãte ergo ipsa ē nobilitatis ⁊ dignitatis: q̇s põt ad plenū exprimere. Hec si q̇s attēderet: non vtiq̃

Secundū est regularis ordinis institutio: vicȝ scti Benedicti: Augustini: Dominici: Francisci. q̄si custodē religionis silentium ꝓposuerūt in claustro oratorio: dormitorio: et aliis officinis. Uñ Esa. xxxi. dicit. Cultus iusticie silentiū. Et Hiere. viij. Conuenite ꝛ ingrediamur ciuitatē munitā. ꝛ sileamus ibi: quia dñs noster silere nos fecit: ꝛ potū dedit nobis aquā fellis. Unus enim aliū debet ad silentiū ꝓuocare. Sicut enim hō in ingressu religionis posuit pedes suos in imo obedientie: vt nō sit ei licitū pedē extra ponere vt exeat sine licentia plati: ita nec lingua debet exire sine licentia plati: quā in manu eius posuit sicut alia mēbra. Nā clauis oris est licētia plati. sera em̄ sine clausura est silentiū. fures aūt videntᷣ esse q̄ faciunt cōtra clauē. nec accipiūt eam a plato: qui claues dom⁹ habere debet: tradere ꝛ reseruare. Ideo dr̄ Prouer. xxij. Ne trāsgrediaris terminos antiq̄s. scȝ loci vel tp̄is: quos posuerunt patres tui. Itē nō aduertūt ꝙ̄ ꝓciosum thesaurū cōtinēt in se q̄ verū silentiū habēt.

Tertiū est amor puritatis ꝛ decor honestatis. Uñ ad puritatē seruandā ꝛ honestatē multuȝ valet silentiū: ꝓpter qđ ait Ps. xxxviij. Dixi custodiā vias meas vt nō delinquā i lingua mea. Et iterū ps. j. lxj. Pone dñe custodiā ori meo ꝛc. Eccl. xxij. Quis dabit ori meo custodiā: ꝛ sup labia mea signaculum certū vt nō cadā in ipis ꝛ lingua mea ꝑdet me. Ideo dicit Greg. Mens sine clausura silentij vndiqȝ patet iaculis inimici. Exemplū illius habem⁹ in vitaspatrū. Cū beatus Arsenius adhuc esset in palatio: rogauit dñm dicēs. Dñe dirige me ad salutē. Et vox ad eū. Fuge hoīes ꝛ saluaberis. Et cū adhuc in solitudine oraret: vox facta est iterū ad eū. Fuge: tace: quiesce. Hec em̄ sunt radices nō peccandi. Uñ Ambro. dicit. Alliga sermonē tuū ne lasciuiat: ꝛ multiloquo peccata sibi colligat. lutū em̄ colligit anim⁹ verbis exundās. Et Uincē. vbi s. dic. Plures vidi peccasse loquēdo: ꝛ paucos tacendo. et sunt verba Ambro. Et Grego. Redire nō valet ad cognitionē sui mens q̄ multiloquio est corrupta: sed a secreto intime cōsiderationis se excludit: q2 in fonte impuro intuentis facies nō videtᷣ. Ex illo patet in q̄nto ꝑiculo sint hoīes sine silētio. Sūt em̄ sicut equitantes equū rabiduȝ sine freno. in domo succēsa sunt sine obstaculo. in via in qua est fouea abyssalis sine operculo: sūt vt castrū sine clausura. vrbs sine porta. arca sine sera. nauis sine ancora. vinea sine sepe. et messis sine custode. Uñ in vitaspatrū dixit abbas Sison. Triginta anni sunt ꝙ nō aliud nisi hoc q̄tidie depcor dñm orans dico. Dñe iesu xp̄e. ꝓtege me a lingua mea: ꝛ vsqȝ nunc ꝑ singulos dies corruo ꝑ ipam ꝛ delinquo. Sic bñ honestas hoīs cōprobatᷣ ex silentio. Nā leuitas mentiū ꝑpenditᷣ ex leuitate verborum et ex nequicia hmōi. ꝺm illud Matth. xxvi. Loquela tua manifestū te facit. Ideo dicit Grego. Praui sicut in mente sunt leues: ita ꝛ in locutione sunt p̄cipites: q2 qđ leuis ꝯsciētia cōcipit: leuior ꝓtin⁹ lingua prodit. Idē. Talis sermo ostenditᷣ q̄lis animus cōprobatᷣ. F Quarto silentiuȝ ꝓdest ad deuotionē. Unde Grego. Mens more aque circūclusa ad superiora colligitᷣ: q2 id repetit vñ descēdit. ꝛ relaxata deperdit et se ꝑ inferiora inutiliter dispergit. vñ redire ad sui cognitionē nō sufficit. Qui igitᷣ exteri⁹ ꝑ multiloquiū se spargit: vim intime cōsiderationis amittit. In signū illius dicūt naturales ꝙ aqua tantū potest ascēdere quantū descendit ꝑ aqueductū. ꝛ ꝑ cubitū vltra.

Quinto silentiū est signū sapiētie ꝛ patiētie. Uñ Seneca. Silentiū hoīs stulti pro sapiētia est. hoc vtiqȝ esset notandū. Ideo dicitur Prouer. xvij. Stultus si tacuerit sapiens reputabitᷣ. Et Zenocrates ph̄s cū inter multos taceret: interrogatus cur hoc faceret. R̄ndit: quia me locutū esse penituit; tacuisse vero nunq̄. Et Socrates inter alios ph̄os tacēs interrogatus vtrū hec faceret ex inopia an ex stulticia: ait. Nemo stultus tacere potest. Et Theophrastus philosoph⁹ rustico tacenti in cōuiuio dixit. Ex doctis h̄ solū habes ꝙ taces. Itē Zeno ph̄us cuidā loquēti ait. Si te auribꝫ nostris audires: taceres. Ecce ꝙ silentiū est signum sapientie.

B

Ita etiã est signuʒ patiẽtie. Uñ christ⁹ corã Pylato ⁊ Herode tacuit in signũ patientie. Itẽ colaphis cesus: consputus: illusus: flagellatus: coronatus: crucifix⁹ semp tacuit. sicut Esa. lv. de eo dicit̃ vt supra. Exemplũ illius habem⁹ in vitaspatrũ. Uñ abbas Pastor q̃siuit ab abbate Nestorio. Uñ tantaʒ acq̃sierit virtutẽ: vt qñ abbas ei aliq̃d iniũgeret i monasterio ip̃e nõ loqueret̃: q̃ ait adiuratus. qñ intraui monasteriuʒ dixi. Tu et asinus vnũ estote. vt sicut asinus verberat̃ et nõ loquit̃: iniuriã patit̃ ⁊ non rñdet. sic et tu. ſm illud ps̃. Ut iumentũ factus sum ⁊c.

Sexto ⁊ vltimo silentiũ dat hic requiẽ ⁊ pacẽ: ⁊ tandẽ brauiũ eternũ. Uñ in vitaspatrũ quidã iterrogauit fratrẽ senẽ. Usq̃quo seruãdũ est silentiũ Qui rñdit. Usq̃quo interrogaris. In omni loco si tacit⁹ fueris: requiem habebis. Et iterũ frater interrogauit senẽ. Si habito cũ aliis ⁊ video rẽ incõuenientẽ: tũc vis vt loquar. Dixit senex. Si sũt aliq̃ maiores seu coetanei tacẽs magis req̃em habebis. In hoc etiã q̃ minorẽ te facis: securũ te reddis. Si aũt coartat te sp̃us tu⁹ cõmoue eũ humiliter ⁊c. Ecce q̃nte vtilitatꝭ est silentiũ seruare. Ideo hic studeam⁹ habere silentiũ vt per hoc mereamur obtinere iubilum eternum Amen.

Sermo quintus

De custodia quinq̃ sensuum.

Iudices et magistros constitues in oĩbꝫ portis tuis scʒ sensuum. Deutero. xvi. In p̃cedentibꝫ sermonimus audiuistis de custodia cordis ⁊ lingue quõ homo custodire debet cor suũ ⁊ linguã p̃seruare ne incidat in laqueũ diaboli. Et signanter de custodia lingue audistis quãta mala ⁊ pctã nobis eueniũt ex lingua: imo de omni genere peccatoꝝ aliq̃. ⁊ q̃re deus linguas nobis dederit: et q̃ꝫ utile sit habere silẽtium. Nunc cõsequenter videndũ est de custodia q̃nq̃ sensuũ. q̃ vtilis ẽ homini ⁊ necessaria. Ita vt homo in portis sensuũ suoꝝ cõstituat iudices ⁊ magistros. id est attẽte vigilet: et sensus suos custodiat ne mors itret p illos: vt dicit Hieremias. et de illis videndum erit p ordinẽ in aliq̃t sermonibꝫ.

Pro gratia. Aue maria.

Iudices ⁊ magistros cõstitues ⁊c. vbi s̃.

Primo in genere pauca dicent̃ de sensibꝫ et cõsequenter incipiendum erit de sensu visus. A Est ergo notandũ ſm Uincen. in spec. moral. li. iiij. p. i. dist. v. q̃ p sensus exteriores ciuitas aĩe grauiter ⁊ valde impugnat̃. intrant eñ p illos in animã male cogitatiões. delectatiões. desideria carnalia ⁊ cõsensus ⁊c. vt p visum: auditũ: olfatũ: gustũ: ⁊ tactũ. et ideo diligẽter sunt custodiẽdi. Sicut eñ ciuitas qñ obsidet̃ totũ robur exercitus ⁊ potẽtia circa portas ponit̃. q̃bus fractis: ciuitas cito capit̃. Et ecõtra ciues obsessi totũ robur cõstituũt circa portas. Sic aĩa circa portas sensuũ exterioꝝ debet fortiter pugnare ⁊ custodes in eis cõstituere. id est vigilare meditãdo dei p̃mia dũmõ ipugnat̃ circa portas sensuũ suoꝝ. vicʒ p carnẽ: mundũ: ⁊ demonẽ. ⁊ nisi hoc fecerit: faciliter expugnat̃ p dictos tres inimicos. Nũc ḡ de singulis sensibꝫ videndũ erit q̃liter sint custodiendi. Et in hoc sermone de sensu visus.

B De custodia oculorum.

Nota q̃ sic visus inter alios sensus por est in situ ⁊ ordine in capite: ita in aĩe nocumento obtinet p̃ncipatũ. Hoc ẽ q̃ inter oẽs sensus exteriores null⁹ tantũ nocet homini et est sibi occasio ad peccatũ: sicut sensus visus. Et iõ valde diligẽter est vigilandũ circa custodiã oculoꝝ. Ad hoc aũt principaliter nos dñt q̃ttuor mouere vt patebit p ordinẽ. et ponit Uincen. in speculo moral. li. iiij. pte prima. dist. v.

Ad custodiam vis⁹ siue oculoꝝ dñt mouere. iiij.
- Multiplex sollicitudo nature circa visuʒ custodiẽdũ
- Consideratio iacture siue nocumentoꝝ per visum.
- Interna speculatio a qua retrahit animã visus.
- Eterna retributio qua priuat visus si nõ custoditur.

Primo ergo ad custodiã oculoꝝ dʒ nos mouere sollicitudo nature q̃ tot operimẽta posuit circa oculos. Dicũt enim naturales phi q̃ natura ỽtuteʒ visiuã operuit septem panniculis: quoꝝ altero deficiẽte necesse est vim visibilẽ depire. Scdo ex hoc q̃ de⁹ fecit naturã oculi nobis maxime necessariã ⁊ maxime passibilẽ ab extrinseco tãgente. Et iõ naturale est hoĩ q̃ man⁹ vel q̃dcũq̃ aliud mẽbrũ qd̃ põt añ oculos ponat p custodia coꝝ a lesione ɔtrarij Tertio ex h̃ q̃ natura visum inter alios sensus posuit in sũmo

capitis nostri tanq̄ȝ capitaneū principem et
supiorem ducē. per qđ etiam significat ꝙ vi-
sum figere debem⁹ in xp̄o capite nostro ꝺm
illud ps̄. xxiij. Oculi mei semꝑ ad dn̄m. Et
ꝙ naturam diuinaȝ in celo ꝯtēplari debem⁹
vt ad eam semꝑ dirigam⁹ oculos interiores
ītētionū ⁊ affectionū nr̄aꝝ. vt faciebat btūs
Martinus. qui oculis ⁊ manib⁹ erat in celū
semꝑ intent⁹: leuando vicȝ oculos ⁊ manus
ad celum: q̄ꝛ per hoc homo ꝓuocat̄ ad deuo
tionem. Et beat⁹ Stephanus: qui intendēs
in celum vidit gloriam dei. Act꜐. vij. Ex his
omnibus ptȝ ꝙ natura nos docȝ vt oculos
diligenter custodiamus: ne mors per eos tā
quā per fenestras intret in animaȝ nostram.
Hieremie. ix. mors vicȝ peccatorum que est
pessima in ps̄. xxxiij. Patet consequēter quō
oculos nostros leuare debem⁹ ad celū ad cō-
tēplandum celestia. sicut fecit beatus Joan
nes euāgelista q̄ ꝑ aquilā designat̄. De quo
legit̄ ꝙ cū reuersus eēt de exilio de pathmos
insula in Asiaȝ: ⁊ inueniret multas hereses
pullulasse: conuocauit populū. ⁊ dixit oratio
nem ⁊ missaȝ. Et missa celebrata sub diuo ex
iens oculos sursuȝ eleuās irreflexos in solēȝ
euangeliuȝ illō In principio erat verbū de
ꝓmpsit: in quo hereses pullulatas confuta-
uit. Et bene dicit̄ aquila. Unde legit̄ ī natu-
lib⁹ ꝙ aq̄la volēs experiri pullos suos q̄ sint
generosi vel degeneres: conuertit eos versus
solem: ⁊ eos qui solem intuent̄: irreuerberat꜐
ocul' tanq̄ȝ generosos fouet ⁊ nutrit illos aūt
qui oculos ad terrā reflectūt: tanq̄ȝ degene-
res ⁊ indignos abijcit. Sic dn̄s de⁹ illos de
generes reputat q̄ mētis oc'los ī cū nō figūt:
sed affectiones ⁊ cogitatiōes in terrenis po-
nunt. Prouerb. xvij. Oculi sapient꜐ in capite
eius. oculi stultoꝝ in finib⁹ terre. ¶ Se
cūdo principaliter ad custodiam oculoꝝ de-
bet nos mouere magnitudo iacture siue no-
cumētoꝝ ex ocul'. Unde oculi nostri sunt tan
quam raptores: fures. ꝓditores: ⁊ turpitudi-
nis consiliatores: ⁊ porte siue fenestre mort꜐.
Raptores sunt ꝺm illud Thren̄. iij. Oculus
meus depꝺatus est animā meam in cunctis
filiabus vrbis mee. capiunt em̄ furant̄ ⁊ depꝺ
dantur animam aliq̄n nō aduertentē. ⁊ capti
uam detinent in reb⁹ exteriorib⁹ quas illicite
anima cōcupiscit. Unde Judith. xvj. San-
dalia eius rapuerunt oculos eius: ⁊ pulcritu
do eius captiuaȝ fecit animā eius. id est Ho-
lofernis q̄ captus erat ī decore Judith. Un

de Philosophus quidam. Cum mulieres
aspicimus vtinam lynceos oculos habere-
mus. Lynx est aīal ita acute vidēs vt ei⁹ vis
visiua sic̄ dicit̄ septeȝ penetrat parietes. Qua
si diceret ph̄us: vtinam sic̄ aspicimus exte-
riorem pulcritudinem: videremus mulieris
interiorem feditatē ⁊ cordis prauitatē. Unđ
versus. Femina pulcra foris: manet int⁹ ple-
na fetoris Ubi est notandū ꝙ in mulieribus
non solum cum aspiciūt sed cū aspiciunt̄ po-
tentes sunt oculi aīmas capere: ꝺm illō. Job
xl. In oc'lis suis quasi hamo capiet eū. ¶
Exempluȝ illi⁹ refert Uincētius. in speculo
mora. li. iij. ꝑ. j. di. v. vbi sup̄. Cuȝ rex anglie
Richardus intrasset ī quandā abbatiā mo
nialiū: vidit ibi sanctimonialem virginē cui⁹
pulcritudine captus mandauit abbatisse ꝙ
eā sibi mitteret. qđ si nō faceret: ipse abbatiaȝ
ꝺstrueret ⁊ eā violēt̄ auferret. Qđ audiēs mo
nialis p̄dicta: q̄siuit q̄d ei ī ipsa pl⁹ pla. uis-
set. audiensq̄ȝ ꝙ oculi ei⁹ eum illaqueauerāt
volēs de cetero periculo oculoꝝ carere eruit
sibi oculos: ⁊ ponēs eos in vase misit dicto
Regi mandās ei ꝙ satiaret se optato. qui ex
hoc confusus eā in pace dimisit. Unde san-
ctus Gregorius suꝑ illō Gen̄. iij. Uidit mu
lier lignū: dicit deprimēdi sunt oculi a lasci-
uia sue voluptatis: q̄ quasi quidā raptores
ad culpā velocissimi sunt. Omnis em̄ corru
ptio tam aīe q̄ȝ corporis ab eis sumpsit exor
dium. Primū namq̄ȝ pctm̄ ⁊ prima corru
ptio carnis ortum habuit ab oculis. ꝺm illō
Gen̄. iij. Uidēs mulier lignū ꝙ esset pulcrū
Dicit̄ em̄ ibi ꝙ q̄ȝcito gustauerūt fructū ꝓhi
bitū: aꝑti sunt oc'li eoꝝ: id ē riui ꝯcupiscētiaꝝ
⁊ corruptele carnis. Un̄ sctūs Augustin⁹ in
regula. Nec dicatis vos aīos habere pudi-
cos si oculos habeat꜐ īpudicos. Et Hugo
de sancto Uictore. Et si corpus ab īmunda
violatione nō tangit̄. ip̄a tn̄ īmūda violatio
visu. affectu. delectatiōe. cogitatiōe. ꝑpetrat̄
Uisus em̄ inordinatus parit malaȝ cogita-
tionē. cogitatio delectationē. delectatio con
sensū. cōsensus vero oꝑationē. oꝑatio ꝓo cō
suetudinē. ꝯsuetudo necessitatē: ⁊ ita paula-
tī corrūpit̄ aīa vt iam dicat se nō posse a pec
cato abstinere. ¶ Oculi etiā sunt ꝓdito
res: secreta aīe exterius nūciantes. Ideo dic̄
sanctus August. Impudicus oc'lus impudi
ci cordis ē nūcius. Oculi em̄ interiora secre-
ta cordis ⁊ eius turpitudinem reuelant tam
demōib⁹ q̄ȝ hominib⁹, q̄ꝛ ex fructu ꝯgnoscit̄

arbor: ⁊ ex riuulis qualitate fontis qlitas iudicatur. Recte sicut illa que sunt in domo videntur p hostia vel fenestras: ⁊ ignis in domo percipitur per fumū exterius exeuntem.

F Tertio ad custodiā oculoꝝ nos mouere debet īterna speculatio: quia quāto oclus exterior circa exteriora vagat̄: tāto magis ab interiori speculatiōe oculus interior obscurat̄. Unde de Balaam ꝓpheta dicit̄. Nume. xxiiij. Uir cuius obscurat⁹ est oculus q̄ visionē omnipotētis dei intuitus est qui cecidit ⁊ aplebantur oculi eius. Itē de sancto aplo Paulo dicit̄ Act. ix. q̄ cū excecaret̄ exterius illuminabat̄ interi⁹. Ad hoc facit exemplū Didymi de cui⁹ intellectus ꝓfunditate mlta dicunt̄ in historia Ecclesiastica: qui cū esset cecus tam magni ⁊ alti itellectus factus est vt pfectus videret̄ esse i omni facultate. Hic prim⁹ expositor sacre scripture legit̄ qui vidit in spiritu p reuelationem mortem Iuliani apostate. Cum aūt beatus Antonius visitasset alexandriā ꝓpter hereticos arrianos. cōtra eos predicando: ⁊ sederet iuxta Didymum: quesiuit ab eo si doleret de hoc q̄ oculorum materialiū lumie puaret̄ qui ait. q̄ de hoc non debebat dolere sed potius gaudere q̄ musce ⁊ pulices corporales oculos habebant: ⁊ vilissima queq̄ animalia ista videbant: nec hoc esset magnū sed p eo maxīe debebat gaudere: quia de⁹ ei dederat oculos angeloꝝ: nō corpales qui impediūt ꝓfectū anime ⁊ puritatē ⁊ acumē intellectus: p phātasmata rerum exterioꝝ: que innitunt̄ in aīa. Ideo dicit Seneca. Intelligendū est partē innocētie esse cecitatē. hinc em̄ oculi adulteria monstrant: hinc incestum. hinc alia q̄ homines cōcupiscant. ꝓpter huiusmodi īpedimenta quidā philosophi legunt̄ sibi oculos eruisse.

G Quarto nos mouere deb3 eterna retributio que est dei visio. Augustinus Uisio ē tota merces. ſm illō Iohānis. xvij. hec est vita eterna vt cognoscant te verū deū ⁊ quē misisti iesū christū. Et Esa. xxxiij. Regem suū in decore suo videbūt. Et ibidē. lx. Tūc videbis ⁊ afflues: ⁊ mirabit̄ ⁊ dilatabitur cor tuū. Hanc aūt visionē ꝯsequunt̄ qui hic oculos suos custodiunt. Uñ in vitaspa. legit̄: q̄ cum mater abbatis Pastoris ⁊ aliorum fratrū suoꝝ vellet eos videre nec posset cū irēt ad ecclesiam: obtulit se eis. ipi aūt ad cellam suam retrocedentes hostiū ei in faciem clauserūt. Tūc Pastor inquisiuit vtrum eos vellet videre in p̄senti vel ī futuro. Cū illa quereret: si abstineret hic ab eorum visione. videret eos in futuro? Respondit abbas Si potes equanimiter sustinere vt hic nos non videas: videbis nos illic. Tūc illa gaudens recessit. dicens q̄ magis vellet eos hic nō videre vt videret eos illic. Econtra q̄ male custodiunt oculos suos sustinebūt eternū suppliciū: ⁊ eterna visione carebūt q̄ p q̄ peccat quis p hec ⁊ torquet̄. Sapie. xj. ⁊ Mat. xxij. dicit̄. Ligatis manib⁹ ⁊ pedibus mittite eū in tenebras exteriores ibi erit fletus ⁊ stridor dentiū. Affligent̄ em̄ oculi dānatoꝝ ardore. merore. terrore. Ardore inde flet⁹. merore ꝓpter priuationē luminis eterni. terrore. ꝓpter visionē horribiliū demonū ⁊ alioꝝ dānatoꝝ. Idō dicit̄ Deut. xxviij. Terreberis ꝓpter ea q̄ videbis ocul' tuis. Uñ ī vita Marie de oygines legit̄: q̄ cū quedā mulier moreret̄ reuelatū fuit ei ⁊ vidit maximā mltitudinē demonū occurrentē ⁊ volentē eam accipere ⁊ pugnātes cōtra bonos angelos. p q̄ dicta Maria īpetrauit vt a demōib⁹ liberaret̄ ⁊ in purgatorio torq̄ret̄. Et ostēdit ei orāti btūs Petrus quō in purgatorio dicta mulier torquebat̄ transiens ab aquis niuiū ad calorem nimiū. Iob. xxiiij. Propter hoc q̄ nimis ardens fuerat in mūdi vanitatib⁹ conspiciēdis ⁊c.

H Pro tertia pte sermonis Dubitat̄ ex quo supra dictū est q̄ impudic⁹ oculus īpudici cordis ē nūcius. Penes q̄d tū potest cognosci impudicus oculus. Naz aliq̄ a natiuitate hn̄t claros oculos ⁊ letos: qui tū sunt pudici. Ad hoc respōdet̄ ſm mētē doctoꝝ: q̄ hoc nosci pōt ex plurib⁹. Primo ex hoc si cū ꝓposito delectant̄ vel audent respicere verenda in se vel in aliis sine rationabili causa. Sicut Cham q̄ respexit verenda patris sui ⁊ risit. Geñ. ix. Et ī hoc ipse tripliciter peccauit. Primo q̄ virilia patris curiose respexit. Secūdo quia eadē nō cooperuit. Tertio quia derisionē patris aliis nunciauit. Scđo dicit̄ oculus īpudicus qui nō refugit curiose aspicere qn̄ simul ꝯueniūt siue coeūt quecūq̄ aīalia. Uñ dicit Aristoteles q̄ natura refugit aspectū hoīm in coitu sicut ⁊ quelibet aīalia sepe solent irritari cōcupiscētia: sicut sepe visum est. Tertio dicit̄ oculus impudicus q̄ deliberate aspicit repsentatiōes actuū carnaliū. cū bruta istud fugiunt palā facere: sic catti ⁊c. Similiter q̄ delectant̄ aspectu taliū impudicoꝝ. sicut q̄dā

ioculatores faciūt cū imaginib⁹ monachoꝝ sic ꝯ ꝯcubinarijs: ꝛ pictores ī imaginib⁹ turpibus. et ī q̄buscūq̄ ludis scurrilib⁹ circa festū pasce: ꝑ representatiōes medici ꝛ sue vxoris ꝛ sic de alijs. Jdō in libro ꝯfessionū Augustinus ħ deplāgit de se ꝛ socijs suis adolescētib⁹: dicēs. veniebam⁹ etiā ad spectaculū ꝛ turpissimis oblectabamur. Hac etiā occasiōe iudei lapsi sūt ī idolatriā. iiij. Macha. v. Jdē est fm Haimonē de mulierib⁹: q̄ docēt filias suas ire ad choreas dissolutas ꝛ publicas. Nā ī choreis m̄ltiplicit̄ mors ītrat ꝑ ocl'os. Quarto dicit̄ ocl'us īpudic⁹: q̄ curiose considerat aliene mulieris spēm: ꝯtra qd̄ dicit̄ Eccl. xxv. Ne respicias in mulieris spēm ꝛ nō ꝯcupiscas mulierē in specie: scʒ aliena quia ꝓpter spēm mulieris m̄lti reprobi facti sunt Eccl. ix. Quinto oculus dicit̄ impudicus: qui impudicos nutus exercet ꝛ habet. sic ille apostata de quo dicit̄ Prouer. vj. ꝙ annuit oculis: tales em̄ nutus multū prouocāt ad malū: sicut ibidē subdit̄. Nō ꝯcupiscat pulcritudinē ei⁹ scʒ mulieris cor tuū ne capiaris nutib⁹ illius. Jdō dicit̄ Eccl. xxvj. Fornicatio mulier[illegible] in extollentia oculoꝝ ꝛ in palpebris illius agnoscit̄: qui videlicet nutus sint luxuriosi. Et Esa. iij. dicit̄. Pro eo ꝙ eleuate sunt filie sion ꝛ ambulauerunt collo extento: ꝛ nutib⁹ oculoꝝ ibāt. ꝛ plaudebant ꝛ ambulabāt ꝛc̄. Sequit̄. Decaluabit dominus verticē filiaꝝ sion: ꝛ dn̄s crinē eaꝝ nudabit in die illa ꝛc̄. Ecce iā satis clarū est ex premissis: ꝙ̄ necesse sit habere custodiā oculoꝝ. Deprimamus ergo ocl'os n̄ros a terrenis voluptatib⁹ ꝛ eleuem⁹ eos ad supna vt ꝑ hoc mereamur clara facie ītueri ꝛ videre ipsam superbenedictam trinitatem in secula seculorum. Amen.

Sermo sextus

De custodia visus.

Mors ascendit per fenestras vestras Hiere. ix. Jn ꝑcedenti sermōe audistis de custodia sensuū exterioꝝ. Et signanter oculoꝝ. quomodo valde necessariū sit custodire oculos ex multis causis. ne ꝑ eos mors intret in animā. quis etiā dicat̄ impudicus oculus. ꝛ vnde valeat cognosci. Nunc iteꝝ vidēdū est de hoc sensu visus quō sit occasio septē peccatoꝝ mortaliū: ꝛ quādo figere visuʒ in mulierem sit mortale vel veniale: qd̄ iteꝝ vtile erit scire ne mors in aīam intret per visum.

Pro gratia Aue Maria.

Mors ascendit ꝑ fenestras v̄ras vbi s̄.

Primo videndum erit quō visus sit occasio septē pctōꝝ mortaliū. Scd̄o q̄n visuʒ figere in alienā mulierē vel virū sit pct̄m mortale. Tertio q̄b⁹ modis pct̄m ꝯmittit̄ ꝑ visū et de cautel' circa visuʒ habēdis. A Circa primū est notandū scd̄m beatū Ambrosium in sermōe tertio de sancto Eusebio ꝙ bene sensus exteriores dicūtur fenestre aīaruʒ per quas mors intrat ꝛc̄. quia q̄n aperimus oculos videndo mulierē ad ꝯcupiscendū eā mors intrat. q̄n aperimus auditū ad audiēdum mala ꝛ iniqua: mors ītrat. Et sic ꝑ oēs sensus mors intrat in aīam: dūmodo apiuntur ad illicita ꝯcupiscēda. Et signanter ꝑ visum plus ꝙ̄ ꝑ alios sensus: quia homo audacius videt ea q̄ nō licet sibi audire vel tangere: vt occurrētes sibi pulcras facies. Etiā quia alij sensus p̄nt habere impedimēta circa illicita vbi nō sic visus. vt comedere. loq̄. tangere cum lasciuia ꝛ sic de alijs. Ideo ī vitaspa. legimus quendā sanctū dixisse aīam esse q̄si hortū quē si diabolus īueniet apertū ꝑ custodiā quinq̄ sensuū: ipse superseminat ʒiʒaniam: etiāsi hō nō aduertit ꝛc̄. B Secundo notandū ꝙ incaut⁹ visus est occasio oīm septē capitaliū vicioꝝ. Primo est occasio supbie. Exemplū pʒ de micol vxore Dauid q̄ respiciēs ꝑ fenestraʒ cū vidisset dauid ludentē ꝛ humiliantē se an̄ arcā despexit euʒ in corde suo dicens ꝙ̄ gl'iosus fuit hodie rex israel discoopiens se an̄ ancillas seruoꝝ suorum ꝛ nudatus est quasi vnus de scurris. ij. Re. vj. Despexit em̄ eū ī corde suo ex elatiōe tanquā indignus esset suo ꝯiugio. Jdō isti micol nō est natus filius vsq̄ ad diē mortis sue vt pʒ ibidē. Jta etiā dicit Ber̄. de lucifero ꝙ vidēs id est ītelligēs filiū dei equalē patri. voluit etiam assimilari deo patri. et dixit in corde suo. ascendā in celū scʒ trinitatis ꝛ sup̄ astra celi exaltabo soliū meū ꝛ ero similis altissimo. Esa. xiiij. Sic ergo pʒ ꝙ visus duplicit̄ est homini occasio supbie. Primo dū videt eū quē despicit in corde suo: se reputādo meliorē aut digniorē: ꝛ ħ dū vidʒ alios supbos ꝛ ꝑ eoꝝ supbiā trahit̄ ad similia. Scd̄o īcautus visus incitat ad auariciā Quod sciēs diabolus duxit xp̄m in montē excelsum: ꝛ ostendit ei oīa regna mūdi vt sic

christū induceret ad auariciā. Mat. iiij. Ita multi vidētes res alienas ex hoc puocātur ad cōcupiscentiā eorum: alij ad furtū: alij ad rapinā: alij ad fraudē qua alter alterum q̄rit supplantare in rebus suis. C Tertio incautus visus inflāmat ad libidinē, s̄m illud Eccl. ix. ppter speciē mulieris multi perierūt. Ex hac eciam causa factū est diluuium. Gen. vj. Unde filij Seth qui dicebant̄ filij dei videntes filias hoīm: id est Cain pulcras esse receperūt eas in vxores: et tanta mala secuta sunt vt deus totum mundū pter octo aīas deleret. Sic etiā Sara ob eius pulcritudinē rapta ē ab egyptijs et sublata in domū pharaonis: ppter quod et pharao flagellatus erat plagis maximis a deo Gen. xij. Sic etiā ppter visum Dina filia Jacob egressa vt videret mulieres regionis illius corrupta fuit a Sichem, dū eā vidit pulcram et sic postea Sichē cū tota ciuitate sua per filios Jacob interfectus est. Gen. xxxiiij Simile patet in Dauid. ij. Reg. xj. qui respiciēs de solario domus sue Bersabee se lauātem: cōcupiuit eā et tulit sibi eā: ex quo tandē secutū est homicidiū Urie viri sui. Idem patet de senibus, qui exarserūt p visum in cōcupiscētia Susanne. Dan. xiij. D Quarto visus puocat ad irā multipliciter, dum sepe quis videt ea q̄ sibi displicent, vel mulierē loquentem cū alio viro, vel familiā negligentē, vel aliquē aliū se deridentē etc. s̄m illud Math. xviij. Uidentes cōserui eius que fiebāt cōtristati sunt valde et narrauerunt domino suo etc. E Quinto visus irritat ad gulam dū quis videt cibū vel potū delectabilē. Ita fec̄ Eua Gen. iij. q̄ dū vidit lignū esse pulcrum et delectabile ad vescēdum ex inductiōe diaboli recepit de fructu phibito. Ex quo docemur, q̄ periculosum est velle videre ea que sunt phibita gustari vel tangi quia non licet intueri scilicet morose: qd nō licet cōcupiscere. Sexto visus incitat ad inuidiā. De illo possunt dari exempla etiam sine numero: dum quis videt prosperitatem proximi sui quē odit. Ita diabolus videns nos proficere per bona opera inuidet nobis etc. Septimo ex visu venit accidia: dum quis videt intemperiem aeris: et ob hoc negligit diuina officia aut verbum dei. Ideo dicitur Eccles. xi. Qui considerat nubes nunquam metet. Ex quibus omnibus patet q̄ omne genus peccati per oculos generatur. Ideo bene dicit saluator Mat. vj. Si oculus tuus nequam fuerit: totū corpus tuum tenebrosum erit. Et ideo Augustinus dicit in regula. Oculi vestri etsi iaciantur in aliquam feminarū: in nulla tamen figant̄. nec dicatis vos habere animos pudicos si oculos habeatis impudicos: quia impudicus oculus impudici cordis est nūcius: sicut patet in precedenti sermone. H. Hec ergo pericula et similia nos custodire debēt ab incauto aspectu. Hec de primo. Scdo vidēdū est qn̄ sit pctm̄. et quale. figere visum i alienā mulierē vel virum. B Pro quo est notandum q̄ ocl'os figere in alienā psonam pōt dici tripliciter. Uno mō cum nō ex cōcupiscētia morose respicit: sed q̄si iudicās de figura vel pulcritudine mulieris aut viri. vel ad sciendū q̄ sit illa vel alia psona. Ita faciebāt illi de quibus Judith. x. Erat i oculis eorum stupor: quia admirabant̄ pulcritudinē eius Et sequit̄ post ea. xj. ca. Dicebat alter ad alterum. Nō est talis mulier sup terrā in aspectu et pulcritudie etc. Ecce quō morose aspexerūt illā cuius pulcritudinē omnibus feminis pferebant. vnde et aptam p cōiugio Holofernis eam reputabāt. Scdo qn̄ psona respicit̄ morose, ppter cōcupiscentiā incitandū. Ita dicit̄. Mat. v. Si qs viderit mulierē ad cōcupiscendū eā: mechatus est eā in corde suo. Tertio dicit̄ figi oculus in psonā cū videt̄ actuali cōcupiscētia inordinata sciēter: ad turpitudinē pficiendam. Sic̄ Amon diu an̄ oppssionē sororis sue Thamar vidit eam et ex visu eiusdē inflāmatus fuit libidie etc. et sic corrupit eā. ij. Re. xiij. Ita senes fixerūt oculos in Susannā dicētes sibi. In cōcupiscentia tua m'tis diebus sumus. Dan. xiij. Et isti duo vltimi modi figēdi oculū deliberate in alienū vel alienā extra m̄rimoniū est pctm̄ mortale. Sed primus modus licet in se nō videat̄ esse mortalis sicut alij duo: tamen quia est occasio valde ppinqua ad mortale pctm̄. Ideo etiā Augustinus dicit hunc esse fugiēdum. Dicit em̄ in regula. Oculi vestri etsi iacianſ in aliquā feminarum in nulla tn̄ eam figātur. Et sequit̄. Neque em̄ qn̄ proceditis: feminas videre prohibemini: sed appetere vel ab ipsis appeti velle criminosum ē. Non em̄ solo faciei aspectu: sed affectu quoque et aspectu appetit: et appetit̄ cōcupiscētia feminarum. q. d. non visionē simplicē sed fixionē oculorum phibeo qui est criminosus aspectus dū vix accedit affectus illicitus tacitus vel exp'ssus. Nam affectus appetit feminā mediāte aspectu sic̄ quis secat ligna mediante securi. Secundo est

notandum ꝙ oculoꝝ defixio contingit ꝓpter
tres causas. Primo q̃a hõ sibi hoc nõ repu-
tat esse illicitum. Secundo quia nõ reputat
se videri ab alio. Tertio quia non reputat se
videri a deo. Et ideo Augustinus in regula
dicit primo ꝙ non potest esse impudicicia in
oculo quin prius fuerit in anima. Secũdo
quia ex huiusmodi impudicicia sequit᷑ amis-
sio castitatis. Tertio qꝛ deus videt. Verun-
tamen credo si fixe quis videt mulierem vt
eam postea noscat ex causa rationabili vt ꝓ-
pter pignus sibi reddendum vel pecuniam
non peccat in isto aspectu fixo. Ex his ergo
patet scd̃m q̃n fixus aspectus siue figere ocu
lum in alienã ꝑsonã sit pctm̃ mortale. Nam
oculum figere in aliquã rem: est eam ꝑ visuz
diligenter attendere. D Dubitat᷑ circa
dicta. Quis est ordo peccãdi per visum. Ad
hoc respondet Gregorius in mo. ꝙ est simil'
ꝓcessus sicut in peccato primoꝝ parentũ fa-
ctum credimus. Ubi primo serpens loquit᷑
mulieri. Secundo mulier cogitat de hoc: vi
dendo fructum ꝓhibitum esse delectabilem
Tertio ꝯcupiscit. Quarto ꝯsentit comedere
Quinto comedit. Sexto viro suo dat. Ita
in ꝓposito serpẽs dicit᷑ primo alloqui mulie-
rem scz q̃n exterius aliquid obijcit ꝑ sẽsatio-
nem. ⁊ scd̃o ꝑ phantasiaz interius: delectabi
le cogitat ⁊ reuoluit: ⁊ si inde cõcipit delecta
tionẽ ⁊ cõcupiscit tunc dicitur mulier come
dere de pomo ꝓhibito. ⁊ quãdo finitur ĩ ea
delectatio tunc sensualitas porrigit rationi
et sic mulier viro dat comedere. Et si tũc vo-
luntas ꝯsentit vere vel interp̃tatiue tunc vir
comedit. Aug⁹. tñ ponit aliũ moduz de por
tiõe supiori ⁊ inferiori: ita vt ꝑ serpentẽ ĩtelli
gatur sensualitas. ⁊ ꝑ mulierem portio ratio
nis inferior: ꝑ virũ portio supior. Ex ill' elici
untur quattuor. Primũ si delectatio ex visu
cõcepta mox respuit᷑: nullũ est pctm̃ si saltez
primum negligentia culpabilis non p̃cessit.
E Secundũ si ista delectatio ex visu non
statim respuitur: sed in ea animus (sine tñ cõ
sensu in opus nefariũ) aliquo modo delecta
tur. tũc est pctm̃ veniale: qd̃ ꝑ oratiõez dñicã
delet᷑. vt ibidẽ dicit Augu. Tertiũ si placet
deliberate cogitatio de ista delectatiõe: non
videt᷑ esse sine peccato: nõ tñ pctm̃ est ꝯsum
matũ: dũmodo nõ est cõsensus in ꝓsecutiõe
iniquitatis. Quartũ q̃n ad visionẽ delecta-
bilis est illicitus consensus: nõ solũ in dele-
ctatiõe cogitatiõis: sed etiã in executõe opis

si assit facultas: saltem circa rẽ ꝓhibitã ⁊ illi-
citã. Et tũc etiã expresse ẽ pctm̃ mortale. Ex
laz dictis pñt elici septẽ gradus quib⁹ hõ de
ducit᷑ ad peccandũ ꝑ visuz. Primus ẽ cogita
tio solũ app̃hensiua. ⁊ in isto gradu mulier
audit v̾ba serpẽtis. Scd̃us gradus quo cõ
sequit᷑ delectatõ sola ĩ appetitu sensitiuo in q̃
mulier ꝯcupiscentiã cõcipit Tertio q̃n hui⁹-
modi delectatio redũdat in corpus. vel eam
cõcomitat᷑ quedã naturalis alteratio ꝑtium
corꝑis: ⁊ tũc mulier manũ mittit ad tangẽdũ
fructũ. Quart⁹ est ꝯplacẽtia ⁊ ꝓsecutio. hec
est cibi fractio ab arbore. ⁊ ad os applicatio:
in quo mulier comedit cibũ vetitũ. Quint⁹ ẽ
dũ sequit᷑ ꝯsensus interp̃tatiu⁹ in mẽte rõna
li ꝑ hoc ꝙ volũtarie sinit morari aliquã dele
ctatõez ĩordinatã: quã antea vir repellere po
tuit ⁊ debuit. ⁊ in isto viro de fructu offert vt
recipiat. Sext⁹ ẽ exp̃ssus ꝯsẽsus q̃n vir obla
tũ recipit. Septim⁹ ẽ isti⁹ cõsensus ĩ opꝫ exe
cutio: ⁊ in isto vir comedit. Ultimi tres gra-
dus sunt ꝑiculosi ⁊ ꝓ mortalib⁹ reputant᷑ cõ
muniter. de vltimis duob⁹ nõ est dubiũ: sed
de quĩto aliqui volũt nõ esse mortale: cauti⁹
tñ est vt mortale ꝯfiteri ⁊ penitere. Ex ill'
patz ꝙ nõ oĩs visio delectabiliũ ⁊ delectatio
cõsequẽs est pctm̃: licet freq̃ẽter hõ in his
peccet: ⁊ ꝙ pauci sciũt aut volũt talib⁹ tẽpe-
stiue resistere ⁊ ꝓ virib⁹ expellere. Patet cõse
quẽter q̃z in m̾ta ꝑicula homo ducit᷑ ꝑ visuz
ex dictis ⁊c̃. F Sed diceret q̃s. Que sũt
cautele ꝑ quas hõ visum suũ potest custodi
re ne sit ibi occasio ad peccatum. Respondet᷑
ꝙ tres sunt tales. Prima ⁊ p̃cipua ẽ clausio
oculorum vel eorum depressio ĩ occursu or-
natarum personaruz. Ita petiuit Dauid in
psal. Auerte oculos meos ne videant vani
tatem. Et Job. xxxj. pepigi fedus cũ oculis
meis vt nec cogitarẽ quidẽ de virgine. Se-
cũda vt cogitatiões haustas diligẽter exclu-
dat a mẽte ꝑ cõsideratiõez turpitudinis hui⁹
act⁹ ⁊ nocumẽti. ⁊ ꝑ ꝯsideratõez passiõis xp̃i
ꝑ deuotã oratiõez ad deũ ⁊ ꝑ signũ crucis. ꝑ
hec ei ꝑuuli id ẽ cogitatões praue ĩ corde al-
lidunt᷑ ad petram scz xp̃m ⁊ fidez ei⁹: ⁊ talis
beatus est. s̾m illud ps̃. cxxxvj. Beat⁹ qui te
nebit ⁊ allidet par. su. ad pe. Tertia est occu
patio cordis in sanctis cogitationib⁹: in dei
preceptis ⁊ gaudijs celestib⁹ ⁊ gehenne sup
plicijs. s̾m illd̃ Eccl̃. iij. Que p̃cepit tibi de⁹
cogita semꝑ. Unde cor hominis ẽ quasi mo
lendinum qd̃ molit ei illud qd̃ ministratur ⁊

cum molit vnū: nō pōt aliud molere. ꝛ ideo cum bonum bladū sanctarum cogitationuz molit: nō recipit malas sibi a diabolo vl' aliunde immissas. Hec ergo dicta sint ꝺ sensu visus quē vtiqꝫ necesse est custodire ꝓpter tot mala que vt audistis ex eo oriuntur. Rogemus ergo deū vt gratiā nobis donet sic custodiendi oculos nostros: ꝛ visuz nostꝝ. quatenus eternam ꝛ clarā dei visionem per hoc attingere mereamur Amen.

Sermo septimus

De custodia auditus.

Mors ascēdit per fenestras vestras. Hiere. ix. In ꝓcedentibꝰ audistis q̄ꝫ necessariuz sit habere visum in diligenti custodia ne mors intret ꝑ illum in aīam. Nunc ꝯsequenter videndū est de auditu. Nā sicut ꝑ visum mors intrat in aīam ita similiter ꝑ auditū qui iter quiqꝫ sensus exteriores habet locū. ꝓpter qꝺ ꝛ necessariū est cuilibet vt diligēter custodiat auditū suū ne ꝑ eū mors intret in aīam tāquā ꝑ fenestras iuxta thema.

Pro gratia Aue Maria.

Mors ascendit ꝑ fenestras vestras ꝛc.

Primo videndū est que nos mouere debent ad custodiendū auditū. Scdo quomō mors ꝑ auditū intrat: ꝛ quid cauere debemꝰ ne audiamus. Tertio dubitandū circa ꝑmissa ꝛc. A Circa primū notādū ꝙ tria sunt pricipaliter q̄ nos mouere debēt ad custodiēdum audituz q̄ inter alia recitat Vincen. in speculo morali libro. iij. parte. j. distin. v.

Ad custodiēdū auditū ꝺnt mouere tria vicꝫ qꝛ
- Mens ꝑ auditum sepe affligitur.
- Per auditum quis diaboli seruus efficitur.
- Per auditum mēs polluit.

Primo qꝛ ꝑ auditū sepe mens affligitur. cum videlicet audiunt ea q̄ displicent ꝺm illud Ecces. vij. Cūctis sermōibꝰ q̄ dicunt ne accōmodes cor tuū ne forte audias ꝺuū maledicentē tibi. In hoc em̄ cautior est vulpes hoīe: qꝛ vt dicit icludit se i foueā cū timet audire tonitruū: ꝛ ne illꝺ audiat ꝛ ꝯturbet: obturat aures pedibꝰ suis quātū pōt. Scdo qꝛ ꝑ auditū sepe q̄s ꝺuꝰ diaboli efficit vt ducat eū quo vult. ne possit euadere. recte sic facit carnifex ꝺ porcis ꝑ canes: q̄ porcos tenēt ꝑ aures dū nō recte incedūt. Canes sunt detractores vel locutores q̄ tenēt audiētes eos ꝑ aurē dū libēter audiunt mala de ꝓximis ꝛ sic ꝑ h̄ ducūt a carnificibꝰ īfernalibꝰ ad mortē inferni. Sicut aūt ī ve. le. habet. Exo. xxi. q̄ volebat possidere hoīem ꝺuū pforabat ei aurē ꝛ tūc ex q̄ habebat aurē pforataz erat ei seruꝰ ī ꝑpetuū: sic q̄diu hō habet aurē pforatā ad recipiendū mala verba tādiu ē seruꝰ diaboli. Tertio qꝛ ꝑ auditū mēs siue aīa multiplicit polluit. ꝑtꝫ illud qꝛ ꝑ hoc mordax: detractor. ꝛ rixosus efficit: qꝛ fit imitator eoꝝ q̄rū est discipulus ꝑ auditū. Ideo dicit Ecci. xxviij. Sepi aures tuas spinis. ꝛ noli audire liguā nequā Et ori tuo facito ostia. ꝛ seras auribꝰ tuis. Exemplū habet ꝙ draco ꝑ hūc modū occidit elephantē: rostꝝ suuz in aure figendo. ꝛ sanguinē absorbendo. ꝛ cauda pedes eius ligando: sic diabolus cū hoīes audiunt verba mala ꝛ ꝑsuasioni diaboli cōsidunt ꝛ ꝯsentiūt ꝛc. B Circa scdm principaliter est notandū ꝙ mors sex modis intrat ꝑ fenestras aurium nostraꝝ. sub quibꝰ modis etiā aliꝫ comprehenduntur vt patet infra.

Mors ītrat per aures sextupliciter
- Audiendo libenter fabulas cantilenas. historias fictas ꝛ similia.
- Audiendo libenter turpia ad luxuriam ꝛ alia mala ꝓuocantia
- Audiēdo libēter verba ꝺtractoꝝ
- Audiēdo libēter ꝟba adulatoꝝ
- Audiendo libēter cātus ꝛ instrumēta musica ad lasciuiā ꝓuocātia
- Audiendo libenter blaspbemias et verba litigiosa.

Primo mors intrat ꝑ aures libenter audiendo fabulas cātilenas: historias fictas et similia inutilia. Vn̄ Ambro. sup Beati imaculati. Nō mediocre ꝑiculum est cū habeas tāta eloq̄a dei ꝛ oꝑa q̄ fecit i genesi: fec in Exodo: fecit ꝛ i Leuitico: in Nueris: i Deuteronomio. in Iosue. Judicū. Regū. in Esdre. i euāgeliꝫs. in Actibꝰ aplo. Illis ꝑtermissis loq̄ris q̄ seculi sunt. Quasi diceret. Tot sunt historie ꝛ tandelectabiles in ve. ꝛ no. testamē. ꝙ vix ꝑnt reꝑiri que magis delectarēt: salutem scdm ratione. quō ergo talibus ꝑtermissis homo sine peccato se cōuertere potest ad audiendas nugas ꝛ fabulas ꝛ historias inutiles: tales aūt historias biblie quilibet capax rationis addiscere potest. audiendo cū diligentia verbum dei: sed quia tale delectabiliter nō auditur. iꝺo ꝛ historie ille ignorāt. ꝛc.

Unde bene dicit psal. Quanta audiuimus et cognouimus ea: ⁊ patres nostri annũciauerũt nobis. E Secundo mors itrat ⁊c. audiendo libenter turpia vel luxuriosa: aut ad alia mala prouocãtia. contra quos dicit Amb. li. de officijs. Nõ solũ ipsi quid indecori loqui: sed nec aurẽ quidẽ pbere debem⁹ huiusmõi dictis. Sic Joseph ne icõgrua sue verecũdie audiret a domina sua, relicta veste fugit. Geñ. xxxix. Uñ prim⁹ pater noster cecidit quia vocẽ vxoris sue suadẽtis sibi comedere fructũ vetitũ audiuit. Geñ. iij. Ideo domin⁹ sibi dixit ibidem. Quia audisti vocẽ vxoris tue plus q̃ me: ⁊ comedisti d ligno ex q̃ pceperã tibi ne comederes: maledicta terra i opere tuo. Propterea bene ait ap̃ls. j. ad Corint. xv. Corrũpunt bonos mores colloquia praua. Tales em̃ sil'es sunt porcis, q̃ aures i luto imergũt: ⁊ nõ abluũt: vnde musce in eis morant ex quar̄ defedatõne generantur vermes: qui intrãtes cerebrũ comedũt illd ⁊ occidũt tandẽ porcũ. Ita per ṽba immũda intrãt demones p aurẽ ⁊ occidũt animã. Ex tali em̃ auditu multa mala eueniũt audientib⁹. Aufert em̃ ab eis deuotio qz audit⁹ occupatur hõ ⁊ ruit in simili peccata. Nã sm Greg. iiij. dialo. Praua verba audita paulatim descendũt in pectora: ⁊ tandẽ quasi vim pceptorũ attingũt. Imo cõtingit q sepe talia verba rara ⁊ turpia veniũt homi in memoriã: cum occupari debet deuotioni matrie in suscipiendis sacramentis. Tertio mors intrat in ⁊c. audiẽdo libẽter verba detractor̄. Cõtra q̃s dicit Prouer. xxiiij. Cum detractorib⁹ ne cõmiscearis quoniã repẽte cõsurget pditio eor̄ tales em̃ detractores ⁊ audiẽtes eos sunt deo odibiles Ro. j. Ideo dicit Berñ. sup Cant. Nõ veniat aĩa mea in cõsiliũ detrahẽtiũ. qm̃ deus odit eos. Nec mirũ: cũ pcipue hoc viciũ charitatẽ que deus est ceteris acrius impugnare ⁊ psequi cognoscat. Et hoc sic potestis cognoscere. Nam omnis qui detrahit: primũ seipm pdit a charitate vacuũ. deinde quid aliud detrahendo intendit nisi vt is cui detrahit veniat in odiũ ⁊ cõtẽptum his apud quos detractionẽ fecit. igit charitatẽ in oĩb⁹ qui audiũt liguã maliloquã siue maledictionem. quantum in se est necat penitus et extingit scilicet ipse dtrahẽs. Unus em̃ est qui loquitur vnum verbum: et tamen illud vnum verbum. in momẽto mltitudis audientium dum inficit aures: aĩas interficit. Ecce quomõ p dtractões mors ascẽdit p fenestras auriũ detractor̄ ⁊ auditor̄. Ideo dicit Berñ li. ij. de cõsideratiõe ad Eugeñ. Porro detrahere aut detrahẽtem audire qd hor̄ dãnabilius sit. nõ facile dixerim. Et Sap. j. dicit. A detractione parcite lingue: qm̃ smo obscur⁹ in vacuũ nõ ibit. Et Greg. dicit. Non min⁹ peccat auditor q̃ detractor. qz si deerit auditor deerit ⁊ detractor. Et hoc verũ est si audiẽti placet detractio i malũ pximi ⁊c. D Quarto mors intrat per aures libenter audiendo adulatores qd est valde periculosũ. sm illd ps. liiij. Molliti sunt sermones eius sup oleum: ⁊ ipsi sunt iacula. Bene dicunt iacula: qz faciunt homines in peccatis pseuerare. Nam delectat hominẽ facere illud in quo nõ solum nõ inuenit rephensor: sed etiam auditor laudat. Idõ dicit Aug⁹ sup illo psa. Deus i adiutoriũ meũ intende ⁊c plus nocet ligua ipsi⁹ adulatoris q̃ man⁹ ipsius psecutoris. Certissime hoc verum est: qz si adulatores in curijs principũ ⁊ alior̄ dominor̄ non essent: magis illi iusticiam facerẽt: nõ dilationes in grauamen pauper̄ ptenderẽt: nõ sic pauperes grauarẽt: nõ sic vanitatibus ⁊ mult⁹ leuitatibus se imiscerẽt: nec sic verbũ dei ⁊ diuinũ cultum abhorrerẽt: sed qz adulatores eorũ forifacta laudant ⁊ approbãt: ⁊ nullus alius est qui tales arguat: ideo i suis peccatis pseuerãt. Ut ergo homo euadat tale malũ adulator̄: cõsideret defectus suos multiplices: infirmitatẽ suam: ignorantiam suam: ⁊ mortẽ suam, ⁊ sic ostendat se non libenter audire adulationes Ideo dicit Seneca. Si continens es adulationes deuita, sitque tam triste laudari a turpib⁹ q̃ vt lauderis ob turpia. Similis em̃ est adulator cuidam serpenti qui facie blandit ⁊ cauda pungit. E Quinto mors intrat audiendo libenter cantus ⁊ instrumenta musica ad lasciuiam prouocantia, per ista enim valde emollitur animus, et pcipue per cantus mulierum. Unde Ecclesiastici. ix. Ne audias saltatricem: ne pereas in efficacia illius ⁊ Job. xxj. Tenẽt tympanum et cytharam. et gaudent ad sonitum organi. Et sequitur. Ducunt in bonis dies suos et in puncto ad infernum descendunt. Unde refert Uincentius de Ulisse q cum iret per mare p loca vbi consueuerant audiri cantus syrenarũ que pingũtur et describunt a poetis. pisces ex pte inferiori. et mulieres ex parte supiori. canẽtes cũ citharis ⁊ tibijs. Ille sapiẽs dicit

obturasse aures suas pice, ne attract⁹ cantus eaꝝ dulcedine precipitaret se in mari. Quod vtiq multi faciūt allecti suauitate musicoꝝ ꝛ muliebriū cantuū se pcipitantes in pīculū luxurie ꝛ amaritudinē inferni. Aures aūt pice sibi obturat. q̄ cogitat q̄ꝫ turpe, tenax fetidum ꝛ ꝯbustibile in inferno sit peccatū luxurie. Ideo dicit. Hiero. in plogo sup Josue. Nos ad pr̄iaꝫ festinātes syrenaꝝ mortiferos cantus deberem⁹ surda aure transire. Non sic ille de quo dicit q̄ suauitate cātus attractus ductus est ad suspendiū vt ait Vincē. i spe. Exemplum habemus de Alexādro q̄ cū iuuenis delectaret in huiusmodi. vidēs hec aliquando antigonus eius nutricius eū citharisantē, timēs ne p hoc emolliret anim⁹ ei⁹ et vigor: cucurrit ꝛ fregit citharā ei⁹ dicēs. Etatem tuā de cetero regnare decet nō citharisare. F Sexto ꝛ vltimo mors intrat p auditū: audiēdo blasphemias ꝛ ꝟba litigiosa: quib⁹ ignis ꝯsciencie incendit. Unde Eccl. xxviij. Uir iracūdus suscitat lites. ꝛ post certamē festinanter succēdit igneꝫ. Et Prouer. xxvj. Homo iracundus suscitat rixas. Caueant ergo sibi audientes talia ne portis auriū aptis ignis itret i domū ꝯsciētie ꝛ inflāmet eam draco flāmiuom⁹. Caueant ꝛ sibi illi q̄ libenter audiūt maledictōes sicut ex primentes morbū caducū sub millenario nūero. q̄d verbū oīs pia mens ꝛ oīne fidele cor merito abhorreret. ꝛ trepidaret cuꝫ audiret quia hoc est summa pena hominis i hac vita: ex quo omni hora sibi habet timere de morte si ne penitentia ꝛ sacramentis: nec est cautus si in ignem vel aquam cadat: ideo quilibet taliū potius deberet sustinere se esse leprosum vbi talia nō timeret. Ecce q̄ꝫ detestabile est talia optare, aut optātē audire. Ita de multis malis iuramētis ꝛ blasphemijs: que homo dum audit merito deberet terreri. ſm illud Eccl. xxvij. Loquela multū iurās horripilationē capiti statuet: ꝛ irreuerētia ipsius obturatio auriū. Unde dicit magister Jacobus quē allegat Vincentius q̄ dum quidaꝫ iudeus luderet cū christiano in alea. Jude⁹ audiens blasphemias de deo quas christianus euomebat duab⁹ manib⁹ aures suas obturans, relicta pecunia sua fugit: G Ex omnib⁹ illis patꝫ q̄ multipliciter mors itrat in aīam p auditū. Jmo sicut declaratū est in precedenti sermōe de visu q̄ sit occasio septē peccatorum mortalium: ita suo modo exemplificari potest ꝺ auditu. Primo cadit quis in superbiam si libenter audit adulatores et alios facta sua ꝯmendantes. sicut Roboam spernens consilium senum. ꝛ audiens consilium iuuenum. iij. Reg. xij. Secundo cadit in auariciam audiens de magno lucro: vl̄ rebus q̄s possit adquirere. Sicut Antioch⁹ audiens magnū thesaurum in quadam ciuitate in persida querebat ciuitatem capere et eam dolose predari: sed non potuit. ꝛ ideo p̄ tristicia mortuus fuit. j. Macha. vj. Tertio ī luxuriam vt patꝫ ex premissis audiendo cātus aut verba lasciua. Quarto in iram audiendo aliquē de se maledixisse. Quinto in gulam sicut Adā per Euā ꝛ sic ꝺ alijs. Sexto in inuidiam si audit sui correptionem: vel pximi quem odit prosperitateꝫ ꝛc̄. Septimo in acidiam si audit loqui de diuinis in quibus tedium habet. ſm illud psal. Noluit intelligere vt bene ageret. Sic videm⁹ q̄ multi omittunt audire sermones: quia i ipsis audiunt reprehensionem peccatorum suorum: ꝛ potius audirent sibi placētia. ideo bene de eis verificatur illud ps̄. cxiij. Aures habent ꝛ nō audient. Et illud Jsaie. xxx. Populus ad iracundiam prouocās est. filij mendaces filij nolentes audire legem dei. Qui dicunt videntibus (id est prophetis) nolite videre scilicet ea que nobis displicent vel que nos terrent. Et sequitur. Loquimini nobis placentia. ꝛ videte nobis errores scilicet faciendos. Sed audi quid sequitur. Propterea dicit h̄ sanctus israel. id est de⁹. Pro eo q̄ repulistis verbum hoc: et sperastis in calumniam et tumultum, ꝑpterea erit vobis iniquitas sicut interruptio cadens. quoniam subito dū non speratur veniet contritio eius ꝛ comminuet sicut lagena figuli ꝛc̄. Jta Heli sacerdos bene audiuit vniuersa mala q̄ faciebant filij sui: dormiendo cum mulieribus ꝛc̄. et tamen quia tepide eos arguebat non vt debuit: creditur a doctoribus cum filijs suis damnatus, et tamen non legitur de eo aliud peccatum, sicut de hoc habetur. j. Reg. ij. Utinam talia aduerterent parentes. vtinā ꝛ domini et domine familie sue. vtinam ꝛ illa attenderent omnes potestatem in alios habētes ꝛc̄. Ecce sic iam patet iterum quomodo mors multipliciter intrat per aures. Hec de secundo. H Dubitat circa premissa an homo semꝑ peccet audiendo cantus ꝛ instrumēta musicalia. Ad hoc respondet ſm

Bonauen. q cantilene possunt fieri tripliciter Uno modo, pter internam deuotionem puocandā: sic ecclesia statuit cantus cantores z cantatrices: scz moniales. Ita Salomon dicit in psona ecclesie. Feci mihi quoqz cantores z cantatrices glo. Bede. Illi vere cantores z cantatrices sunt q psallūt voce psallunt mēte. Et in psal. Preuenerūt principes cōiuncti psallentib9 i medio iuuēcularū tympanistriarū zc. Pricipes. i. ecclesie qui sunt i medio iuuēcularū. Cassiodorus ad litteram de sanctis feminis hoc accipit. que ab apostolis formā laudandi deū sumpserūt. quarū prima fuit regina celi. q Magnificat: do cecinit. Hac ergo ītentiōe audire cātus z instrumenta musica nō est pctm: sed meritū fm illud psal. cl. Laudate dominū i sono tube zc. quasi diceret. fm Glos. Tuba ꝯcrepet do vt regi. psalteriū canat ei vt deo: qd a sūmo reddit sonū. cithara cū reliquis instrumētis canat sibi vt spōso qd ab imo sonat. Idem dicendū est si cantus fieret in ecclesia ad honorē festiuitatis zc. Alio mō potest fieri cantus vel sonus musicalis causa lasciuie z interne voluptatis. inordinate z illicite dilectōis vel vane glie: vel ad irritandū. z hoc delibe rate. Et hoc modo est pctm luxurie. vl' ei admixtū: pcipue si turpia vel turpiter decantātur. Ita loquit Grego. Cum blanda vox q ritur: sobria vita deserit. Et Aug9. in li. ꝯfes. dicit. Quando plus me delectat cantus q̄ illud qd cantat grauiter me peccasse ꝯfiteor. Tertio cantus pōt fieri. pter quandā curiositatē z vanitatē. z sic iterū est rephēsibilis. vt si fiat nimiū subtilis vocū exaltatio z fractio Unde in legēda sancti Sebastiani id videt vbi dicit. Putas ne illū īter christicolas numerandū qui mensurā negligit. comā comit sapores querit z vocē frangit. Unde fractio vocū est signū fractionis animi. q2 vanitas ista oia facit I Ex illis patz quō incautum est audire cantū dissolutū. maxime mulierū. Primo q2 naturaliter inane gaudium excitat sicut cantus naturaliter delectat. vt patet p Aristotelē in suis. pblematib9 particula nona. Et de pueris mox natis. q2 gaudent de cātu. Trib9 em̄ modis ꝯsolant pueri. vel dū mamilla ad os ponit. vel p cantū: vel p motū. Sic ergo musica naturalit delectat. Scdo quia talis cantus dissolut9 mentem virilem vulnerat z emollit quia vt dicit Isid. etym. Cantus serpētis volucres z bestias ad se trahit. Illuz in odiū. illū i inuidiā sicut patz de multis cātilenis. Per quas aliqui vituperantur. Alij derident. Tertio cant9 imutat virilē animū z ad se trahit Sicut exemplificat Isid. xi. etym. de syrenib9. De q̄b9 dicit q faciūt nautas dormire dulcedine sui cant9 z post nauigātes interficiūt. quarū pericula euasit Ulisses vt sup. Et dic Isid. Syrenes scōm veritatē sunt meretrices que deducebāt suo cantu ad egestatē: z fingūtur in mari. q2 fluctus id est venerē creat et ex humore nascit. Et fingūtur volatiles: q2 mētes amantiū velociter pcurrūt. fingūtur etiā habere vngulas gallinarū. q2 sic ifatuati oīa sua dispgūt sic gallina dispgit grana. Quarto cant9 inane gaudiū puocat. Uñ Ouidi9 in pmo de arte amādi vult q mēs letissima aptior ē ad capiendū: vt pz ad expientiā. Et ex hoc ꝯmuniter cātores z cantatrices sunt instabiles z malorū morū vt Helynād9 ostēdit de Nerone. qui sic diligebat cantū q nec veniēte graui terremotu cessabat a pomis z olfacientib9 fructib9 ne pderet vocē: et sepe sup pect9 posuit laminā plumbeā. Ecce hominē vocis blandissime z vite pessime. Sic ergo patz quō mors intrat p auditum. Ideo dic Isid. i synonymis. Nulla ipudicicia sermonū aures tuas surrepat. vanus sermo cito polluit mentē: z facile agit qd libenter audit. Rogem9 ergo deū vt nobis grām tribuat i psenti sic custodiēdi aures nr̄as ab oīb9 vanis z nociuis vt tandē celestes cātus cuz sctis oīb9 mereamur audire i ppetuū Amē.

Sermo octauus
De custodia olfatus

Mors ascēdit per fenestras vestras Hiere. ix. In pcedentib9 sermonib9 audistis quō mors intrat in animam per visum z auditū tanquam p principaliores sensus. Et signāter de auditu proxime: quomodo mors intrat per eum z q̄ incautum est audire detractiones et ea que ad libidinem inflammant. A Nunc consequenter videndum est de olfatu qui sequitur visum z auditum. Unde sicut dicit Hugo de sancto Uictore q deus ex sua mirabili puidentia ordinauit quinqz sensus exteriores in homine. vt vnus alteri deseruiret. Uisus em̄ positus i supmo mira

agilitate pre ceteris percipit: ꝛ quasi quidaȝ
speculatoꝛ p̄ cunctis eminentioꝛē locū obti-
net. vt que ceteris sensib⁹ supuētura sunt: an-
te periculū p̄uidere possit: ꝛ celū suā heredi-
tatē possit respicere. p⁹ hec audit⁹ ꝛ loco ꝛ no-
bilitate secūdus est. ꝛ deinde olfatus. Gust⁹
